

# RUFFINI

## AQVILEIENSIS PRESBYTERI

OPUSCVLA QVÆDAM, PARTIM ANTEHAC  
nunquam in lucem edita, partim nuper ope doctissimorum  
virovum emendata & castigata.

*Cum Indicibus, tum locorum Sacræ Scripturæ explicatorum, tum  
rerum & verborum, amplissimis.*

Omnium Catalogum siue ordinem, pagina post epistolam proxima docebit.



PARISIIS,  
Apud Michaëlem SONNIVM, via Iacobæa, sub Scuto  
Basilienfi.

M. D. LXXX.  
CVM PRIVILEGIO REGIS.

# RUFFINI

## AQVILEIENSIS PRESBYTERI

OPUSCVLA QVÆDAM, PARTIM ANTEHAC  
nunquam in lucem edita, partim nuper ope doctissimorum  
virorum emendata & castigata.

*Cum Indicibus, tum locorum Sacra Scripturae explicatorum, tum  
rerum & verborum, amplissimis.*

Omnium Catalogum siue ordinem, pagina post epistolam proxima docebit.



PARISIIS,

Apud Michaëlem SONNIVM, via Iacobæ, sub Scuto  
Bafilienfi.

M. D. LXXX.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

# ORNATISSIMO LECTISSIMO.

QUE VIRO D. IOANNI A SANCTO

ANDREA, PARIENSIS ECCLESIAE

Canonico,

*Renatus Laurentius De la Barre, S.*



VANTVM iis debeat D. à Sancto Andrea, qui vetustatis nouitatē, nouis auctoritatem, obsoletis nitorē, obscuris lucem (& vt totam Plinianā periodum vsurpem) fastiditis dare gratiam, dubiis fidem, omnibus verò naturā & naturā suā omnia indefesso studio nituntur, verbis consequi difficillimum semper nō modò iudicabam: imo cogitatione completi vix arbitrabar esse eius qui veretur reprehensionem doctorum atque prudentium Marcus Tullius, quo tanquam parente gloriatur Latīna eloquentia, quinto tusculanarum quæstionum, inter præcipua felicitatis deputauit, præque cæteris illum diem obseruandum censet augustius, in quo dudum ignoratū à Syracusanis, cum esse omnino negarent, septum vndique & vestitum vepribus & dumetis Archimedis sepulchrum detexit: tenebat enim quosdam senatiolos, quos in eius monumēto inscriptos acceperat: qui declarabant in summo sepulchro spheram esse positam cum cylindro. Ita nobilissima Græciæ ciuitas, quondam verò etiam doctissima, sui ciuis vnus acutissimi monumentum ignorasset, nisi ab homine Arpinate didicisset. Ignorasset etiam optimi Vatis, & cui aliàs græcæ linguę emendandæ auctoritas fuerat concredita, carmen diuinæ Odiseas & Iliados: nisi Lycurgus Lacedemonis ex Ioma in Græciam importasset, & nisi postmodū discerptum Pisistratus collegisset, atque ita distinxisset, quemadmodum hoc tempore legitur adhibito metatore Aristarcho. His inquam quid debeat affirmavit adhuc nemo, nec fortassis vsquam postea affirmabit: quandiu fuerint qui inde aliqui proficiant: vel ob hoc rursus quod tantis pro vigiliis, laboribus, sudoribus quibus illis castigationes constiterint digna satis commendatio haberi vlla non possit, tantum abest vt meritis par possit referri. Habent siquidem reliquorum studia suas amœnitates, varios secessus, quibus lectionis tædium noua delectatione subleuant. At illi qui Herculano labore versantur in veterum monumētis peruestigandis & restituēdis: quid quæso habere possunt quod studium recreet? quid quod fastidium excutiat, nisi alterum fastidium? itant si qua voluptas eos aliquando perfundat ex inuentis alicuius authoris scriptis, subinde in iisdem recognoscendis, sarcindis que, propter lacunas, corruptos locos, dimidiatas paginas, excisos characteres, plus enascitur mœroris quàm fuerat antè perceptum ex inuentione delectationis: vt nouerim ego aliquos qui thesauros eiusmodi à se repertos maluerunt de emendatione desperantes omnino suppressere, quàm qualescunque ædere in lucem: mendacio.

EPISTOLA

rum nimirum quàm syllabarum ditiores. Itaque si ex hoc loco paulisper licet euagari, præstitisset interdum eorum quædam quæ circumferuntur nunquam excussa, quàm ita excudi vt sint errorum mendarumque verius quàm doctrinæ seminariæ. Et certè quis modus esse potest, dum omnia propè ex cõiectura persequimur: quæ certitudo, cum quid in mentè alteri venire potuit, diuinatur? Quis demum euadèdi locus per syrtes & scopulos Aporiæ, cum videamus in vadis, statiuis & naualibus principes viros hærerè, impingere, altercari, in simpulo magnos ciere fluctus, committere de nugis magnas interdum tragædias: & quod irritam omnium operam facit, proficere nouis castigationibus quotidie nouas editiones: videamus insuper id genus occurrere reliqua, quæ etsi fidem eleuant, nihilo tamen minus rei non minuunt difficultatem, quominus multa sint doctis perferenda qui auctorum castigationi & editioni inuigilant, quoties de maximis & leuibus dubitandum; cogitandum, euoluendum si qui alij hanc eandem materiã tractauerint: quoties passim ex coniectãdis aliquando leuissimis multa mutanda, nonnulla reponenda. Quod quantum habeat operæ norunt hæc ætate non pauci, sed tu imprimis (vir ornatiss.) qui harum rerum exercitatissimus, non desinis maximo studiorum prouentu, rei que literariæ accessione proferre de tua diuite bibliotheca bonos quotidie authores, pro que tuo in Rempub. grato animo perquirere magnis sumptibus vndique, si qui codices M. S. habeantur castigatissimi, quibus impressi possent conferri: si qui rursus restarent cū aliquo fructu imprimendi. Et ita quidem, vt de te testatum iam pridem doctorum sermonibus audiuerim, nullum eorum qui tunc viuunt (absit verbo inuidia) existere qui scælicius & salubrius Chiromam manum admouerit rei librariæ: & qui liberalius optime notæ scriptorum (quorum modo lectione studiosi fruuntur) impressiones iuuerit, auxerit, promouerit, atque tu ipse quem à D. Opt. Max. in hæc calamitosa tempora ob id reseruatum dicere soleo, ne literæ obsolescerent: neue deesset, qui honestissimas honestis de rebus Typographorum concertationes illustraret. Testantur illud iam pridem tot tantaque quot exierunt volumina cum aliqua tui præfatione nominis: restabitur etiam illud in præsentiarum Ruffini nunquã antea typis commissum opus, cuius cum exemplar Domino de la Bigue Præceptoris meo Theologo, huius ætatis tam ob morum candorem quàm ob singularem eius eruditionem meritissimo, petendum indicasses, ex reliquiis venerabilis Monasterij Montis-Dei, factum est vt inter ruinas eius deuotæ domus diuina prouidentia si nõ integer ab annis verustus codex, saltem quodammodo totus ab iniuria inueniretur effugisse Gnosticatorum nostrorum iniurias: aduersus quas atque eiusmodi grassatorum excursiones, vindiciarum si quis sit modus, is est accersendus à Calcographia, quæ sola inclinantibus seculis maximo Dei beneficio ad studia iam nauæantes hominum animos recreauit iucunda facilitate, scriptis contulit gratiam sua pulchritudine, & simul immortalitatem. Quod vtiã Dei inuentum superiora tempora nouissent, non vtique tantam librorum & codicum

DEDICATORIA.

codicum quot desiderantur perdit, iacturam bellicis Gotthorum incursionibus fecissemus. Non illa bibliotheca Pisistrati, Attali & Eumenis: non illa Philadelphi, Ptolomei quæ Augusto regnante incendio assumpta est. Non illa Gordiani, quæ plures habuit librorum quàm quisquam alius auri vel argenti thesauros, diues LXXII. millibus antiquissimorum voluminum. Non illa Pamphili martyris, vnde Eusebius hausit suam historiam: non illa ceterum & viginti millium librorum quæ Bizatijs sub Zenone Imp. grauissimo incendio periit: non illa rursus Mathiæ regis Vngariæ, quæ Patrum nostrorum memoria crudeli Turcharum impressione dissipata est. Nec illa denique Vaticana Romanorum Põtificum hebraicis, græcis, latinis antiquissimis, nec non optimis quibusque authoribus pariter ac recentioribus tum manuscriptis, tum publicatis instructissima sub Clemente VII. à militibus Germanis & Hispanis incensa, tot libros secum abstulisset. Extarent namque alibi passim excussi codices maxima cum copia, non autem sicuti accidit, pauci iique ab imperitis notariis descripti mendosissimè. Habuisset quæuis natio proprios scriptores, habuisset inquilinos: nec erat quod conquererentur viri antiquitatis amantissimi: aut cur peroptaremus omnes plagas orbis, scrutaturi, si quid blattæ tegeret quod luci ac mundo foret exhibendum. Non erat quod Reuerend. in Christo pater D. d'Albone, Lugdunensis Ecclesiæ princeps lustraret rumas peruehusti Monasterij Barbatæ insulæ, vt commentarios Ruffini Aquileiensis in septuaginta quinque Dauidis psalmos requireret. Non erat quod nos similiter Montis Dei reliquias ad perpetuam memoriam typis tum demum committeremus: quoniam habituri eramus omnia omnium authorum scripta, & præsertim nostri Ruffini quæcunque scripsit: videlicet, in Oseæ prophetâ lib. I. in Amos alterum: in Ioel vnum: de sua fide ad Laurentium Episcopum lib. I. de Sacramentis I. Exhortationis ad Probam lib. I. Epistolarum ad diuersos lib. 2. Iuxta triplicem diuinæ scripturæ sensum lib. I. quem rogante Paulino, Episcopo Nolano, scripsit ad eum latino sermone de benedictione Iudæ Patriarchæ. Deinde eodem Paulino efflagitante librum alterum ad eundem: in quo cæteras vndecim Patriarcharum benedictiones triplici explanatione prosequutus est. Denique eodem authore haberemus, præter ea quæ restant maximam partem Græcorum bibliothecæ Basilij Cæsariensis, Cappadociæ Episcopi, & Gregorij Nazianzeni, Clementis Romani recognitionum libros: Eusebij Cæsariensis palestinae ecclesiasticam historiam, cui addidit decimum & vndecimum librum: Xisti quoque, si non põtificis Romani, saltem Pythagorici cuiusdam, vt contendit Hieronymus, sententias: Euagrii sententias: Paphilij martyris aduersum Mathematicos. Iosephi etiam latinam fecit historiam, cuius exemplar asseruatur Mediolani, in æde S. Ambrosij, Longobardicis scriptum litteris: Origenis item non omnia, quia & hieronymus transtulit quædam quæ suo prologo discernuntur. Exposuit idem Ruffinus Symbolum, quod inter opera Hieronymi tom. 4. Basilienensis æditionis continetur: de quo Erasmus Præfat. in cyprianum. Sed & obrectatori opuscu-

EPISTOLA

lorum suorum respondit duobus voluminibus, arguens & conuincens, sicuti refert Gennadius, se Dei intuitu & ecclesie utilitate, auxiliante Domino ingenium agitauisse: illum verò æmulationis stimulo incitatum ad obloquium stilum vertisse. Eiusdem Ruffini opusculum de deprauatione librorum, præcipue Origenis, legitur ad calcem primæ partis operum Origenis: iterum tomo 2. operum D. Hieronymi. Vertit quoque pro eodem Origene Apologeticum Pamphili martyris, quod præfixim operibus Origenis inuenitur. Adidit insuper suam Apologiam, ubi contrarias sententias in libris Origenis ob eorum deprauationem natas ostendit. Præfatio eius in libros Origenis de Principiis, habebatur vulgò in 3. tomo operum D. Hieron. adiecta per Des. Erasmodum, vt facilius intelligeretur Apologia D. Hieronymi. Plurima denique scripsit, sed multò plura transtulit. Fuit autem Ruffinus Tharmus seu Thoranus professione monachus, dignitate Aquileiensis presbyter, Theodosio Imper. valde charus, pro quo apud B. Ambrosium intercessit, vt ingrediundi Mediolanensis templi fieret illi potestas, à quo antea exclusus fuerat ob patratam cædē septem milium hominum Thessalonica, vt refert Niceph. li. 12. hist. Eccl. cap. 40. & 41. Fuit præterea socius aliquando studiorum & planè amantissimus D. Hieronymi: donec de scriptis Origenis exorta inter eos contentione, visus est Hieronymo nimius admirator, & propè assertor Origenis: & proinde existimatus eiusdem opinionis, quòd paulò acrius suam de libris *περι αρχων*, qui videbantur contra fidem conuersi aduersus D. Hieronymum defenderet. At si nemo in hodiernum vsque diem inuentus est, qui libros eiusmodi Origenis propterea tollendos dixerit, nemo etiã, vt opinor, reperietur qui ob id reiiciendum iudicet Ruffinum, quòd censuerit eosdē retinendos: nisi se B. Augustino temerarius præferat, qui tanti fecit nostrum Ruffinum, vt ex eo in suos ille psalmorum commentarios quàm plurima deriuarit. Fuit enim Augustino antiquior anno redemptionis humanæ cccc. Sed tantæ apud D. Augustinum authoritatis, vt ad D. Hieronymum de illo scribat non sine pietatis ac eruditionis elogio, cum que cum suo, tum aduersario, olim verò sodali amicissimo mella scripturarum studio se lambuisse, vtrumque quidē conatus in mutuam beneuolentiam reuocare, sed ita causam inimicitiarum dissimulans, vt neutri culpam earum affingat. Hæc porro luculenti ad eorum scriptoris opera latuisse tãdiu non mirum debet iis esse, qui norunt ex Trithemio plures libros ab ipso conscriptos (quorum tamē maxima pars nunc primum prodiit in lucem) sepultos adhuc pulueribus obliuionis desiderari. Sed ne quisquã hoc nostrum studium existimet ideò minus, quòd quædam ipsius opuscula auctoritati apostolicæ suspecta à nonnullis reiiciantur: illud vnum solummodo dixerim, nihil illo canone omnino aduersus Ruffinum statui, quòd eius auctoritatem minuat, horumque librorum lectionem impediatur. Nam & Gelasius religiosum eum virum appellat, & nonnullas ab eo scripturas explicatas fuisse tradit (quod dictum Primas Lugdunensis ad commentarios psalmorum retulit) & hoc se nomine suspecta quædam habere, quod à D. Hieronymo scribatur de libero hominis arbitrio minus verè disputasse: sed vt omittam eam quam in dicendo, atque veritatem

*Distinct.  
15 can.  
sanctæ  
Rom.*

DEDICATORIA.

tatem asserendo præ se tulit libertatem vir sanctissimus idemque doctissimus Hieronymus, ad cuius calculum nos remittit Gelasius, nihil planè in his commentariis tam apertum est, quàm quod pro libero hominis arbitrio, pro bonis operibus, pro mysterio sanctiss. trinitatis, & sacrosanctæ Ecclesie eucharistie, pro purgatorio, pro vera hominis iustitia, atque aliis huiusmodi permultis non semel, neque vno in loco docet. Neque verò cuiquam noua debet esse (tametsi grauis ac molesta bonis omnibus semper fiat) repetita illa voluntatis inter D. Hieronymum & Ruffinum, alienatio: tum quòd ille zelo ardens ac eruditione fruetur nihil in alienis libris non deputatum & ad amissim elaboratum ferre poterat: hic verò sanctimonia, ac multorum præcipuorum Ecclesie luminum exemplo comunitus, in Origenianis libris siue legendis, siue in alienam linguam transferendis audacter versabatur. Tum verò maxime quòd ex quadam opinionum varietate, veluti ex D. Augustino comperimus, in hanc contentionem inciderint, in quam fortè imprudens Ruffinus. Siquidem Augustinus epistola, quæ est xv. inter illas D. Hieronymi, multis verbis deplorans inter Ruffinum & Hieronymum tam graues amicos, doctos, celebres, senes & monachos tam amarulentam discordiam incidisse, non sine graui totius Ecclesie scandalo, ait, quod aliàs non nisi pio homini contigisse poterat, vt ex litteris Hieronymi perspexit, quantum sibi moderaretur, quantumque teneret aculeos indignationis, timore obriguisset, dolorèque contabuisse, quia vereretur ne idem pro se Ruffinus faceret. Verum patrocinauit vtrisque, quod non in dissimili genere inter se contenderint Paulus & Barnabas, & etiã Petrus & Paulus apostoli (quorum sententiam nec sine diffidio exceperunt inter se Augustinus & Hieronymus) qui pariter antea ob voculam *τῆς κολοκυθίδος* ex prophetia Ionæ parum conuenerat. Nota est illa ex veteri historia inter Epiphanium ac D. Chrysostomum cõtrouersia: illa etiã eò modestior quo antiquior Victoris & Irenæi, Origenis & Theophili: quæ tamen omnia non ideò summis viris eam notam inusserant, vt si quid minus rectè in nonnullis quæ non ita ab vniuersali Ecclesia in conciliis sacrosanctis tractata fuerant, & decreta sensissent, in cæteris quoque errasse videantur. Sua sit ergo D. Gelasio auctoritas, & sua D. Hieronymo constet innocentia, quæ tamen rectè dicta Ruffini non eleuent, imò quæ ad veritatem vt hæc omnia exacta si fuerint integra, non minus ad benè credendum nos instruant, & ad benè agendum inflamment, quàm quæ ab iis perfecta sunt qui speciosius illo fortassè, & ambitiosius legiturique soleant. Tu verò interim Domine à Sancto Andrea memineris has tibi sacratas bellorum ciuiliū manubias tueri, & eò vsque custodire, vt sicut es Catholicus, viuis & vixisti semper catholicissimus: ita catholice, hoc est Romanæ Ecclesie quicquid in iis fuerit probandum vel improbandum relinquatur arbitrio. Vale. Ex tuo Musæolo apud Germanianos Idibus Iuniis. M. D. LXXX.

† iij

# RUFFINI AQUILEIENSIS

ECCLESIAE PRESBYTERI OPERVM

Catalogus & ordo,

In quo ea quæ nunc primùm in lucem prodeunt stellula ad marginem adscripta indicat.

- De benedictionibus Iudæ ad Paulinum Episcopum Nolanum, lib. I.*
- \* *Paulini ad Ruffinum epistola.*
- \* *Ruffini ad Paulinum fratrem epistola.*
- \* *Eiusdem in Benedictiones reliquorum undecim Patriarcharum, siue commentariorum in Genesios cap. 49. lib. II.*
- \* *Commentariorum in Oseam prophetam lib. III.*
  
- \* *Eiusdem* { *In Iobeli prophetam.*  
*Comment.* { *In Amos.*
  
- Commentariorum in Symbolum.*
- Eiusdem Ruffini historiae Ecclesiasticae lib. II.*

## TESTIMONIA DE RUFFINO.

Ruffinus Aquileiensis Ecclesiae presbyter: non minima pars Ecclesiae doctorum: & in transferendo de Graeco in Latinum elegans ingenium habuit. Denique maximam partem Graecorum bibliotheca Latinis exhibuit. Basilij scilicet Casariensis Cappadociae episcopi, Gregorij Nazianzeni eloquentissimi hominis, Clementis Romani recognitionum libros, Eusebij Casariensis Palestinae Ecclesiasticam historiam, Xysti sententias, Euagrii sententias, Pamphili martyris aduersum Mathematicos. Horum omnium quaecunque praemissis prologis à Latinis leguntur, à Ruffino interpretata sunt: quæ autem sine prologo, ab alio translata sunt, qui prologum facere noluit. Origenis autem non omnia, quia & Hieronymus transtulit aliquanta, quæ suo prologo discernuntur. Proprio autem labore, imò gratia Dei dono, exposuit idem Ruffinus Symbolum: ut in eius comparatione alij non exposuisse credantur. Differuit & benedictionem Iacob super patriarchas, triplici, id est, historico, morali & mystico sensu. Scripsit epistolas, ad timorem Dei hortatorias, multas: inter quas praecipua illa quas ad Probam dedit. Historia etiam Ecclesiastica, quam ab Eusebio conscriptam, & ab isto diximus interpretatam, addidit decimum & undecimum librum. Sed & obrectatori opusculorum suorum respondit duobus voluminibus, arguens & conuincens se Dei intuitu & Ecclesiae utilitate, auxiliante Domino, ingenium agitauisse: illum vero emulationis stimulo incitatum, ad obloquium stylum vertisse.

Ruffinus Toranus, monachus, Aquileiensis Ecclesiae presbyter, rogante Paulino Episcopo Nolano scripsit ad eum Latino sermone De benedictione Iudæ patriarchae librum unum, iuxta triplicem diuinæ scripturae sensum: cuius initium est, Quāto magis ego me tibi excuso. Deinde, eodem Paulino efflagitante, librum alterum edidit ad eundem, in quo ceteras undecim Patriarcharum benedictiones triplici explanatione persecutus est. Liber incipit, Sciendum primò est. Scripsit quoque in Oseam librum unum, in Amos librum unum, & in Ioelem librum unum. Claruit anno Domini cccc.

# PAVLINVS NOLANVS

EPISCOPVS, RVFFINO FRATRI

SALVTEM.

**V**EL breues, nobis, ab vnanimitate tua, literæ, magno refrigerio sunt, sicuti in penuria fluuiorum ager sitiens rore recreatur. Vnde relectos nos quamuis breui epistola tua, attamen tua, per puerum communium filiorum, fatemur: sed tamen rursus adfectos, quia etiamnum nunc vos in estu sollicitudinis & incerto morarum, Romam peti iudicatis. Det nobis Dominus à Domino lætificari quàm primum de actu nostro: vt sicut anxii compatimur, ita congaudeamus hilaritati. Et incipiamus tamen sperare fructum præsentis vestræ, si vos certi esse de vestra sententia, vel Domini circa vos placito cœperitis. Sanè quod admonere dignaris affectu illo, quo nos sicut te diligis, vt studium in Græcas literas attentius sumam, libenter accipio, sed implere non valeo, nisi fortè desideria mea adiuuat Dominus, vt diutius cōsortio tuo perfruar. Nā quomodo profectum capere potero sermonis ignoti, si desit à quo ignorata condiscam? Credo enim in translatione sancti Clemētis, præter alias ingenij mei defectiones, hanc te potissimum imperitiæ meæ penuriam considerasse, quod aliqua in quibus intelligere vel exprimere verba non potui, sensu potius apprehenso, vel vt verius dicam, opinata transtulerim. quò magis egeo misericordia Dei, vt plenior mihi copiam tui tribuat, quia pro diuitiis erit pauperi, vel micæ à diuitis mensa cadentes auido famelici cordis ore colligere. In tempore sanè, quo scripta hæc scribebantur, cecidit sub oculis, incidens proposita lectione, capitulum illud ex Genesi quò Iudas à Iacob benedicitur. Et quia Dominus opportunissimā hanc occasionem dederat, pulsare post tempus fores cordis tui placuit. Ergo si me amas, imò quia multum amas, rogo vt scribas mihi, vt intelligis ipsam Patriarcharū benedictionem. Et si qua ipse scis in eis ardua sensu & digna cognitione, scire me velis: specialiter tamen de Capitulo illo in quo ait: Alligans ad vitem pullum suum, & ad cilicium pullum asinæ suæ: Quis suus sit pullus: vel, quis asinæ pullus, & cur suus ad vitem, asinæ verò pullus ad cilicium alligetur?

SVMMA PRIVILEGII.

**C**AROLVS nonus Francorum Rex, suo diplomate sanxit, ne quis Opera Ruffini Aquileiensis Presbyteri, ex collatione compluriū exemplarium scriptorum, in celeberrimis bibliothecis conquisitorum recognita, & quibusdam libris aucta, ante sexennium à die primæ editionis numerandū, præter Michaëlem Sonnum bibliopolam, ad eius castigationis exemplum imprimat, néue alibi impressa diuendat in Galliis. Secus qui faxit multa fisco applicanda, aliisq; pœnis indictis damnabitur, vt latius patet in litteris Priuilegij, indultis Lutetiæ, quinto Nouembris, 1570.

RUFFINI AQUILEIENSIS

PRESBYTERI IN LIBRVM DE

BENEDICTIONIBVS IVDÆ

Ad Paulinum Presbyterum,

PREFATIO.

**V**ANTO magis ego me tibi excuso, & minus idoneum ad responsionem eorum quæ sciscitaris adfirmo, tantò tu instatius percontaris, & difficiliora perquiris, ac velut lenti bonis vitio deprehensio, cunctantis armos, & retrorsum terga cedentia, stimulis pertinacioribus perfodis. Vnde consequenter tibi & illud continuo cognoscendum est, quòd etiam si depressa saltem ceruice, iugi quòd superponis onus mouere possumus, nusquã tamen adest nobis copia in apertos patentisque campos, affluentioris facultate orationis, effundenti in latum distenta spacia, rapidioribus cursibus superare. Ideò ergo patere nos, si fortè vel tardius voluerimus, eo quo nos vocas, passibus peruenire. Requiris à nobis quomodo intelligatur, illud quòd scriptum est in Genesi de Patriarcha Iuda, quòd Israel pater eius, dum singulis filiorum, quæ præuidebat euentura prædicit, de isto ait inter cetera: *Alligans ad vitem pullum suum, & ad palmitem vitis pullum a sine sua, quòd tu scripsisti: Et ad cilicium pullum a sine sua, quòd in Græco ita est:  $\chi\rho\iota\ \tau\eta\ \epsilon\lambda\iota\kappa\iota\ \tau\omega\ \pi\omega\lambda\omega\ \tau\eta\ \sigma\iota\varsigma\ \alpha\upsilon\tau\eta\ \epsilon\lambda\iota\kappa\epsilon$ , vitem dicunt Græci, non tã palmitem (quomodo habent nostra exemplaria) quã illos quasi rucinnulos, vel cincinnulos palmitis, quibus succrescens palmes ipse, innectere & suspendere solet, vel ramis arboris, vel palis, vel quibuscunque illis innititur adminiculis, quos capreolos, vt arbitror, appellant agricola: quibus nexibus, tutus, & sine lapsus periculo, vel grauaturs fructibus palmes, vel vaga proceritate distenditur. Arbitror ergo, quòd hic ipse Græcus sermo, in Latinis exemplaribus antiquitus positus est, vt & alia nonnulla, <sup>Pro  $\epsilon\lambda\iota\kappa\epsilon$  vitiose scri</sup> & per tempus ab scriptoribus non intelligentibus, <sup>pro  $\epsilon\lambda\iota\kappa\epsilon$ , cilicium dici putatum est. <sup>prum à La-</sup></sup> Et in hoc quidem facile error interpretis emendatur, sed non tam facile est etiam sensum intelligentiã ipsius inuenire, nisi totius capituli mentio fiat. Totius autem huius capituli tractatus, amplius aliquid & lucidius inueniret, si ab initio ipsarũ benedictionum sumpisset exordium. Quòd utique & otij & temporis non parum quarit, & vt fidelius dicam, quòd mentem spiritu sancto illuminatam deposcit. Quantum ergo vel mediocritas intelligentiæ nostræ valet, vel tempus indulget, vel hi sinunt qui rescripta ad Origenem perurgent, quanta res tanta pati potuit, breuitate, pro eo amore quòd confidere nos tibi de omnibus iubet, sine præiudicio eorum qui melius aliquid sentire possunt, quid nobis de hoc interim capitulo videatur, exprimimus. Scio quã plurimos caput istud ita de domino interpretari, vt nihil ad Patriarcham Iudam pertinere ex his quæ dicuntur, adfirmant, quia neque vt leo dormisse vsquam, neque vt catulus leonis ostenditur suscitatus, neque gentes in eo sperasse vllatenus probabuntur. <sup>Hic desunt</sup> <sup>nonnulla.</sup> <sup>Et in-</sup> <sup>nonnulla.</sup> etiam in hoc capitulo sentiendum est, vt alterno intellectu expositio dirigatur, & interruptio historialis intelligentiæ, mystici sensus prodat arcanum.*





**I**T ergo: *Iuda te collaudent fratres tui. Manus tua super dorsum inimicorum tuorum.* Potest hoc vel ad ipsum Iudam, vel ad eos qui ipso videntur esse progeniti Reges, referri, qui regnū gentis illius ministrantes, inimicorum terga domuerunt. Sed & in Christo competenter accipitur, qui à fratribus suis, id est, ab Apostolis quos ipse fratres in Euāgeliis nominauit, merito collaudatur. Inimici verò eius super quorum dorsa manus eius est, illi intelliguntur quos Pater promittit se sub pedes eius positurum, dicens, *Donc ponā inimicos tuos sub pedibus tuis.* Sunt ergo inimici, donec increduli sunt & infideles, & ideò cādūt in tergo, qui posteaquam cōuersi fuerint, efficiuntur fratres, & collaudant eū qui eos in adoptionē patris vocatos, sibi & cohæredes fecit & fratres. Benè autē terga inimicorū cædi dixit à Christo: Omnes enim qui adorabāt idola, terga dabant Deo, sicut & per prophetā dominus exprobrat, dicens: *quia cōuerterunt ad me dorsa sua & nō faciē.* Hæc ergo dorsa cedit, vt cōuersi aliquādo terga dēt idolis, & faciem erigant ad Deum, & faciant hoc quod in consequentibus scriptum est: *Et adorent te filij patris tui.* Tūc enim cū adorant eum, filij patris fuerunt effecti, & spiritum adoptionis acceperūt, in quo clamant, *Abba pater.* Nemo enim dicit Dominum Iesum Christū, nisi in spiritu sancto. iste sermo paulò durius refertur ad Iudam, nisi abusiue id dicamus, adoratos esse quasi reges, à fratribus, id est, suis cæteris contribulibus filios Iuda. *Catulus leonis Iuda, de germine † filius meus ascendisti: Recubans dormisti sicut leo, & sicut catulus leonis, Quis suscitabit eum?* in his versiculis, non iam concludimur, sed penè excludimur, nam catulum leonis, si exponamus Iudam dici posse pro virtute bellādi, quomodo exponetur quod de germine filius dicitur ascendisse. Germen autē hic in græco, βλαστόν dicitur, quod magis virgultū, vel ramus recte interpretatur, qui de radice repullulare, vel de ipso robore arboris solet. ex quo ergo virgulto, vel ex quo ramo Iudas ascendisse dicitur vel quomodo recubens dormisse vt leo, & vt catulus leonis: ita vt queratur quis eum suscitaret, nisi forte aliquis vim faciēs, velit ita adseuerare, Ex germine processisse Iudā, id est, vt superius diximus, ex virgulto vel ex ramo, quod de ipsa patris fortitudine & virtute significet: quicq; virtutis cōfidentia recubet & quiescat, vt leo & vt catulus leonis, nec eum ausus sit aliquis suscitare, dum pro magnitudine viriū, & potētia beatorū suscitare eum nullus audeat ad prælia. Sed multò conuenientius aptabitur huic loco mystica expositio, in qua catulus leonis Christus, nō solū φωνικός verum etiā ἰσχυρός designatur. Nam Physiologus de catulo leonis hæc scribit, *Quod cū natus fuerit, tribus diebus ac tribus noctibus dormiat, Tū deinde patris fremitu vel mugitu tanquā tremefactus cubilis locus, suscitaret catulū dormientē.* Iste ergo catulus ascendit ex germine: ex Virgine enim natus est, nō ex semine, sed ex virgine absque cōcubitu virili & absq; semine naturali Christus. Velut virgultū siue ramus, in quo manifestissimè & veritas carnis adsumptæ ex virgine declaratur, in sacrosācto germine & à cōtagio carnalis & hu-

Mat. 23.

Psalm. 109.

Hier. 2.

Gal. 4.  
1. Cor. 12.M. S. nūm  
ascendet.Leonculorū  
somnia tri-  
duanus.

& humani seminis excusatur. *Recumbens dormisti vt leo, & sicut catulus leonis.* Manifeste recubuisse & dormisse, dictum de passione mortis ostenditur. Sed videamus quare vt leo, & vt catulus leonis, dormit. De catuli quidem somno iam superius dictum est, quod valde conuenienter adaptatur Christo, qui tribus diebus & tribus noctibus, in corde terræ sepultus, somnum mortis impleuit. Vt leo autem, hoc modo debere intelligi arbitror: Mors Christi, oppressio & triumphus dæmonum fuit, omnem namque prædā quam leo ille cōtrarius inuaserat prostrato homine & deiecto, hic leo nofter eripuit: denique rediens ab inferis & ascendens in altum captiuam duxit captiuitatē. Hoc ergo modo, & in somno suo leo fuit vincēs omnia & debellans, & destruxit eum qui habebat mortis imperium. Et velut catulus leonis, die tertia suscitatur. *Quis suscitabit eum?* Rectè quasi inquirētis prophetæ personam quæ suscitaret Christum, sermo significat, quia Apostolus quidē dicit: *Quia Deus illum suscitauit à mortuis.* Et, *Qui suscitauit Christū à mortuis, suscitabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantē spiritum eius in vobis.* Et iterum ipse Christus dicit in Euāgeliis: *Soluite templum hoc, & ego in tribus diebus suscitabo illud: hoc autem dicebat de templo corporis sui.* Quia vero ipse dicit, *Suscitasse templum suum, & Deus illum dicitur suscitasse: Rectè* Propheta stupore tantæ patris & filij vnitatis, atq; indiscretionis attonitus dicit: *Quis suscitabit eū? Nō deficiet Princeps ex Iuda, neque dux de scemore eius, vsque quò veniant ea quæ reposita sunt.* Et velut in alijs exemplaribus habetur. *Veniat is cui repositum est, & ipse erit expectatio gentium.* Hic locus manifestè refertur ad Iudam, constat enim vsque ad natiuitatem Christi non defecisse principes ex genere Iudæ, nec dāces de scemoribus eius, vsque ad Herodem regem qui secundum fidē historiæ, quam Iosephus scribit, alienigena fuisse, & per ambitionē in regnum Iudæorum dicitur irrepsisse. Statim ergo vt hoc factum est, & vt defecit dux de scemoribus Iudæ, aduenit ille cui regnum repositum, in quo, quomodo gentes sperent, Euāgelij fides & Ecclesiarum docet propagatio. Reposita autem dicuntur ea quæ opportuno tēpore proferenda sunt, sicut & Christus in fine scæculorū aduenisse dicitur. Cū dicit Apostolus, *Ecce nunc tempus acceptum, scilicet ad salutem gentibus conferendam.* Si verò quis in omnibus cupiat cursum vtriusque expositionis aptare, potest extorquere fortassis, vt etiam de Christo hæc hoc modo videantur intelligi: *Quia non deficiet Princeps ex Iuda,* Id est, hij qui post resurrectionem eius, Ecclesiarum principes ordinantur: *Et dux de scemoribus eius,* Duces quoque populi Christianorum, de scemoribus Christi. Hoc modo exponet, membra Christi esse, sine dubio spiritualiter intelligenda; quæ Apostolus dicit populum fidelium. Possunt ergo & scemora eius spiritualiter intellecta indicare eos qui pro firmitate & constantia fortitudinis, omne corpus Ecclesiæ sustentare videntur & ferre: vel quia humani seminis iudicium solet in scemorum appellatione figuratiter dici; apud nos autem qui seminat, verbum seminat, poterunt ergo hij qui ministerium verbi Ecclesiæ exhibēt de Christi scemoribus intelligi duces. *Vsque quo veniant quæ reposita sunt ei:*

Act. 3.  
Rom. 8.

Ioan. 2.

1. Cor. 6.  
Christi scemora quæ  
sunt mysticè

Luc. 8.

Videbitur ita posse intelligi quod vsque ad consummationem seculi, non deerunt isti duces, donec veniant ea quæ reposita sunt, quæ apparauit Deus his qui diligunt eum. *Et ipse erit expectatio gentium.* In die scilicet iudicij, cum omnes gentes & populi Christum iudicem, in pauore cordis, & tremore conscientiæ expectabunt. *Alligans ad vitem pullum suum, & ad palmitē pullum asinæ suæ.* Hoc de Christo, & propriè & singulariter dicitur: ipse enim alligauit ad vitem pullum suum, qui dixit: Ego sum vitis vera. ad hanc ergo vitem, & pullum suum alligat, & asinæ suæ pullum. Pullus suus est, ex gentibus populus, cui vtique nunquam adhuc legis onus fuerat impositum: & supra quem, nisi ipse primus, nemo infederat. Pullus verò asinæ suæ est, qui ex priore populo, qui nunc in figura asinæ nominatur, electi erant ad salutem, de quibus Propheta dicit: Si fuerint filij Israel sicut arena maris, reliquæ saluæ fient. Abiecta ergo asina, quæ onus Legis in infidelitate portare maluit, pullus ex ipsa natus eligitur, id est nouellus ex vereri, per fidem populus adsciscitur, ac populo ex Gentibus sociatur. Vitis ergo Christus ex ea parte dicitur, qua naturam suscepit humanam, ad quam Dei verbum pullum suum alligat, id est, populum suum coniungit & sociat ei conuersationi quam ipse exegit in carne: vt imitatione ipsius, pullus qui ad ipsum alligatus est, efficiatur cum illo & filius Dei, cohæres Christi. Palmitem autem de quo initio, quid significaret exposuimus, intelligere possumus hoc modo. Fides quæ in Christo est, & præsentis vitæ regulam ministrat, & futuræ spei fiduciam præstat. Vitis ergo videtur illud ostendere, quod Christi in carne positi gesta, in ipso credentes & ipsi inhærentes imitantur: palmes verò, id est, *ἀλις* qui non tam palmes, quam illud intelligitur, quo palmes arbori connectitur, & confirmatur à lapsu, quo adminiculo tutus, ventos ac turbines contemnit & respuit, futurorum donorum *†* indicat spem, quia fideles, qui que non solum in iis quæ egerunt, sed & in his quæ sperant & credunt futura, cōsummationem salutis expectant, in quo quasi ad quandam patientiæ arborem, spe vincit ac confirmati tentationum procellas ac turbines ferunt. Quod de Historiali Iuda interpretari, nulla mihi ratio videtur posse permittere, nisi si Iudaicis fabulis attendentes, putemus ita posse intelligi, pro eo quod dicunt partem tribus Iudæ, quam in terræ hæreditatē suscepit, ita esse refertam vineis, vt tanquā nullo alterius generis existere virgulto tanta esse vitis copia videatur, vt ne animal quidē alligandi ad aliud genus arboris detur facultas: sed hæc vt diximus, Iudaica magis commenta videbuntur, nobis autem mystica plus, etiam si sola sit, placeat expositio. *Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuae amictum suum.* Videbuntur & hæc tantum ad Historicam expositionem pertinere, Agrum fertilē vitis, & hyperbolicas vini abundantiam significare, sed nobiliorem sensum mystica producit expositio. Nam stola Christi, quæ lauatur in vino, merito eius intelligitur Ecclesia, quam ipse sibi mundauit sanguine suo, non habentem maculam & rugam. Non enim, inquit Apostolus, argento vel auro redempti estis, sed precioso sanguine Vnigeniti à Deo. In huius ergo sanguinis vino, id est, lauacro regenerationis, à Christo

Ioan. 15.

Mar. 11.

Luc. 19.

ose. 1.

Ro. 8.

M. S. habet

tenet.

M. S. bono

rum.

Eph. 5.

1. Pet. 1.

sto lauatur Ecclesia. Confepelimur enim illi per Baptismum in morte & sanguine ipsius, id est, in morte ipsius baptizamur. In sanguine autem vuae quomodo amictum suum lauet, videndum est. Amictus, propinquior quædam vel secretior corpori vestis videtur esse quam stola. Hi ergo qui prius per lauacrum loti, stola eius fuerant effecti, posteaquam ad sacramentum sanguinis vuae peruenerunt, veluti interioris mysterij, secretiorisq; amictus eius participes esse dicuntur. Lauatur enim etiam in vuae sanguine anima, cum sacramenti huius cœperit capere rationem. Agnita namque & intellecta virtute sanguinis virtute verbi Dei, quâto capacior effecta fuerit anima, tantò purior fit, & lauatur quotidie ad scientiæ profectum: & iungens se Domino, non solum amictus eius, verum etiam vnus iam cum ipso spiritus fiet. Huic contrarius erat amictus ille populi Israel, in quo, vt gentis impudicitiam designaret, non tam amictum quam præcinctorium id nominauit, quod hieremias circū dare lumbis suis & auferre rursus, atque in Euphratem iubetur abscondere. *Gratifici oculi eius à vino, & dentes eius candidiores lacte.* Vides quomodo historialem intellectum, erga finem præcipue, amputat & abscondit? Si enim adhuc cōtentiosius agentes dicere velimus, quia gratifici sunt oculi Iudæ ex vino præ abundantia vini, vt supra diximus, & abundantia poculorum, quid de candidis dentibus respondebimus, & qualitate lactis, prolatis? In quo aduersum veritatem nō est agendum impudenter: Sed interruptione intelligentiæ historialis exclusi, ad spiritualis expositionis ordinem redeamus. *Gratifici*, inquit, *oculi eius à vino.* Superius ostendimus Apostolica authoritate, membra Christi dici dignos quosque fidelium, & diuersa singulariter membra nominari, pro eo quod vnusquisque omni Ecclesiæ corpori dependit officium. Erunt enim pedes Christi, qui currunt ad faciendam pacem, qui pergunt ad subueniendum his qui in necessitate sunt positi. Erunt manus Christi, quæ ad misericordiam extenduntur, quæ auxilium indigentibus ferunt, quæ inualidis ad adminiculum porriguntur. Sic erunt oculi Christi qui scientiæ lumen corpori vniuerso præstant, sicut in Euangelio scriptum est, *Lucerna corporis tui, est oculus tuus.* Gratifici ergo sunt oculi isti: Sermo enim sapientiæ sale conditus est, vt det gratiam audientibus. Non ergo pro hoc Sol gratificus dicitur quia scientiæ sermonem ministrat, sed quod habet in se gratiam facit. His enim auditis inquit, sapiens sapientior erit. Gratifici ergo sunt oculi eius à vino, quia nihil est aquaticum in verbo sapientiæ: nihil fluidum, nihil frigidum: sed vinū quod lætificat cor hominis, & quod infunditur vulneribus illius qui incidit in latrones. Quo scilicet audientiū vulnera peccatorū non solum olei lenitate mitigentur, verum etiam vini austeritate purgētur. Et quis est, inquit Apostolus, qui me lætificat, nisi qui contristatur ex me? candidi dentes eius super lac. Sapius iam de membrorum Christi ordine & ratione diximus, & eadem frequentius in his locis reperire absurdum videtur. Dentes ergo eius super lac candidi erunt hi qui fortem & solidum verbi Dei cibum mandere & cōminuere ad summam subtilitatem dentibus possunt, de quibus dicit Apostolus in epistola

ad Hebræos. Perfectorum autem est solidus cibus, qui pro possibilitate sumendi exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali. De imperfectis autem Corinthiis dicit, Lac vobis potum dedi non escam: nondum enim poteratis. Hæc super eos qui lacte aluntur: Dentes eorum sunt cãdidi, id est hi qui perfectum cibum capere non possunt, & comedere super illos, qui tanquam paruuli adhuc lacte indigent. Denique & in lege ea animalia quæ ruminant, & sumptum cibum ad dentes denuò reuocant, quod subtiliter minutatum, sustentationi corporis tradunt, munda esse animalia designantur. Aprissimè sanè etiam candidos dētes eius dicit. Omnes enim qui perfecti sunt, & scripturarum cibos, dignis & competentibus interpretationibus explanantes, subtilem & minutum intellectum qui spiritualis dicitur, Ecclesiæ corpori subministrant, candidi debent esse & puri, atque ab omni macula liberi, ne fortè dicatur eis, Qui alios doces, te ipsum non doces. Verùm quoniam scriptura diuina, non solum sacramentorum debet scientiam continere, verùm etiam mores, gestãque informare discipulorum: sic enim & Sapientia per Salomonem dicit, Describe tibi hæc dupliciter & tripliciter in corde tuo: Et arca quæ construebatur à Noë, bicamerata & tricamerata fieri iubetur: conemur & nos, posteaquàm dupliciter ista, pro ut potuimus sentire, descripsimus, id est, secūdam historiam, & secundum mysticum intellectum, nunc in quantum recipere locus potest, iam moralem, in eo discutere sermonem, ut scripturarum studiosi, nō solum quid in aliis, vel ab aliis gestum sit, sed etiam ipsi intra se, quid gerere debeant, doceantur. Iudas, confessio interpretatur: qui ergo, vel peccata sua confessus pœnitentiam egerit, vel Christum in persecutione coram hominibus confiteretur, collaudabitur à fratribus suis: lætitia est enim & gaudium Angelis in cælis, super vno peccatore pœnitentiam agente. Ab ipsis ergo tanquam à fratribus (vnius enim illi Creatoris & patris filij sunt, & homines & Angeli) collaudatur. Verùm is qui confiteretur dominum Iesum, quia in spiritu sancto confiteretur, manus eius supra dorsum inimicorum efficiuntur: qui enim ante exhibuerat membra sua seruire iniquitati ad iniquitatem, nunc exhibens seruire iustitiæ in sanctificatione, iam fugientium se inimicorū suorum, id est, dæmonum terga vexat & cædit. Sic enim pugnat, non quasi aërem cædens, sed dæmones fugās, quique ob nimios profectus velut Dei iam in se participiū habens, etiam adorari dicitur à filijs patris sui. Filios patris sui, quasi in morali loco, possumus filios lucis accipere, qui meritò adorant & venerantur eos qui scientia & operum merito in Dei similitudinem profecerunt. Sicut enim Christus lux mundi est, ita & discipuli eius lux mundi sunt: sed ille per naturam, isti per gratiam. Et Moses Deus esse dicitur Pharaonis. *Catulus leonis Iudæ*, ex germine filij mi ascendisti. Meritò catulus leonis appellatur, qui Christo conrucifixus est & conresurrexit, sicut & Paulus dicebat, qui & ipse meritò in Iudam accipitur, confitebatur enim peccatum suum dicens, Non sum dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei. Et iterum quod Christus est, esse dicit seipsum, cum ait: Christo conrucifixus sum, viuo verò iã non ego, viuit verò Christus

stus in me. Est ergo catulus leonis qui dormit cum Christo dum mortuus est peccato, & resurrexit cum Christo dum viuit Deo. Ex germine autem filius qui ascendit, sine dubio is est, qui cum esset oleaster insertus est in arborem oliuam, & agrestes ac feros mores naturæ carnalis abiicit, per spiritum adoptionis hæres, radix vera vitæ permanens, & fructum plurimum ex eius insitionibus adferens. *Recubans dormisti vt leo*. Dormit vt leo, sapiens namq; confidit vt leo, maxime cum potuerit confidenter dicere, Omnia possum in eo qui me confortat nō terroribus, non minis, nō vllis illecebris excitatur, sed manebit immobile propositū & mens fixa. Nec deesse vnquã Princeps poterit ex Iuda, & dux de scemoribus eius: Verè enim ille poterit principatum sui agere & dux esse probabilis, qui prius per cōfessionem & pœnitentiam omnibus carnalibus vitiis, quibus prius agebatur, abscissis sibi que subiectis, principatum sui gerit, nec permittit in se vel iram, vel ambitionem, vel auaritiam, vel libidinem gerere principatum. Sed dux erit ei de scemoribus Iuda, id est, eius qui cōfessione emendatus est & correctus, ne si cæcus cæco ducatum præbeat, id est, animus adhuc vitiis obcæcatus cæcum natura corpus regat, ambo in foueam cadant. *Donec veniant ea quæ reposita sunt eis*, sicuti & ille dixit: Quia non sunt condignæ passionibus huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Aut certè ita tam diu principatum sui gerit vnusquisque sanctorum, & dux erit suæ vitæ, donec veniet illud, vt sit Deus omnia in omnibus, hoc enim in fine repositum est. *Et ipse erit expectatio gentium*: quoniam semel moralem locum persequi proposuimus, etiam gentes istas intra nos requirere debemus, quæ expectationē habent. Huius tam emendati eo confessione perfectiq; possumus gētes intra nos intelligere, omnes animæ nostræ motus qui ferocius in nobis mouentur secundum primam ætatem, & quasi gētiliter agunt: his, omnis emédationis spes est & expectatio, si sensus, qui est princeps & dux hominis, Christum confessus & ab eo illuminatus, actuum suorum gubernacula moderatur. *Alligans ad vitem pullum suum*. Pullum hic, ipsum sensum pro inuouatione vitæ intelligamus, qui alibi à Domino infans appellatur, cum dicit: Nisi conuersi facti fueritis sicut infans, non intrabitis regnum cælorum. cum ergo quis coniungit se Domino, & efficitur vnus spiritus cum ipso, alligat ad vitem pullum suum dicens: Mihi autem adherere Deo bonum est. *Et ad palmitem pullum asinæ suæ*. Palmitem istum, id est, quem supra exposuimus, possumus subtilem & flexuosam scientiæ sentire intelligentiam, cuius pullus asinæ, id est, animæ sensus adfectus, ipsam animā seruat à lapsu. *Lauabit in vino stolam*. Sicut caro verbi Dei, perfectorum cibus est, ita & sanguis eius, perfectorum est poculum. Qui ergo per Verbum Dei expurgantur & renouantur de die in diem, hi dicuntur lauare in vino stolam suam, id est, actus suos visibiles, & in sanguinem vna amictum suum, interiores cogitationes, sicut & Apostolus dixit: Cogitationes purgantes, & omnem alitudinem extollentem se aduersum scientiam Christi. Potest tamen & sola intelligi Martyrij gloria & passio, quam pati sperat quotidie iustus in carne, & amictus solus in sanguine. Nihilominus Mar-

tyrium conscientiae accipit quod intra se tolerat indefinenter. Denique & in consequentibus, gratificos oculos eius esse dicit, à vino, & dentes eius candidos super lac. Non est autem dubium oculorum laudem, ex prospiciendi & porrò videndi virtute proferri, quod utique per conscientiam vel gratiam, vel studium venit. Idcirco enim & dentes candidi, qui puros & immaculatos & solidos edant verbi Dei cibos, nec paruulorum lacte aliam animam patiatur, sed solidis eam nutriant, & validis cibis, id est, à moralibus ad mystica & dogmatica eam transferentes, quibus illuminata possit reuelata facie gloriam Domini speculari.

**R V F F I N I A Q V I L E I E N S I S**  
**P R E S B Y T E R I, D E B E N E D I C T I O N I B V S**  
**P A T R I A R C H A R V M, S I V E C O M M E N T A R I O R V M**  
 in Gen. cap. 41. ad Paulinum Episcopum  
 Nolanum, Liber II.

PAVLINVS FRATRI RVFFINO, S.

**S** I incertum mihi fecit filius Cerealis, quod ad te perrecturus foret, in tempore quo ad sanctum Petrum reuertitur: tamen per eum qui aequè tuus ac noster est, non scribere tibi, tam culpabile nobis, quam tibi triste futurum iudicauimus. Itaque chartula damnum si te forte non vidisset, quam officij sicut credimus, si te viseret, praoptantes capeffere, comisimus epistolam istam, non casui sed fidei. Credimus enim in Domino dirigendam ad te viam sermonis ac filij nostri, quia desiderantibus bonum, omnia procedent in bonum, desiderat enim te quantum debes desiderari ab intelligente comodum suum de consortio tui. Et ideo praesumo, quia secundum fidem ac pietatem suam saluabitur in bonis desiderium eius, & perueniet ad te, & tecum manebit, & geminabitur nobis apud Dominum, in vobis salutare praesidium, cum & tibi tam bonus filius, comes, discipulus, adiutor accesserit, & tu illi pater ac magister omnis boni donatus à Domino, ad efficacem orationum potentiam, vires gratiae spiritualis addideris. Nobis autem, etsi pro tua charitate praesumptio sit, quia remeaturus ad Orientem, non fereris inuistatis nobis abire, tamen de peccatis nostris metus est ne etiam si tam nobis vicina filiae Babylonis auertat: quare Domino desideria nostra ac vota mandamus, ne secundum meritum nobis, sed secundum desiderium faciat, & dirigat ad nos viam tuam in via pacis suae, quia non ambulantes in ea, in reprobum sensum damnati sunt, nec te desiderare merentur. Sanè importunitate qua ostium tuum vel media nocte pulsare consueui, repulsae metu, ad verecundiam & modum postulandi coactus, nunc hoc circa me negotij tibi trado, ut Benedictiones duodecim Patriarcharum, cuius iam principium mihi exposita circa personam Iudae Prophetia, triplici ut iussum est interpretatione, conscriptis paginis edidisti: per reliquos filios distributam digneris exponere, ut & ipse per te fiam conscius veritatis, & magna gratiae ac laudis auctorem habeam, si his qui de me supra me, propter operis consulendum me putauerunt, diuina potius, & tuo spiritu, quam de meo sensu inepta respondeam.

R V F F I -

**R V F F I N V S F R A T R I P A V L I N O**  
**H O M I N I D E I S.**



**S** O M M V N E M quidem filium Cerealem, nondum videram, sed is conscius, quid mihi doloris infligeret, si reddere moraretur literas tuas, praemisit eas ad me: quas cum legens erga tui (ut soleo) desiderium, magis ac magis crescerem, inueni ad ultimum illud te imperare unde excusari frequenter apud te, ne de scripturarum scilicet interpretationibus aliquid à me posceres per literas respondere: & quò magis à poscendo desisteres, signum tibi imperitiae meae & ineruditi sermonis semel atque iterum dedi. Sed quia tu nec sic quidem tuias imperare, ut potui etiam nunc, de reliquis undecim Patriarchis addidi ad haec quae de Iudae benedictione prius tibi responderam: arbitrans quod patris illius, cui iubenti ut irem in vineam, dixi: Non eo, & abii postmodum: fecerim voluntatem. Si quid sanè temeritatis in facto est, quodcum minus idonei simus, tam magna contingimus, cum tui venia dixerim, tibi iustissime reputabitur, qui praenimio amore, mensuras in nobis scientia, ut & reliquarum virtutum satis breues esse, non aspicias. Quia autem Quadragesimae diebus, in monasterio Pineti positus, haec rescripsi ad te, etiam fratribus qui aderant, ineptias meas calare non potui, sed & ipsi magnum putantes aliquid esse quod tibi placere potest, extorserrunt tamen ut haec describerent sibi. Sic me, & cum nescis tuas poscis, etiam aliis propinas. Vale in pace frater amantissime, verissime Dei cultor, & Israëlita in quo dolus non est, meique memor esto gratia plene homo Dei.

Dies Quadragesima  
 aliquanto  
 melius  
 geretur  
 elcas.

**R V F F I N I A Q V I L E I E N S I S**  
**P R E S B Y T E R I I N B E N E D I C T I O N E S**  
**R E L I Q V O R V M V N D E C I M P A T R I A R C H A R V M**  
 siue Commentariorum in Gen. Cap. 49.  
 Liber II.



**S** C I E N D V M est primò, quod in singulis quibusque locis ubi Scriptura de duodecim Patriarchis commemorat, multa est in ipsa ordinis conscriptione diuersitas. Alius ordo est, in ipsa eorum natiuitate conscriptus: alius cum terram Aegypti vnà cum patre suo Israël & sobole posteritatis referuntur intrare: alius nunc, cum benedictiones obituri parentis excipiunt: alius cum egressae de Aegypto tribus, vel in deserto commemorantur aliquid agere, vel terram repromissionis ingressae, in monte Garizin, & in monte Gebal pro benedictionibus & maledictionibus statuuntur. Alius etiam cum diuisionem terrae, hereditatis sorte suscipiunt, & in tantum ordo iste variatur, ut interdum quidam ex ipsis nec adscripti inueniantur in numero. quod utique certum est non absque aliqua ratione variari & existere causas probabiles, quibus in illo loco ille praefertur, in alio verò alius praeponat. Sed de his nobis nunc à te propositum non est, nisi ea tantummodo prout Deus dederit explicare, quae in benedictioni-

Gen. 35.  
 Gen. 46.  
 Gen. 49.  
 Num. 1.  
 Num. 2.  
 Num. 7.  
 Num. 10.  
 Num. 13.  
 Num. 26.  
 Num. 34.  
 Deut. 27.  
 Io. 15.

bus quas mortis tēpore à patre suscipiunt, continentur: quæ quidem benedictiones, ex eo fortasse solummodo appellari poterunt, quod in nouissimis dicitur: Et hæc locutus est illis pater eorū, & benedixit illos, vnunquēque secundum benedictionem suam benedixit illos. Cæterū in initiis, vbi conuocat eos pater, non quasi ad benedictionem vocat, sed ita scriptum est: Vocauit autem Iacob filios suos, & dixit: Cōgregamini vt annunciem vobis quæ occurrura sunt vobis in nouissimis: quod vtiq; magis Prophetiā significat, per quam quæ eis euentura sint præsignificantur. In ipso autem corporali serie verborum, neque benedictionestatum, neque futurorū sola prænuñciatio, qua vel mors, vel propositum eorum, vel etiam quædā ab eis gesta notabiliter arguuntur, quæ res nobis & tripartitā, vt & in aliis fecimus, explanationis materiam subiicit, ita vt benedictiones Historiæ locum seruent. Prophetia verò mysticum, atque dogmaticum morum correctio, & obiurgatio moralem dirigit stylum.

## BENEDICTIO RVBEN.

**R**V BEN (inquit) primogenitus meus, virtus mea, & initium filiorum meorum, durus in conuersatione, & durus, temerarius contumelias irrogasti, tanquam aqua non effervesces. Ascendisti enim super cubile patris tui, tunc polluisti thorum vbi ascendisti.

Incesti historia neminem laret, quomodo Ruben in concubinam patris sui effebuerit flamma libidinis, & paternum maculauerit thorum; sed quod in initiis, laudis ei aliquid videtur adscribere dicens: *Tu virtus mea.* Idcirco vt grauius notetur in crimine, qui cum virtus patris haberetur, & initium filiorum, nescit seruare reuerentiam patri, quale est & illud quod dicitur per Prophetam: Ego te plantavi vineam frugiferam, totam feracem, quomodo conuersa es in amaritudinem vitis alienæ? Secundum mysticam verò intelligentiam, videtur mihi Ruben prioris populi Iudæorum ferre posse personam, qui & primogenitus est, & initium filiorum sicut & Prophetam dicit: Irael primogenitus meus, Primis namque illis data sunt eloquia Dei, quod autem durus fuerit ille populus & temerarius scripturæ denuntiant: dicit enim de eis propheta, Omne quod loquitur populus hic durum est. Et item alibi de ipsis dicit: Vos semper dura ceruice, & non circumcisi corde. Patri verò Deo irrogauit iniurias, cum conuertit ad eum dorsum suum, † non faciens bonum. Thorum autem concubinæ polluit quem ascendit, id est legem veteris Testamenti, quam sæpe præuaricando maculauit. Quod autem in concubinæ persona lex veteris Testamenti ponatur, Paulus edocuit dicens: Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera; hæc autem sunt Testamenta, in quo Agar quæ concubina fuit in veteris Testamenti ponitur typo. Vna etenim erat perfecta columba genitrixue, quæ virgo casta, regina sponso regi Ecclesia, per Euāgelium iungitur Christo. Sed & moralis nobis in hoc ita tractabitur locus. Ruben interpretatus est maiorib; filius qui videtur, hoc est, visibilis & carnalis

nalis: ipse credo, de quo dicit Apostolus, Primus homo de terra terrenus. 1. Cor. 15. Sed & alibi: Si enim qui videtur noster homo corrumpitur, sed qui intus est: 1. Cor. 4. renouatur. Hunc eundem qui videtur, exteriorem hominem appellat. Eritrum dicit: Quia non primum quod spiritale est, sed quod animale est 1. Cor. 15. primum. Ergo omnis homo cum in hoc mundo carnaliter viuit, & secundum carnem mouetur, & primus est carnalis motus in concupiscentia libidinis, cui iam primæ iuuentutis tempus obedierit, durum & temerarium simul, & lasciuum hominem reddit, ascendentem etiam super cubile patris & polluentem thorum paternum, id est, etiā præcepta & monita naturalis legis, quæ in nobis est (quod nunc paternus thorus dicitur) præuaricantem. Est enim intra nos lex quædam naturalis, quæ arguit vnumquemque peccantem, & malum ei esse suggerit quod delinquit: cubile ergo Legis huius temerat, ac sedē secreti eius maculat, qui præceps & infrenis fertur ad vitia.

## BENEDICTIO SYMEON ET LEVI.

**S**YMEON & Levi fratres, perfecerunt iniquitatem voluntatis suæ, in consilium eorum non introcat anima mea, & in consilio eorū inuidentur viscera mea. Quantum quidem ad historiam pertinet, videtur illud eorum culpæ commissum, quod emmor filium Sychem, qui post sororis eorum concubitum, familiarē Israël voluerat sociari, fraude & circumuentione iugularunt, atque omnem eius populum interemerunt, quando & dicebat eis pater eorum Israël: Quia odibilem me fecistis in hoc mundo. Maledictū ergo eorum furorē temeritate imprecatur, & diuidendos eos per populos Israel protestatur, vt pote ex ipsis Leuitas & Sacerdotes futuros, qui fortē terræ promissionis non habuerunt. Spiritalis autem de his explanatio talis mihi quædam posse videtur aptari, quod Symeō & Levi Scribarum & Phariseorum Iudaici populi possint ferre personas, de quibus scriptū est: Quia consilium fecerunt Scribæ & Pharisei vt Iesum dolo tenerent, de quo consilio nunc dicit sanctus, qui mente Deum videbat: *In consilium eorum non introcat anima mea, & in consilio eorum, in quo falsis testibus adhibitis condemnabāt Iesum, non, inquit, inuidentur viscera mea.* Non tibi hoc videtur dicere: Mundus ego à sanguine iusti huius, mundus ego à sententia quam discernitis aduersum innocentem. *Quia in ira sua inquit occiderunt homines, Requirō quos homines occiderunt, cum certum sit ante passionem domini, neminem credentium esse punitum, nisi forte quis ipsis adscribat etiā sanguinem Prophetarum. Quia & dominus dicit quod à sanguine Abel iusti vtiq; ad sanguinē Zachariæ, omnis qui effusus est sanguis iustorum, ab ipsa generatione requiratur. Sed videamus, an forte & illos homines occiderint quos persuaserunt clamare: Sanguis illius super nos & super filios nostros. Et in cupiditate sua subneruauerunt taurū.* Taurū appellari filium dei legimus in scripturarū figuris, in Euāg. nimirū, vbi scriptum est bis sub persona filij senioris dicentis ad patrem, Ego semper tecum fui, & mandatū tuum

Luc. 12.

nunquam præterij, & nunquam dedisti mihi hædum, vt cum amicis meis epularer: cum autem venit filius tuus hiciunior qui dilapidauit omnem substantiam, occidisti illi vitulum saginatum istum. Ergo taurum siue vitulum consilio suo Scribæ & Pharisei subneruasse dicuntur, quorum maledictus furor, quia temerarius est, & ira illorum, quia indurata est. *Diuidam illos in Iacob & dispergam eos in Israel.* Videndum est ne forte diuisio ista quæ hic commemoratur, talis sit, qualis & illa de qua in Euangelio dicitur: Quia cum venerit dominus serui illius, diuidet eum, & partem eius cum infidelibus ponet. Vel certe, vt audiui quendam ex sanctis patribus differentem, quia diuisio simul & dispersio nominatur pro eo quod nonnulli ex ipsis domino crediderunt, & alij in infidelitate permanserunt. Diuisi dicuntur hi qui ab eis separantur & veniunt ad fidem, & dispersi hi quorum patria, templumque subuerso, per orbem terræ, incredulum dispergitur genus. Moralis verò tropus ita fortasse seruari potest. Tripartitam esse animæ virtutem, multis sapientibus visum est, id est, tres esse species motus eius, per iram, per cupiditatem, per rationem, nec alius, vt puto, animæ motus, exceptis his poterit inueniri. Omne enim quo innititur vel mouetur, aut iræ, aut desiderij, aut rationis est, & ideo totius vitæ humanæ status in istis tribus filiis Iacob adumbrari mihi videtur, & per ipsos tripartitus iste motus animæ designari, in quibus seruat primam concupiscentiæ speciem Ruben, in quam cum macula notatur effusus. Secundam, iræ vel furoris speciem tenet Symeon, quæ & ipsa ex furoris eius demonstratur opprobrio. Tertiam formam motus rationabilis tenet Leui, quippe cui etiam legem seruare commissum est. Has ergo tres species videtur mihi omnis prope anima, quæ in hunc mundum venit, primis motibus culpabiliter agere, vsquequo peccatorum vitij prægrauata, & malorum satietate defessa, ad locum possit penitentij peruenire. Iudas enim post hoc sequitur, qui purget confessione peccata, quia Iudas lingua Hebræa, confessio interpretatur, quæ à morte dicitur liberare. De Iuda autem credo sufficere illa quæ à nobis vt potuimus ante iam dicta sunt, quæ etiam si placuerit, his vel iungi poterunt, vel præferri.

## BENEDICTIO ZABVLON.

Isaie 9.  
Mat. 4.

**Z**ABVLON iuxta mare habitabit, & ipse est accessus nauium, & extenditur vsque ad Sidonam. Historia, portionem futuræ hæreditatis designat & sortem: ad mysterium autem quod spectat, legimus in Euangelio, ex his regionibus adsumptos esse aliquos Apostolorum: & in ipsis locis, dominum sæpe docuisse, sicut scriptum est: Terra Zabulon & terra Nephthalim, via maris trans Iordanem Galileæ gentium: populus qui sedebat in tenebris vidit lucem magnam. Sed quod dixit, *Et ipse extenditur vsque ad Sidonam.* Sidon interpretatur venator, vel venatrix, venatores autem, quos alios putabimus in hoc loco laudabiliter accipiendos, nisi Apostolos domini, de quibus prædixit propheta, Quia mittam venatores multos, & venabuntur

eos

eos in omni monte. Si verò etiam in hoc, moralis requiritur locus, Zabulon fluxus nocturnus interpretatur: consequens ergo videri potest, quia posteaquam vidit anima quæ sedebat in tenebris lucem Domini, & ad penitentiam ex confessione conuersa est, auferantur ab ea, & defluat illa omnia, quæ in morte ignorantia gesserat, & posteaquam præcessit, in Iuda, confessio, etiam in hoc conuersio subsequetur, cum iam defluit omne quicquid noctis fuerat & tenebrarum, in quibus velut exuere se tentat veterem hominem & deponere quæ noctis sunt, vt in die honestè ambulet. Sed hoc, quod se vsque Sidonem excutit, hoc est, vsque ad venatores, fortasse declarat illud quod & ipse iam conetur esse ex illis quibus dicitur: Prædite mihi vulpes pusillas, exterminantes vineas meas. Ideò ergo extendit se vsque ad venatores, vt ipse discat venari, si quando feræ aliqua aut vulpes dolosæ, id est, vel demones truces, vel cogitationes noxiæ cor eius irrepunt, & volunt exterminare vineam Domini sabaoth: vt apprehendant eas malarum cogitationum laudabilis venator effectus.

## BENEDICTIO ISACHAR



**S**ACHAR bonum concupiuit, requiescet in medio sortium, & videns requiem quia bona est, & terram quia pinguis est. Etiam hic competenter historiæ ordo seruat quod in medio sortium, id est in diuisionibus terræ, quæ eis per Iesum filium Naue distributa est, habitauit. Quarta etenim fors ex posterioribus septem tribubus in libro resu Naue ipsius, refertur exisse: quia duæ semi tribus, id est, Iudæ & Efraë, & media tribus Manasse priores acceperat. Ruben verò & Gad & dimidiæ tribui Manasse vltra Iordanem possessio fuit. Est ergo medius Isachar, quia est quartus è septem: glebæ vberis & feracis agricola, erga solū pingue, laborē libenter impendens. Et hæc quidem dicta sint quantum ad Historiam. Isachar verò quia merces interpretatur potest illorum figurā seruare, qui dicunt: Si enim volens prædicauero, mercedem habeo. Et de quibus dictū est: Ecce Domini filij, merces fructus ventris. Merces etenim filij Dei, quod Virginis vterum intrare dignatus est, Apostoli recte putandi sunt: ipsi sunt enim qui concupierunt bonū, de quorum animabus in Canticis Canticorum dicitur, Adolescentulæ dilexerunt te: & quæ dicunt ad Iesum: Post te in odorem vnguentorum tuorum curremus, requiescentes in medio sortium, id est, in medio terræ bonæ, terræ fluentis lac & mel: in medio ipsius requiescunt, quæ terra erat Iesus fluens lac & mel, super cuius pectus, non solū Ioannes, sed in Ioanne omnes discipuli recubebant, & facti sunt agricolæ. Istos fuisse agricolas & excoluisse terram nostrā, quā pingue viderat & bonā, quæq; Filius hominis venerat feminare, & semē eius cecidit super terrā bonā, quæ adferret fructū aliud tricesimū, aliud sexagesimum, aliud centesimum. Omnis de hoc Scriptura testatur, & præ-


B

1. Cor. 3  
 2. Tim. 2  
 1. Cor. 9.  
 2. Cor. 11  
 Heb. 11.  
 Gen. 6.  
 Merces bo-  
 ni operis.

cipue Paulus Apostolus, qui dicit: Dei enim administratio est, Dei cultura est. Et iterum idem dicit, Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere. Et iterum de semetipso dicit: Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Sed fortasse dicitis: Et quomodo verum est, quia requiem viderunt Apostoli, sicut hic dicitur. *Et videns requiem, quia bona est?* Quum constet Apostolos nunquam requiem habuisse, sed in laboribus, in persecutionibus, sicut Paulus Apostolus indicat, omne vite sue tempus habuisse. Videamus ergo ne illud sit quod sermo iste significat, dicens: *Et videns requiem, quia bona est.* Quia considerantes futuram requiem, & regni caelorum beatitudinem, & omnium, quae repromissa sunt, gloriam contuentes, libenter humeros suos subiecerint ad laborem: ad illa enim respicientesque futura sunt bona, patientes praesentia tolerabant mala, sicut & Apostolus Paulus de Mose dicit, quia spretis Aegyptiorum thesauris, elegit potius ferre improperium christi. Respiciebat enim, inquit, ad retributionem. Sed quoniam instituitur arcam scripturae divinae, non bicameratam solum, sed tricameratam (sicut ad Noe a domino dictum est) constituere, videamus nunc qualiter nobis isachar etiam tertium aedificet nidum. In superioribus adsumpsimus eum hominem, qui tripertito animae motu (ut est totius animae languor) ira & furore errantem, quod per concupiscentiam, Ruben, & per iram, Symeon, & Leui prudentiam non recte directam significari posse distinximus: sed hunc iam in Iuda ostendimus poenitentem, & in Zabulon ex multa parte conuersum, in Isachar vero qui merces interpretatur, iam videmus eum etiam mercedem boni operis expectantem, quia non solum abiecit malum sed & concupiuit bonum, etiam in medio sortium requiescit. In medio autem est qui secundum commonitionem sapientiae, non declinat neque ad dextram neque ad sinistram, hoc est enim, recte lineam tenere, & viam virtutis incedere, in quo etiam fortes sic possunt intelligi. Sors dicitur, per quam hereditatis portio unicuique tribuitur, non quae euentu aliquo constare videatur, sicut gentes putant, sed quae Dei iudicio & dispensatione decernitur. Sortes ergo nobis in hac morali expositione, mandata Dei, per quae hereditas caelestis capietur intelligendae sunt. Iste ergo, qui iam conuersus, etiam mercedem operum suorum sperat, semper in medio sortium, id est, in medio mandatorum Dei requiescit, videns requiem quia bona est, & terram quia pinguis est. Posteaquam pugnam quae erat intra se cogitationum, dum in eo concupisceret caro aduersum spiritum, & spiritus aduersum carnem, depulit & exclusit, requieuit spiritus eius in Deo, & tunc vidit bonam esse requiem, quando iam dicere ei poterat resus: Venite paululum & requiescite, sed & terram vidit quia bona est: quando vidit terram bonam? quando carnem suam a vitis, & concupiscentiis expurgauit, tunc eam vidit terram esse bonam & pinguem sine dubio, quae adfert fructus iustitiae in operibus bonis. Hoc enim videns *supposuit humerum suum ad laborandum, & factus est vir agricola.* Agricola terrae suae, putandus est ille, qui capos animae suae, cordisque sui noualia indefinenter verbi Dei aratro & scripturarum vomere scindit & sulcat, qui planta-

plataria fidei & charitatis ac spei & iustitiae de Israel fontibus rigat, & omnem agriculturam disciplinam in animae suae rure deprehendit.

## BENEDICTIO DAN.


**D**AN iudicabit populum suum tanquam si vna tribus in Israel, & fiat Dan serpens in via, adsidens super semitam, mordens calcaneum equi, & cadet eques retrorsum, salutem expectans a Domino. Huius loci historia, quoniam in scripturis sanctis quantum ad mei sensus paruitatem spectat, non facile inuenitur euidenter expressa. vel quomodo iudicauerit Dan, populum quasi vnam tribum, vel quomodo in via adsederit, ne forte aliquid quod probamenta de scripturis minus videatur habere, proferamus, magis quae scripta sunt ad spiritalem intelligentiam mihi videntur aptanda: nisi forte in his bellis quae siue ab Iesu Naue, siue in Iudicum libro scripta referuntur, aliquibus inibi gestis, haec quae scripta sunt conferantur, curiosius perquirentes, nos tamen licet nondum quod intentioni nostrae satisfaceret, deprehendimus, tamen quae in nonnullorum opinione habentur, exponimus. Dicunt quidam Antichristum per haec verba praedici, de ista tribu futurum: alij de Iuda proditore haec scripta esse suspicantur, & equitem atque equum, Dominum cum carne suscepta, designari volunt. Sed vix mihi videtur explicari posse talis intelligentia: quia & si in equo Deitatem ponere voluerint, morderi utique a serpente non potuit, si in equite, cadere retrorsum & salutem expectare a Domino, Deitas verbi non competenter diceretur. Indeputo, quod Dan fortasse ad illum rectius transferatur qui iudex expectatur viuorum & mortuorum, quia Dan, iudicium vel iudex interpretatur. Dominus ergo Iesus Christus qui dicit, Ego in iudicium veni in hunc mundum: & iterum, Pater neminem iudicat, sed omne iudicium Filio dedit. Ipse populum suum tanquam vnam iudicabit Tribum, non enim ultra erit diuisio tribuum, non vlla diuersitas, sed sicut ipse ait: Erit vnus grex, & vnus pastor. Quod autem aliquos videtur deterrere in hoc loco, iste sermo qui sequitur, dicens: *Fiat Dan serpens in via.* Et quia serpens frequenter in scripturis in diaboli persona ponitur, putant hoc non posse domino conuenire, sed si redeamus ad scripturas, sicut inuenimus leonem dici diabolum, qui circumiens, quaerit quem transuoret: Et tauros dici contrarias virtutes, sicut tibi, Tauri pingues circumdederunt me. & iterum leonem dici etiam dominum, paulo ante nobis expositus Iudas edocuit. Taurum etiam dici ipsum dominum, inuenimus, illum qui occisus est pro salute & reditu filij poenitentis. Sed & alia multa in scripturis similia sunt, quae nunc ad bonam, nunc ad malam partem trahuntur: ita & serpens inuenitur aliquotiens etiam in persona domini scriptus, ut ipse de se dicit in euangelij. Sicut enim Moses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet filium hominis. Sed & Apostolus, quum praecipit prudentes fieri sicut serpentes, nunquid non ad bonam partem, appellationem serpen-

B ij

tis aptavit? Potest ergo & in hoc loco de ipso domino dici: Fiat Dan, serpens in via: assidens super semitam, id est, ipse qui iudicat corda & scit quæ intrinsecus conteguntur, videns in via, hoc est, in huius vitæ cursu, equites itinere equitare non recto. Equites autem animæ in corporibus positæ, possunt intelligi, sicut ibi dicit: Dormitauerunt omnes qui ascēderunt equos id est, omnes qui sunt in corporibus peccauerunt, sicut pronunciauit etiā Apostolus. Horum ergo equorum vel equitum calcaneum serpens iste viæ assidens mordet, mordet autē calcaneum, cum corpus vel languoribus, vel aliis quibuslibet cruciatibus macerat, quod velocem cursum peccantiū reprimat. Cum enim corpus adfligitur, & cōsumitur caro, tunc cadet eques retrorsum, id est, anima quæ malè currebat & festinabat ad perditionem, cadet retrorsum, & ad patientiam reuocatur, vt à malo cursu impedita reuocetur retrorsum, & fiat post illum qui dicit: Venite post me. Puto tale aliquid etiam erga Petrum Apostolum gestum, cum dicēte domino, Quia crucifigi oportet filium hominis, & mori, ipse diceret, Propitius esto domine, non tibi erit hoc: in quo, cum præ amore nimio per ignorantiam non rectè equitaret in fide, velut à serpente mordetur à domino, in eo quod dicitur ei: Vade retro me Satana, scandalum mihi es quoniam non sapis quæ Dei sunt, sed quæ hominum. Et sic retrorsum Petrus reuocatus, salutē expectat à domino per crucem & resurrectionē, quam tunc feruidius equitans & currens, ignorantiam futuram nesciebat. Hæc me mouerunt in loco, non tamen excludo etiam eorum opinionem, qui quod sentiunt, approbare scripturarum auctoritate potuerint. Vt autem ne ille quidem nos tertius prætereat locus, potest videri ille quem iam dudum in Isachar diximus profecisse: & in mandatis requiescere, atque animæ suæ agricolam factum, nunc etiam in hoc proficere in Dan, vt discernendi & diiudicādi populum suum, id est, cogitationes cordis sui, intelligentiam sumpserit: tanquam vnā tribum in israhel, id est, omnia in vnitatem atque concordiam deuocare, ita vt non sit in eo cogitationum vel consiliorum vlla dissensio. fit autem idem & Serpens secundum præceptum domini, quod paulo ante diximus, Estote prudentes sicut serpentes, in via tamen assidet, nec vnquā è semita discedit, semita etenim angustior via intelligitur, quæ ostendit eum non per illam latam & spaciosam incedere, quæ ducit ad mortē, sed per angustam & arctam, quæ ducit ad vitam. Mordet autem equi calcaneum faciens illud, quod Paulus Apostolus dicit: Quia macero corpus meum, & seruituti subiicio, ne fortè cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiat. Hęc autem facit vt cadat equus retrorsum. Iste enim talis semper elationes & altitudines timet, & vult cadere animam suam à mala altitudine ad bonam humilitatem, vt discat ab Iesu, quia humilis est & mitis corde. Etenim proprium est proficientibus elationem metuere, denique etiam tantus & talis Apostolus Paulus dicebat, Ne extollar, datus est carni meæ stimulus, angelus Satane, qui me colaphizet. Sic ergo reuocat animam de altitudine, & retrorsum post humilitatē Christi redacta, salutem expectat à Domino.

Psal. 75

Mat. 4.  
Mar. 1Mat. 16.  
Mar. 8.Mat. 10.  
Luc. 12.Mat. 7.  
Luc. 13.

1. Cor. 9

Mat. 11

1. Cor. 12

## BENEDICTIO GAD.



**PIRATERIVM** tentabit illum, ipse autem tentabit eos post pedes. Per historiam quidem non facile in scripturis referre tale aliquid inuenimus, nisi fortè quis velut extorquere velit & dicere, quoniā Tribus ista, vltra Iordanem hæreditatem in Arabia partibus consecuta est, & quia ibi frequenter prædonum bella consurgunt, & assiduis inter se congressibus coeunt, hæc eorum inter se velut piratarum more certamina in his sermonibus designari. Sed verior est spiritalis intelligētia quæ potest indicare illud domini nostri & saluatoris, quod aduersum diabolum habuit, positus in carne, certamē. Est ergo tribus istius habitaculum eremo vicinum, Gad verò nunc tentamenta interpretatur. Potest ergo illud intelligi, quod dominus Iesus Christus ductus est in eremum à spiritu, vt tentaretur à diabolo. Sed vide quanta in verbis Patriarchæ mysteria continentur. Gad, inquit, *piraterium tentabit illum.* Ponamus vt diximus, personam domini esse in Gad hanc piraterium tentabit. Piraterium verò dicitur cohors quædam & conspiratio piratarum. Certum namque est, quod veniens diabolus ad tentandum dominum, non absque ministris suis & satellitibus venerat, quia sicut aderant domino Angeli spectantes eius certamen (illi de quibus Euangelium dicit post tentationem, Et accedentes Angeli ministrauerunt ei) ita etiā diabolo aderant Angeli sui cum quibus ei gehenna præparata est, sicut dominus dicit: Ite in ignem æternum qui paratus est diabolo & angelis eius. Sed & sancti quum in agone decertant, spectaculum facti dicuntur huic mundo & Angelis & hominibus. Tentabat ergo dominum conspiratio tentatorum, quum dicebat ei: Si filius dei es, dic vt lapides isti fiant panes. Per hæc ergo tentabat dominum diabolus. Sed videamus, quid est hoc quod dicit: *Ipse autem tentabit eos post pedes.* Quomodo dominus tētabat tentantes se? Si in prima tentatione Saluator declarasset diabolo se esse filium Dei, certū est quia secundò ad tentandū non fuisset ausus accedere, nunc autē vide quomodo tentatur ipse qui tētat. Dominus enim in eremo est quadraginta dieb. & quadraginta noctibus, postmodū esuriit. Si enim non esuriisset, agnouisset tentator filium Dei, nunc autē esurit, vt per hoc quod dominus fragilitatem in se carnis ostendit, tētor ipse qui tentat, & tāquam ad hominem tentandum denuo adeat. Sic ergo veniunt ad dominum tētores, ipse autem tentabit illos post pedes, hoc est, eisdem vestigiis quibus accesserat diabolus tentare eum, tentatur. Moralis itaque locus simili editione differitur: ille enim homo noster ꝑ confesso errore pœnitens, se redidit cōuersum per intelligentiā, & aliquantulum profecit, vt post profectum veniat ad hoc vt tentetur ab inimico, & virtus animi eius & propostiti constantia comprobetur, ita enim scriptura dicit: Quia ꝑ non est tētatus, non est probabilis, nec vlllo tempore omnino quis perueniet ad perfectiōnem, nisi prius in tentationibus suis documenta præstiterit.

Mat. 4.

Mat. 4.

Mat. 25.

1. Cor. 4.

Damo Christi  
si tentator  
ab eo tenta  
tus.M. S. quem  
post errore  
penituisse,  
& conuer  
sum per pœ  
nitentiā &  
aliquantulū  
iam profec  
it sed scrip  
simus necesse  
est vt post  
profectum.  
Vir intentatus,  
non est  
c.



## BENEDICTIO ASER.

**S**ER pinguis eius panis, & ipse dabit escam principibus. Credo assertores literæ, hoc in his verbis intelligere, quod regio eius & hæreditas terræ, vber & pinguis extiterit, ita ut etiã regis vsibus ministraret. Aliqui autem nostrorum etiã propter Annam dictum putant Prophetissam, filiam Fanuel, ex tribu Aser, quæ prima cum Symeone, refertur de domino in Euangeliis prophetasse, & prophetiæ suæ fide velut escam dedisse principibus, id est, Apostolis cæterisque credentibus. quæ de ipso fuerant prophetata. Verùm, quoniã Aser, beatus interpretatur, illius viri quæ ab errore per pœnitentiam reuocatũ paulatim per singulos gradus, vsque ad beatitudinis nunc incrementa perducimus. post conuersionem, post intelligentiam spiritalem, post tentationum victoriam, pinguis eius esse dicitur panis. Edit enim illum panem qui de cælo descendit, & vitam dat huic Mundo, & pinguis est ille panis. Quod ait, pinguis panis, sic intelligere possumus. Illi qui nihil amplius in Christo intelligunt, nisi Christum Iesum hunc crucifixum, edunt quidem & ipsi panem de cælo, sed aridum & exilem: qui verò digni sunt, ut eis thesauri sapientiæ & scientiæ reuelentur christi, sunt quibus pinguis est panis, sicut erat Paulo, qui dicebat: Scio & abundare & esurire, ad omnia & in omnibus imbutus sum. Etenim si dominus & saluator noster, quum figuram tauri dignatur assumere, taurus pinguis & saginatus pœnitenti filio dicitur iugulari, cur non eodẽ modo qui ad beatitudinem perueniunt, panis pinguis esse dicatur? Iste autem talis cui iam pinguis est panis, etiã escam principibus dabit. qualem escã? sine dubio verbi Dei, & dabit escam non quibuscunque pauperibus aut accipientibus, sed principibus dabit: loquetur enim etiã ipse sapientiã inter perfectos.

## BENEDICTIO NEPHTALIM.

**A**RBOR remissa (vel ut nostra exemplaria habent) vitis diffusa, proferens in fructibus decorem. historia designat priorem gad hereditatis sortem cæpisse in vbertate camporum: & post hunc Nephtalim rura possedisse, fecunda virgultis & arboribus nemorosa. In expositione verò mystica, iam & superioribus quum de Zabulon discuteremus, etiã de nomine Nephtalim, velut cũ illo in Euangeliis sociato, quæ nobis visa sunt, diximus: Id est, quod velut radix & origo beatorum Apost. ex istorum locis & regione processerit, & quod populi eorum qui sedebat in tenebris, lucem viderint magnam. Sed & principes Zabulon & princeps Nephtalim, qui per Dauid prædicantur, ad personam utique referuntur Apostolorum. Quantum verò ad explanationem tertiam spectat, Nephtalim nominis interpretatio hæc ipsa est, quã nunc benedicens eum pater eius exprimit: id est, vel arbor diffusa vel vitis. Ille igitur noster homo qui

qui paulò antè pane pingui vesceretur, & ex ipso cibum principibus dabat qui panis confortat cor hominis, nunc consequenter ei etiã vera vitis Christus decorum protulit fructum, quo scilicet cor, quod pane confortauerat, nunc letificet vino, in quo vtroque, in tãtum mihi iam videtur venisse profectum, ut etiã sacerdotij sacramenta suscipiat. Si verò arborem magis quàm vitem diffusam intelligi malumus, quæ proferat in fructibus decorem, quæ alia erit arbor quæ decorem in fructibus proferat, quàm sapientia Dei, de qua dicit Salomon, Arbor vitæ est his qui amplectuntur eã?

## BENEDICTIO IOSEPH.

**I**lius ampliatus Ioseph. filius ampliatus, In benedictione Ioseph etiã ipsa prima literæ facies floret meritò, nãque ampliatus filius appellatur, quem Dominus familiæ suæ conseruandæ gratia, vsque ad secundum regni exaltauerat gradum. Ampliatum ergo intellige, sapientia, cõsilio, cõstantia, castitate, honore, regno, virtute, & quod est virtutum omnium fastigium, pietate, in quibus omnibus auctus & ampliatus merito dicitur Ioseph. Quod autem dixit: *Zelatus filius meus*. Videretur expressisse non tanquam eum qui inuideat, sed tanquam eum qui inuidiam passus sit: id est, cuius tanta sit gloria quæ mereatur inuidiam. Hoc est ergo quod dicit, *Zelatus filius meus adolescentior ad me reuertere*: filius meus non tam natiuitate quàm meritis. Illud sane videretur mihi non ociose positum, quod tertio repetens Patriarcha, Ioseph filium nominat, dicens: *Filius ampliatus Ioseph, & filius ampliatus, Zelatus & filius meus adolescentior*. Quid sibi vult, quod solus Ioseph inter omnes fratres tertio filius nominatur? Ego quidẽ pro paruitate sensus mei intelligo, quod semel ei Ioseph filius natus est, tunc quum ex Rachel post desperationem suscipiendæ sobolis renatus est: secundò verò ei quasi iterum nascitur filius, quum ei post persuasionem mortis viuere nunciatur. Tertio verò ei filius efficitur, quum doctrina & eruditione & his omnibus virtutibus quibus ipse Deum videbat, erudiens eum & instruens, etiã in spiritu eum filium procreauerat. Alioqui nec cõueniet ei quod adolescentior filius dicitur, quum habeat posteriorem se Beniamin, nisi in patris eruditionibus adolescentior sentiatur. *Ad me, inquit, reuertere*. Hoc est, conuertere ad me animos tuos, ut diligenter notes, & in corde quæ dicuntur, inscribas tu filij Ioseph, in quem consiliantes maledicebant & intendebant tibi insidias domini arcuum: refertur enim & hoc à scriptura sancta, quod habebant consilium fratres sui illo in tempore, ut occiderent eum, sed interueniens Iudas repressit parricidiale consilium. Quod autem dixit, *Maledicebant*, illud est quod dixerunt: *Ecce somniator venit. Dominos verò arcuum, bellatores designat viros: quod autem dissoluta sunt brachia, & arcus contriti, frustratim designat inceptum per manum potentis Iacob, hoc est, Dei Iacob. Inde qui confortauit Israel à Deo patris tui, & adiuuit te Deus meus*. Inde tibi auxilium venit, vnde & Israel pater tuus cõfor-

Gen. 32.  
Gen. 33.

tatus est, tunc sine dubio, cum colluctatus est in via, & iuuit eum Deus, & Israël ei nomen imposuit. Ipse ergo Deus meus etiam te benedixit, *Benedictione cali, & à summo, & benedictione terræ.* Benedictio cali, sapientiam: terræ autē, regnum potentiāque designat. *Propter benedictionem vberū & vuluæ, benedictionem patris tui & matris tuæ.* Ipse exposuit quæ sit vberum & vuluæ benedictio, cognominans matrem, quod non solum paternas, sed etiā maternas consecutus sit benedictiones, quæ benedictio patris, & matris præualuit. Inquit: *In benedictionibus montium permanentium, & in benedictionibus collium æternorum.* Potest fortasse pro immobilitate permanuræ in eo gratiæ videri dictum, *permanentium montium & collium æternorum,* rebus utriusque immobilibus & manentibus comparata, quæ benedictiones æternæ erunt, inquit. *Supra caput Ioseph, & super verticem eorum quibus præfuit fratru.* In fine verbi, videtur benedictiones ad omnem fratrum numerum contulisse, ut principaliter quidem sint benedictiones super caput Ioseph, per ipsum verò Ioseph etiam super illos venient quorum ipse dux fuerit & magister. Hæc secundum literam sensimus: quod si volumus etiam altius in hoc aliquid perferuari, poterit fortasse Ioseph ad personam domini reuocari, ut quemadmodum Ioseph posteaquam putatus est mortuus, non solum viuēs, sed etiam in regno positus inuenitur, & per hoc dicitur ampliatius. Ita etiam dominus ac saluator noster qui apud Iudæos mortuus putabatur, in cordibus fidelium & viuens inuenitur & regnans. Ampliatus est ergo etiam & saluator noster post mortem: Antequam enim moreretur, sola erat Iudæa in qua notus erat Deus, & in solo Israël magnum erat nomē eius, postea verò quàm mortuus est ex infirmitate, & resurrexit à mortuis ex virtute, in omni terra offertur hostia nomini eius. Sed & zelatus dicitur filius Dei, & quis ita pertulit zelum? de quo etiam scriptum est, Sciebat enim Pilatus quod per inuidiam tradidissent eum Iudæi. Filius adolescentior secundum carnem, ipse est nouissimus Adam. illud verò quod in expositione Historica, tertio filij appellationem signauimus, repetitam multò clarius in hac expositione deprehenditur. Est enim filius ante sæcula, de quo dictum est à patre, *Quia de ventre ante Luciferum genui te.* Et iterum filius, cum è Maria natus est, & per Angelum dicitur: *Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei.* Fit autem tertio filius, cum primogenitus surgit ex mortuis, cui utriusque pulchrè paterna vox conuenit, dicens, *Filius meus adolescentior, ad me reuertere,* posteaquam resurrexit à mortuis, etiam ad me à quo profectus es, in cælum victor ascende. *In quem consiliantes,* inquit, *maledicebant:* consilium namque cœperant Scribæ & Pharisei ut resum dolo tenerent: & maledicebant tunc sine dubio, cum dicebant, Samaritanus es, Dæmonium habes. insidias ei, domini arcuum, intendebant, & contriti sunt cum potentia arcus eorum, & dissoluti sunt nerui brachiorū manuum eorum. insidiantes domini arcuum illi intelliguntur qui accesserunt ad eum fictis propositionibus ut eum caperent in verbo, & dixerunt ad eum: Dic nobis, licet censum dare Cæsari, aut non? Hæc ergo illiverba velut sagittas quasdam de arcu oris sui promentes, tendebant in resum, ut si di-

Psal. 75.

1. Cor. 13.

Mat. 27.  
Mar. 15.

Psal. 109.

Luc. 1.

Mat. 26.  
Ioan. 8.

Mat. 22.

si dixisset, quia nō licet dare censum Cæsari, reus Cæsari fieret: si verò dandum dixisset, legem soluere videretur. Cum verò ille tanquam ipsa Dei sapientia, inspecta superscriptione denarii, respondisset: *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo,* *dissoluti sunt nerui brachiorum eorum per manum potentis Iacob.* Potest & illud certamen eius intelligi quod habuit in deserto, cum tentaretur à diabolo intendente ei sagittas malarum suggestionum quas ille responsis suis depellens, brachia eorum qui eas intentabant, resoluit, & neruos. *Inde qui confortauit Israël à Deo patris tui, & adiuuit te.* Adiuutus namque à Deo secundum hominem dicitur etiam saluator: denique & scriptum est in Euangelio, Cum in oratione desudaret, accedēs inquit, Angelus confortabat eum. Durior hoc in loco fortasse videatur expositio, quod velut ex persona Patris dici designabamus ad filium, quæ superius dicta sunt. Hic autem scriptum est, *Et adiuuit te Deus meus, & benedixit te:* quomodo hoc conueniat personæ Patris? Sed videamus ne fortè sicut nihil obturbat si dicat de filio pater, pro eo quod sapientia est filius, quia sapientia mea est: & pro eo quod virtus est filius, non sit absurdum si dicat de eo pater, quia virtus mea est, & pro eo quod veritas est filius, non sit inconsonans si dicat pater, Veritas mea est, ita & per hoc quod Deus est filius, nō videatur absurdum si dicat Deus meus est: sicut nec illud absurdū dicitur, quod filius dicat de patre, *Quia vado ad Deum meum & ad Deum vestrum.* *Et benedixit te,* inquit, *benedictione cali à summo, & benedictione terræ habentis omnia.* Benedictionem cali esse in Christo nō videbitur inconueniens, secundum hoc quod dicitur, *Quia secundus homo de cælo cælestis.* Terra verò, quod dixit benedictionē terræ habentis omnia propter benedictionem vberum & vuluæ, satis mihi mirū videtur & magnum, quomodo terra illa quæ in filio Dei benedicta est habeat omnia, quod hoc modo intelligendum puto: Vnusquisque secundum mensuram fidei suæ recipit gratiam spiritus. Alij namque secundum mensuram fidei, datur sermo intelligentiæ, alij sermo sapientiæ, alij Prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarū. Hęc per singulos singula, aut simul tum bina vel terna inuenies, in illa autem terra, hoc est, in illa carne quæ in Iesu benedicta est, non solum erant omnia hæc, verum & plenè & substantialiter habitabant, sicut & Apostolus dicit: *In quo inhabitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter.* *Propter benedictionem vberum & vuluæ.* Hoc & quædam refertur in Euangelio proclamasse, sine dubio horum memor, & dixisse, *Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti.* Illud, *Propter benedictionem,* inquit, *patris tui & matris tuæ.* Patris cælestis qui dedit benedictionē & matris virginitis, quæ suscepit. *Præualuit in benedictionibus montium permanentium.* Hæc, inquit, benedictio quæ tibi data est à summo cælo & terra, præualuit benedictionibus montium permanentium, & benedictionibus collium æternorum. Montes permanentes qui erūt, nisi illi ad quos dicit Iesus, *Vos estis qui permanistis mecum in tentationibus meis:* Rectè ergo montes permanentes dicuntur Apostoli, quia permanserunt vsque in finem, & ipsi salui erunt. Sed & colles æternos, quos alios intelligimus, nisi eos qui secundo gradu

Christus à  
Damone  
per suggesti-  
onem tē-  
ratus.

Luc. 22.

Iob. 14.

1. Cor. 15.

1. Cor. 12.

Col. 2.

Luc. 11.

Luc. 22.

colles ater ni mistice, qui sunt. Apostolorum meritis conferuntur, & qui vitam consequuntur æternam: Multo nanque verius isti, quam montes & colles qui cum mundo pariter intereunt, esse credentur æterni. Hæ autem omnes benedictiones erunt super caput Ioseph, & super verticem eorum quibus præfuit fratrum. Competenter omnes istæ benedictiones supra caput Christi positæ dicuntur, à cuius capite veniant etiam ad verticem eorum quibus ipse præest. Nec alia causa est quod omnes istas benedictiones in carne natus accepit, nisi ut eas in semetipsum, velut per traducē quandā à patre diffusas, ipse rursus transfunderet ad credētes, & mediator Dei atq; hominū effectus, benedictiones quas pro infirmitate sui suscipere iam humana natura poterat, ipso mediante & prælibante eas ac transfundente susciperet, sicut & ipse dixit, Quia ego sanctifico me pro his. Iā verò ille qui nobis tertio loco per gradus spirituales reparatus homo vsque ad Ioseph augmenta, amplificatus ascendit, qui per fidei profectum & per sancti spiritus dona in tantum emicuit, ut vsque ad inuidiam cresceret: quibus à nobis dictorum floribus coronabitur, cui tam bono certamine decertato, cursu consummato, fide seruata, repositam iusticię coronam Deus iustus preparat iudex. De hoc ergo dicit pater, *Filius ampliatus Ioseph, filius ampliatus.* Et quis ita ampliatus est ut hic qui post errores & lapsus per singulos virtutum gradus reparatus est ac restitutus, ut vsque ad summam peruenerit palmam? sed quia paulatim confcēdit ideo in singulis dicitur ampliatus. Ampliatus namque primò omnium per confessionem esse cœpit in iuda, & iterum cū nocturna opera abiiceret tenebrarum, ampliatus est in Zabulon: & rursus in Issachar ampliatus est cū merces eius operis augetur. Ampliatus est in dan, cū rectum iudicium propriis ac prauis cogitationibus præferret. Ampliatus est & in Gad, cū tētatus obtinuit. Ampliatus est in aser, quum ad beatitudinem venit. Dignè ergo & nunc ampliatus filius dicitur Ioseph, qui iā futuri sæculi consequitur bona. Sed & filius Zelatus quod dicitur, illud est, qui bonis quidē imitandus sit, malis autem inuidia ac calumniis persequendus. De hoc bono autem & malo zelo designat etiam Apostolus, dum dicit de malo zelo Iudeorum: Zelantur vos non bene. Et de bono zelo dicit de semetipso, Zelo autem vos dei zelo. Sed adolescentior filius dicitur, & quidni adolescentior dicatur qui deposuit veterem hominem cum actibus suis, qui cum Christo resurrexit, & in nouitate vitæ ambulat? Sed & ipse tertio fuisse filius nomināndus est: prima enim ei natiuitas secundum carnem fuit: secunda ex conuersione, siue per baptismum: tertia est & hæc quæ & ipsa regeneratio dicitur, quæ est ex mortuis resurrectio: iam enim mihi videtur is filius esse positus, quales beati futuri sunt. Ideo deinde ei dicitur à patre *Ad me reuertere.* Redeunt enim post resurrectionem, omnes qui profecti sunt à deo: sed & sanctæ scripturę sententia est, Ne laudaueris quenquam ante obitum. & ideo magis mihi videtur tanta ista beatitudo non esse nisi eius qui iam post obitum surrexit à morte. Quod autem dicit, *In quem consiliantes maledicebant.* non maledicunt, sed maledicebant tunc quum in sæculo hoc in carne positus tentareris. *Et intendebant insidias domini arcuū.* Illi nimirum

nimirū qui sedent in insidiis ut sagittent in obscuro rectos corde. Sed, *con-* psal. 10. *triti sunt cum potentia arcus eorum, cum potentia iacob.* Conterit arcus inimicorum, ille qui non solum vllam in se recipit diaboli sagittam, verum & alios ab eius iaculis vulneribusque defendit. Et dissoluuntur nerui brachiorū manuum eorum, per manum potentis iacob, quum ille qui potens fuit in iacob, & adiuuit eum in certamine, qui confortauit Israēl, ut faceret eum mente Deum videre, adiuuit etiam hunc & benedixit benedictione cæli à summo, & benedictione terræ habentis omnia: percepit nanque non solum quasi mansuetus hæreditatem terræ, sed quasi & pauper spiritu consequitur regna cælorum. Terra verò illa quæ omnia habet, Christus est, quæ psal. 141. in hæreditate suscipit iustus, & dicit ad dominum: Portio mea in terra viuentium. Quæ est autem causa propter quam hæc meruit consequi? *Propter benedictionem,* inquit, *vberum & vuluæ.* Cuius vuluæ benedictionē, vel quorum vberum? illius fortasse vuluæ quam Paulus† indicat, dicēs: *Filioli mei,* quos iterum parturio. inde constat esse Apostolicam vuluam quæ non solum pariat filios, sed & si forte declinauerint à veritate, rursus eos Gal. 4. assumat, & secundo parturiat. Ex ista igitur omnis iustus vel nascitur vulua vel ipse si iam perfectus est, filios parit, & fugit nihilominus vbera Apostolica vel etiam fugentibus præbet, de quibus Apostolus dicebat: *Lac vobis potum dedi,* non escam. & alibi, ut designatius exprimeret Apostolica vbera, adiicit: *Sed fui inter vos tanquam si nutrix foueat filios suos.* Venit ergo vnicuique iusto benedictionis perfectio, propter vuluam & vbera Apostolica. *Et propter benedictionem,* inquit, *patris tui & matris tuæ.* Perfectorum pater est Christus, sicut & ipse dicebat: *Filioli: adhuc modicum vobiscū sum: & mater Ecclesia.* Quæ benedictio præualuit in benedictionibus montium permanentium & collium æternorum, id est eorum qui scientiam & opera sublimia & excelsa sectantur: *Quæ benedictiones erunt,* inquit, *in caput Ioseph, & super verticem eorum quibus præfuit fratrum.* Non solum 1. Tim. 4. inquit, caput iusti, quod est Christus, benedicitur, sed & vertix eorum quibus præfuit: quia qui se rectè excolunt & florenter instituunt, etiam fidelibus profunt sicuti dixit Apostolus, Hæc autem faciens, te ipsum saluum facies & eos qui te audiunt.

## BENEDICTIO BENIAMIN.



**B**ENIAMIN, *lupus rapax in matutino edet & ad vesperam diuidet cibum* Historiam huius narrationis adducere velim mihi M. S. Historice huius narrationis Aduocati velim mihi dicerent, quid in se Beniamin. quid in se Beniamin lupi rapacis habuerit, aut quomodo in matutino edens, ad vesperam diuidat cibum. Sed in iis etiā ipsi crassi corde Iudei refugiunt iniuriam literæ, & alij ad altaris edacitatem quæ scripta sunt referunt, tanquam in Beniamin portione constructi, quod ea quæ manè efferuntur, in vespera à Sacerdotibus diuidantur. Alij aliis & diuersis, licet fabulosis narrationibus tamen fatentur per hæc consequētium litterę stare non posse. In ecclesia,

Ecdi. 21.

autem apud quamplurimos ista habetur opinio quod ad Apostolum Paulum referri posse quæ scripta sunt videantur. Quod quidem nec nos refugimus aut improbamus, sed conamur facere sicut scriptum est: Sapiens audiens verbum, collaudat & adiiciet ad illud. Et nos ergo ad ea quæ recte de Paulo dicta à præcedentibus non negamus, adiicimus etiam hæc. Beniamin, inquit, filius doloris interpretatur: sorte hereditatis accepit eum locum in quo terrena Hierusalem typum habens & formam cælestis illius Hierusalem collocata est. Cum ergo manifestanda, Hierusalē cælestis & Ecclesiæ primitiuorum ascriptæ in cælis tempus aduenerit, hæc nunc quæ propter incredulitatem abiecta est & repulsa Hierusalē cum filiis suis, inedia verbi dei & sitim spiritualem multi temporis passa cum plenitudo gentium subintroierit secundum Apostoli repromissionem: Tunc omnis saluus fiet israel, qui nunc sub persona beniamin designatur. Vltimus igitur filius beniamin vltimam cōsequitur benedictionē, quia & vltimus saluandus est. Et dicitur de eo *Lupus rapax*, lupus propter auiditatem dicitur. Hoc multa enim fame verbi Dei & inedia venit. *Rapax* quia & ipse violenter diripit regnum Dei. *mane edet*: adhuc mane illud tempus memorari puto quo legem accepit, tunc enim mundo prius quedam illuminatio scientiæ data est, ex quo velut initium dies scientiæ credendus est accepisse: edit ergo adhuc mane cibum quem mane acceperat, edit adhuc & meditatur, sequens legem iustitiæ in legem non peruenit. *ad vesperam diuidit cibum*: vespera & est illud tempus nouissimum in quo conuertitur sicut & nobis vespera dicitur istud nostræ cōuersionis tempus, in quo nūc sumus. Tūc ergo diuidit escam: tunc enim intelligit diuidendum esse in lege literam à spiritu, & tunc cognoscit quia litera occidit, spiritus autem viuificat: quia ergo iam per gratiā domini illuminatus incipit in lege à corporalibus diuidere & separare spiritualia, ideo dicitur ad vesperā escam diuidere quod tota die in lege meditans ante non fecit. Tertius verò nobis pene vacat in hoc loco sensus, quia ille noster homo qui secundum Deum creatus est, qui primo in Ruben, & Simeone & Leui, tripartitis animæ errauerat motibus qui in Luca, errore agnito confiteretur & pœnitet, qui in Zabulon exiit se hominem veterem cum actibus suis: qui in isacar etiam mercedem bonorum operū expectat, in Dan iudicandi ac separandi bonum à malo, & cogitationes ac spiritus discernendi gratiam accepit: qui in Gad etiam in tētationibus probabilis inuenitur, in Aser etiam & cibum diuidit principibus, id est præfectis quibusque sapiētiae exhibuit dapes in neptalim, vel vitis vel arboris sacramenta iam suscepit in ioseph ad perfectum & summum perueniens, futuri iam seculi & resurrectionis gloriam tenet: quid etiam reliquum est in Beniamin in se vt posteaquam veluti lupus esuriens, & rapax diripuit regnum cælorum, & inuasit ea quæ in lege & Prophetia atque Euāgeliis legerat, quorum scientiam ex parte hichabuit (ex parte enim & Apostolus Paulus habere se dicit) & in mundo velut in matutino positus edebat, cum non in pane solo viueret, sed & in omni verbo dei: hæc illa ibi positus in regno iam non per speculum in ænigmate, sed facie ad faciem prospicit vniuersa

uerfa & diuidit ac discernit, & ibi demum intelligit quæ in scripturis sancti propter præsentē vitæ statum scripta sunt, quæ gloriā futuri regni designauerint: quæ propter interiorem, quæ propter exteriorē hominē dicta sunt: ibi arte cognoscent plenius, quæ in his ipsis quæ nunc nos pedetentim pulsamus seruent hystoriæ fidem: quæ sola contineant sacramenta, quæ vero secundum Ethicam & moralem interrogationem scripturæ debeant exponi, quas si nos pauperes in scientiæ gratia & in carne adhuc positi minus digne potuimus explanare, veniam dabis: quia hoc ipsum vt in peritiam nostram prodire audeamus in publicum nimia charitas tua facit: cui si non obtemperem maximum mihi dona delictum.

EXPLICIT RVFFINI A QVILEIENSIS  
PRESBYTERI DE BENEDICTIONIBVS  
*Patriarcharum liber II.*

RVFFINI A QVILEIENSIS  
PRESBYTERI COMMENTARIORVM  
IN OSEAM PROPHETAM LIB. I.

PRÆFATIO.

**E** IDICEN ille facerrimus tamque regnandi arte nobilis quam canendi, beatus videlicet David enumerandis legis miraculis frequenter interserit, Cōstemi domino quoniā bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Siue enim spiritualia, siue corporalia dona cōsideres, consequenter vt agamus saltem auctori nostro gratias, cui referre neuiquam possumus cōmonemur. Qua tamen sedulitate nihil iocūdus, qua oblatione nihil est preciosius. Ipsa siquidem est eius clementia nec donis lasfata nec seculis: qua deuotos facit, atque obtinendi quod poscimus plerumque dignos videri. Et nos perinde hanc illi hostiam grāti pectoris offerentes, confidamus nos adepturos quæ precamur, cum ea quæ postulauimus iam videamur assequuti. *Sa-<sup>Ruffini</sup>lomonis quippe voluminibus differendis, dispositionum eius gloriam sumus, inquan-<sup>commenta-</sup>tum posse contulit, executi, ita vt nusquam nos consequentia, penes quam ex-<sup>ria in li-</sup>planationis debet esse auctoritas desereret: Hic autem præcedentis fructus indu-<sup>bros sale-</sup>monis.stris, studiosum commendat laborem. Neque enim est quod acrius incitet ad inquisitionem nouorum quam præcedentium votiua perceptio sub tam pio præcipue domino qui est ad largiendum paratus ea quibus nos mandauit inhiare. Nec operis ipsius debemus profunditate terreri ne post fiduciæ pignora recepta trepidatio, non solum ignauos sed etiam ingratos pergat arguere. Explanations itaque duodecim prophetarum qui minores non pro meritis sed pro numero versuum nominantur, aggrediens, vos primo qui mihi hoc opus indixistis, admoneo vt ad promerendam intelligentiam veritatis piis & intentis precibus me adiuuetis. Dehinc*

C

nostri operis ut lector agnoscat & quam sim editionem sequutus, & quo precipue consideratur munus hoc difficillimæ explanationis assumpserim, ut si & ipse de eorum numero est quos cura lectionis exercet, haud de nihilo me fecisse cognoscat ut istam postremam editionem, quæ secundum Hebræum appellatur, eligerem. Quandoquidem in prioribus editionibus elocutiones viciatæ frequenter sensum vel doctrinam vel narrationis dirumpant, ut diuinatione magis quam cōditione opus esse videatur. Posterior autem ista translatio, & si non multum ipsi contextui splendoris adiecit, tamen elocutionum integritate, illa quæ diximus interceptorum sensuum damna frequenter euitat. Id vero cum apud Latinos in explanandis maxime prophetis, quamvis tam fuerit continuata ut videretur etiam coniurata taciturnitas, tamen apud Græcos & apud Syros extitere nonnulli qui scripta eorum differere niterentur. Ex quibus mihi sane pauca aliqua sancti etiam Ioannis Constantinopolitæ Episcopi legere contigit, sed suo more, id est, exhortationi magis quam expositioni totam pene operam commodantis. Origenes autem proprio tenore decurrens allegoariarum magis lepida quam historiarum explanationum solida & tenenda componit. Hieronimus porro & ingenij capacis vir & studij pertinacis, in prophetarum quidem libros commenta digessit, sed quasi inter genuinas traditiones ire contentus, de perquirenda consequentia nihil aut voluit aut potuit sustinere curarum. Ita vel per allegorias Origenis, vel per fabulosas Iudæorum traditiones, tota eius defluxit oratio. Cum ergo mihi viderentur multa quæ sunt vitia præterisse, & religiosam erga dominum, & utilem erga homines operam indicauit, si obediens vobis explanationem prophetarum, prout captus noster adiutus diuina gratia pertulisset, assumerem. Attentis ergo, ad cognitionem operis, mentibus accedamus, ut & quàm multa late, quàm multa acute, quàm omnia pie & consequenter ab eis sint prolata, cernamus.



**V**ERBUM domini quod factum est ad Oseam filium Beherim in diebus Ozia Ioatham & Acas & Ezechia regum Iuda, & in diebus Hieroboam filij Ioas regis Israel principium loquendi dominum in Osea. Ex vsu quidem, quæ diuersis temporibus sunt gesta narrantium commemoratio quoque regum videtur effecta ut cuius seculi texeretur hystoria, nosceremus. A prophetis tamen longe magis obseruari fuit necesse, quia licet non simpliciter munus hystoriæ persequantur, ut ea videlicet quæ sunt gesta commemorent, sed impetu quoque vaticinantium futura denunciant. Tamen quoniam non ea casibus sed iudicio ventura cōmendant, & ad eius principis arbitrium disputat cuius violatas leges & poluitas sæpe ceremonias conqueruntur: Ordinate nimirum in fronte operis vocabula regum ætatēque constituunt, ut quæ sunt sub eorum commissa temporibus, hystoria docente, noscentes, fateamur eos dignas ingenitēque causas inuectionis habuisse. Et regum itaque & Paralypomenon cōtinetur annalibus: quod cum hi quorum nomina sunt præmissa regnaret, tota quidē Iudæorum gens idolōrū cultibus esset inquinata: decē tamē tribus quæ à diuisione sub Ieroboā facta Israel vacabatur, & vltimis sacrilegiis squaleret & impēdentibus sibi calamitatibus vrgeretur. Quatuor itaque regum

Regum de Iuda, quorum videlicet tempora vaticinij eius cōtingebat ætas, & vnus qui de Israelis parte regnauerat, intulit mentionem. Sed cum prophetiam fuisset exorsus, hi quos dixit partibus illis præsidebant. Post non longum verò tempus apud Samariam finita dominatio est. Siquidem Zacharias filius Ieroboam qui sexto iam mense per successionem obtinebat imperium, ciuili seditione, id est Sellum rebellante, consumptus est. Sellum verò cum vno apud Samariam mense regnasset, ascendit Manaen filius Gad, & dictum præcedentem tyrannum instaurata rebellione consumpsit. Atque ipse per decem annos tumultuario potius imperio, Assyriorum regi qui sul appellabatur, sub tanto tributorum onere, ut egestas aperta esset, famulatus est. Iam ergo in illam decem tribuum portionem, calamitatū excitatarum turbines irruerāt. Sicque adhuc regno apud Hierosolimitas manente, decem tribus abstulit denūciata captiuitas. Postquam ergo ad fines Assyrios populi Samariæ migrauerunt, sanctæ Oseæ in Iuda regione consistens, Ezechia regis, famosum miraculis tempus aspexit, & sub ipso, etiam vaticinandi munus exercuit. Ergo quæ Israeli iam perniciēs imminebat, vnus tantum partis eius principem nominauit sub quo prophetare cœpisset. Quod autem posuit, principium loquendi dominum in Osea, id nimirum videtur ostendere quia ipse primus sit ad hoc genus sermonis ascitus, non quod prophetæ ante non fuerint, cum & beatorum Helye & Helizei & aliorum plurium, eadem regum hystoria, gesta dictaque commemoret: sed quod eorum quisque quod prænunciabant, etiam literis mandare ad sempiternam memoriam, iuberentur. Operam Oseæ primus assumpserit, nec sane diffitemur: beatum Dauid & sapiētissimum Salomonem, euangelio & Apostolis testibus, legitimos prophetas dicta sua literis tradidisse, sed tamen inter illos atque istorum scripta quos nec explanare tentamus, non paruam esse differentiam peritus lector aduertet. Illi enim licet aliqua de populi captiuitate dixerint, tamen quasi quietis mentibus, id est, nulla mali vicinitate trepidantibus, ea quæ olim fore conspexerant, præcinebant. Hi autem inter ipsos positi vltionum fragores, attonitis omnino pectoribus, quippe qui calamitatum etiam participes redderentur, quasi lachrymosis quæstibus totum exequuntur, & affectum domini nostri, qui ad vindicandum nimis egre cogatur, effingunt: implorantes quidem interdum diuinæ miserationis auxilium. Cæterum quasi stilo tragico, calamitatum ordinem persequentes. Principium ergo istorum vatum qui hac præcipue appellatione signati fuerunt ut prophetæ nominarentur, à beato Oseæ susceptum esse noscamus, qui morum & generis sanctitate cōspicuis, talem operam concionatoris assumpsit ut sustineret personam & redemptoris & iudicis, quod per totum opus clarius apparebit. Et dixit dominus ad Oseam, vade, sume tibi uxorem fornicationum, & filios fornicationum, quia fornicans fornicabitur terra à domino. Et abiit & accepit Gommor filiam Debelaim, & concepit & peperit filium. Et dixit dominus ad eum: Voca nomen eius Iesrahel, quoniam adhuc modicum & visitabo sanguinem Iesrahel super domum Iehu, & quiescere faciam regnum domus Israel, &

*illa die conteram arcum Israel in valle Iesrahel.* Notanda consuetudo, immo dignitas sanctorum virorum, quod postquam ad id decoris ascenderint ut lingua eorum quasi calamo scribæ dominus noster utatur, non solum dicta eorum, sed etiam gesta, honore prophetico vestiantur: enunciandisque mysteriis, vel docendo, ponant operam vel gerendo. In ipso ergo compellationis exordio, hoc, inquit, beato Osee sacer conditor imperavit, ut & propositi sui & sanguinis splendore neglecto, vilissimæ fœminæ ac vulgariter prostitutæ per maritalia consortia iungeretur. Neque usque ad nomen coniugis tantum tollerans, contumeliæ quoque par in se iure turbaret: ut incertæ sobolis genitor crederetur, quasi qui filios alienæ obscœnitatis aluisset. Non me autem fugit quanta doctorum hominum fuerit in loci istius opinione contentio, ita ut regiones integræ super eius assertionem dissentiant. Nam Palæstina & Ægyptus aliique omnes qui Origenis autoritate plurimum commouentur, coniugium istud ab Osee propheta negant corporaliter institutum. Sed quomodo plerumque à prophetis in spiritu gesta narrantur, ita has aiunt cum meretrice nuptias, in verbo tantum fuisse completas. Neque enim temporis illius expectasse rationem ut contra instituta sacræ legis quæ denunciauerat nefarium esse cum meretrice consortium, Osee ad concionandum progressus lasciuiret, & exerturus in peccata censuram, primus ipse committeret quod totus populus consequenter arguisset. Quam autem esset incompetens si ad defensionem flagitij obiiceret personam iubentis, asserens nimirum se quidem, quantum ad mores suos respicit, fœditatem illam consortij fœditer horuisse, sed cessisse autoritati eius domini qui ad arguendos populos eum destinasset. Videretur profus materiam irrisionis potius quam formidinis attulisse, ei qui ex eius persona obscœnitates aliorum arguendas putaret, quem ipse commissi à se flagitij prædicaret authorem. Quæritur & quo hoc, per totam legem vel præcepti vel facti, simili fulciatur exemplo. Sicubi videlicet dominus noster faciendum quippiam aduersum præcepta mandauerit, quorum utique transgressores, denunciatis per prophetas cladibus ultum ibat: ad quod docendum, si imperatum beato Abraham parricidium proferatur, ipso fine operis, quanquam ante tempora legis editi, commouebimur non truculentiam cœdis, sed pietatem ac fidem patriæ mentis electæ. Vnicum enim offerebat qui habebat repromissiones, cui dictum erat, quia in Isaac suscitabitur tibi semen: ostendens quod possit Deus etiam à mortuis excitare. Veruntamen ut aduersum timorem frustrandæ promissionis credulitas fixa cum tuebatur, ita non finit Deus in exitium usque pueri deuotionem parentis excurrere, sed compressit immolaturi manum, exploratæ virtutis interiecta laudatio. Claruit, inquit, quod solum volui publicare, nihil apud te vel amore vel honore meo esse vehementius. Nunc iam parce sanguini, quem nec ab alio licebat nec à te decebat effundi. Ne tamen sacerdotis videaris munere destitutus, ecce aries propter te assistit cornua vepribus illigatus, cuius vita, ut absoluedo filio præsens valuit deferre subsidium,

*An corporale fuerit coniugium Osee.*

fidium, ita & futurum merebitur signare mysterium. In negotio verò Beati Osee non solum imperata, sed etiam impleta multisque temporibus frequenterata permixtio, nec operis honestate nec præcepti autoritate videtur posse defendi. Huc adiicitur quoniã in ipsis quoque figuris, prophetalis non fuerit ordo seruatus. Nam ad significationem Tribuum quæ quasi sub Dei contubernio & societate degentes, in adulteria, id est, sacrilegia proruperant, assumitur mulier prostituta quæ tamē nobilis, castificata consortio filios non de flagitioso sed de reuerendo coniuge, id est, vate suscipiat, & in honorem nuptiarum, præteritorum oblita vitiorum, fœcunditate magis quam libidine perfruatur. Quomodo ergo ista mulier quæ matronalibus illustratur insignibus, gētis illius probabitur figurare personam, quæ ante nuptias obscœnitatis vitia nō exhorruit? Sed cū in sacro prius domini sui consortio cōstitisset, turpitudinē sectata describitur. His & aliis pluribus argumentis docere contendunt, meretrici prophetā corporaliter non fuisse commixtum. Ad quod è regione, Syri & qui connubium illud carnaliter opinantur impletum, nominum præcipue attestacione nituntur. Quibus euidenter & mulier & eius tam parentes quam regio publicatur, atque coniunctionis negotium secutis fœtibus comprobatur. Ad deuotionem autem magis prophetæ, quam ad susceptam ab eo temerationem legis debere reuocari quicquid cōtra consuetudinem morum suorum per obedientiam curari adiungere. Quanquam illud opus honestatis quoque potuerit ratione defendi, id est, ad pudicæ in reliquum coniugi & munus à professionē meretricia fœminam transtulisset. Eiusmodi ergo inter se disputatione certantes, vtramque opinionem reddidere suspectam, cū reuera & cōpendiosius videatur & tutius, & ad significationem rerum accōmodatius si res spiritu gesta credatur, ut quemadmodum beatus Hieremias de Iudæa finibus non recedens, infodisse tamen in regione Parthorum, vestimentum lumbare describitur: Sicut sanctus Ezechiel medio captiuitatis babylonicæ constitutus in templo Hierosolymitano spectator induitur, imagines utique solas locorum & actuum, longe alibi positus, contuendo: Ita etiam beatus Osee multorum gesta temporum signaturus, per imagines congruas tam culparum seriem viderit quam pœnarum. Cuius sane muneris testimonio sub quauis opinione propenso, reuerentia prophetantis apparet, quem nimirum persona sua rerum conditor videtur induere, ut de factis viri, iudiciorum quoque diuinorum ratio colligatur, tantæque inter æternum dominum & fidelem seruum necessitudo cōsistat, ut vtriusque quasi existimatio misceatur: & si prophetæ actio diluenda est, diuinæ quoque pietati excusatio videatur commodatura: Sin autem opprimit & depellit nostræ attestacionis obsequium, quicquid rerum est supergressa maiestas, idem quoque sibi complacitis mentibus auctoritatis attribuat, ut humani examinis ne quicquam egere doceantur. Quod quidem & Apostoli Pauli censura denunciatur cum dicit: Mihi autem pro minimo est ut à vobis diudicer aut humano die, sed neque me ipsum diudico, nihil enim mihi conscius sum: Qui autem iudicat me dominus

est. Sub vna itaque eademque reuerentia & præceptio conditoris & prophetæ actio constiterunt. Notanda autem diligenter series & ordo dictorum quæ illi sensui potius alludit quo non videretur corporaliter impleta commixtio. *Vade, inquit, sume tibi uxorem fornicationum & filios fornicationum, quia fornicans fornicabitur terra à domino.* At qui illud tempus non exordia sacrilegum, quæ nomine fornicationis accusat, sed iam eius postrema tangebatur. A temporibus quippe Hieroboam præcipue religionis fuerat inchoata corruptio, & commendata populis cultura vaccarum quæ multis ætatibus sine interpolatione permansit. His verò iam diebus quibus beato Osee vaticiniij munus imponitur: non præuaricationes, sed potius vltiones incipiunt exoriri. Quod vtrique ab illa significatione dissentit, quam assumpta in coniugium meretrix videbatur ostendere, indicans eam contumeliâ quam dominus longo tempore laturus esset. Iam igitur quid denunciationis ordo contineat videamus. *Vade, sume tibi uxorem fornicationum & filios fornicationum quia fornicans fornicabitur terra à domino: & abiit & accepit Gomer filiam de Belain, & concepit & peperit filium. Et dixit dominus ad eum, Voca nomen eius Iesrahel, quonia adhuc modicum & visitabo sanguinem Iesrahel super domum Iehu, & quiescere faciam regnum domus Israel & in illa die conteram arcum Israel in valle Iesrahel.* Frequentatus hic per sacra volumina à Deo nostro sermo deprehenditur, ut sacrilegia nomine fornicationis accuset. Quia enim notus in iudæa Deus vnam gentem quam sibi sociaret, elegerat, & quasi instar coniugis, interuenientibus legis tabulis, de qua filios instituendo generaret, assumpserat, eos appellat pudicos qui inuiolata religionis iura custodiunt. Illos verò è contrario turpes atque pollutos qui cultus sacri fœdera, errorum infectione & hæresis consecratione violauerunt. Qua imagine nimirum & magnitudinem charitatis erga pios, & vehemētiam seueritatis qua hosce impios persequatur expressit, quia non solum sicut censor aut iudex, sed quasi fremens ad vindicandum maritus insurgat. Sed cum ad id intelligendum suo tenore decurrat, quærendum est quid egerit tanti schematis apparatus. Quid enim opus erat ut non simplex narratio hæc omnia contineret, sed imperaretur prophetæ, siue in corpore, siue solum in imaginibus, cum meretrice ineunda coniunctio? In quo sane loco pie conditæque cogitationibus, profundum & diuinæ benignitatis & propheticæ dignitatis occurrit deus enim noster qui prouidentiam suam humanis rebus interferit, cõsulit quidem in commune mortalibus, sed quasi eos tantum homines existimet, qui reuerentiam de morum virtutibus fuerint assequuti, ipsorum se ostēdit iudiciis commoueri, tumque præceptis tum imaginibus ipsos præcipue festinat instruere. Vel hoc itaque volens ostendere quod præmissi, grauissimū videlicet se sanctorum virorum habere respectum, nec in leui ponere eorum querelas, vel certe quod sanctorum soleat orationibus mitigari, cum tempus est ut incipiat proferre vindictam, apud illos prius negocia quibus sit accensus allegat, ut explanatione meritorum interuentionis impedimenta submoueat, & eos quos experiri poterat sententiæ moratores, primum à sua parte constituat, secumque hortetur irasci. Inde est illud quod cum

*Adulterij nomine vniuersam religionem scriptura significat.*

beatus

beatus Moyfes exploratores terræ repromissionis de singulis duodecim tribubus destinasset: reuersique præter duos, omnes reliqui ignauum populum terruissent: ipsum quoque beatum Moysem seditio exorta cõquassauit. Sed cum ad tabernaculum confugisset, apparuit, inquit, gloria domini: & ostendens quanti eum faceret, quàmque omnibus illis populis anteferreret, Dimitte me inquit, ut deleam populum istum, & faciam te supergentem multo maiorem quàm hæc est. Ex quibus sermonibus, quid apud eum vir sanctus posset intelligens, indignationem iudicis protinus mitigauit. Sic & cum Templo Hierosolymitarum Babylonicæ captiuitatis immineret euersio, Ezechielem prophetam, contemplatione duntaxat spiritus per adyta quæ olim fuerant veneranda circumagit, ut qualiter populus peccaret aspiciens, desineret admirari si fieret in contrarium tanta mutatio, ut gens singulari nuper veneratione sublimis vilissime disperiret. Ita ergo & beato Osee per quem imminens populo nunciabatur exitium, pro quo videlicet nihil erant parentum valitura merita, nihil prophetarum valitura suffragia, negotij similis indicitur apparatus, quatenus in suo sentiat & perpendat exemplo vtrum illum contumeliarum aggerem vel possit Deus sustinere vel debeat. Personam ergo, inquit, assumpto viri beneuoli, sed iamdiu meretricios mores in coniuge sustinentis, & suscipe filios qui vel habeantur incerti, vel alienæ obscenitati consequentius applicentur, atque experire vtrum queas continuatam habere patientiam, & an credas veteris singularem medicinam doloris, si vel desidio libereris ab ea muliere quam nunquam per beneficia, quamuis multa, correxeris. Siue igitur in solis mentis affectibus, siue etiam in negotiis fœdi corporis imperata cõiunctio prophetæ honorem videtur aspicere, qui ut seueritatē iudicis fideliter indicaret, gustum eius qua Deus afficiebatur sentit iniuriæ, atque rursus quasi obligatio fieret vltionis in impios proferendæ, hoc ipsum quod propter significationem rei indignam se propheta contumeliam pertulisse. Igitur cum idonea quam diximus parabolæ causa fuisse videatur, nos iam ordinē eius persequamur. *Sume, inquit, tibi uxorem fornicationum, & filios fornicationum quia fornicans fornicabitur terra à domino.* Ad idioma sermonis Hebræi spectat ista geminatio, *faciens faciet, loquens loquetur*, & cætera in hunc modum. Sic ergo, & *fornicans fornicabitur*. Posset autem elocutioni huic subdere discrimen adhiberi, sed non est negligendum veniens de scripturarum more compendium. Nota sane quod nomine fornicationis nō tam ineunde præuaricationis tempus quàm subeundæ iam captiuitatis appellet. Nec inconsequenter: Quia enim materiam damnationi prophanarum mentium fecit obscenitas, ideo causæ suæ nomine pœnæ signatur, ut dicamus fornicari populum, cum pro fornicatione damnatur, quod quidem in præfenti loco occasionem quoque magnam docet habuisse. Nā cum liqueat nō idē esse pœnā quod culpā: quippe cum ista honesto aduersetur, illa petulantis: satisque comparatum sit, definitionem rerum, communionem nominum neutiquam posse confundi, atque ideo pœnam esse quod culpam: Haud vtrique de nihilo pronunciauit fornicatorem populum quo tempo-

*Fornicatio, in scripturis, captiuitatem significat, & cur.*

C iij

re mala captiuitatis esset aditurus. Sed quia nouerat ipsam castigationē pro diuersitate mentium promoturam, & alios fieri afflictione meliores, alios impudentia nequiores, meritò dicit, Et pro impietate quam in suis finibus perpetrabant illos esse supplicia luros, & in ipso captiuitatis tempore, quosdam emendationis insignia, quosdam verò criminis argumēta capturos secundum illud quod alibi comminatur: Seruistis in terra uestra diis quos nescierunt patres uestri, seruietis diis alienis in terra non uestra. Quia ergo eam prophanitatem quam perpetrauerat gens libera, celebrauit ancilla, in medijs quoque supplicijs fornicatura prædicatur. Primus autem filius quem quasi peperit meretrix, nomine ipso, cui imminet captiuitas, regionis inducitur. Ait enim, *Voca nomē eius Iefrahel*: Quo vocabulo, vallis Samarię adiacens, signabatur. Per huius itaque loci appellationem, quid regio sit passura denunciat. Denique sequitur. *Quoniam adhuc modicum & visitabo sanguinē Iefrahel super domum Iehu & quiescere faciam regnum domus Israel: & in illa die conteram arcum Iefrahel in valle Israel*. Exercēdæ, inquit, ultionis tēpus insistit, atque ob hoc, in regnum Samarię quæ nomine Iefrahelis, vicinæ ut dixi, vallis ostenditur, ira confurgit. Nascatur igitur animo tuo soboles destinata supplicio, ut scias id in meos filios esse peragendū quod quasi in tuos videris ordinatum. *Visitabo enim sanguinem Iefrahel super domum Iehu*. Ad quod explicandum, geminus sensus per consuetudinem legis occurreret, nisi vnum, consequentia subiecta firmaret. Vsq̄ue ad familiam quippe Achab qui fuit Iefabelis maritus, soboles Ieroboam imperauit: Sed cum Achab tam suis quàm vxoris, cuius seruebat ausui, criminibus forduisset, Iehu filium Namsi Heliseus propheta, ex præcepto Dei, in assumendum imperium suscitauit. Qui paribus de causis seueritate commorus, omnem Achab & Iefabelis familiam, cunctosque Baal Idoli sacerdotes pariter & ministros internecione deleuit. Pro quo ultionis officio promissum est ei quod posteri eius vsque ad quartam generationē Israelitico imperio præfiderent. Verum quoniam & ipse Iehu, & eius filij vel nepotes non relinquendo sacrilegia Ieroboam, perdidere insignia suæ deuotionis qua persequuti fuerat cultores baal, colendis videlicet Samarię vitulis inherētes diuersisque morum criminibus, ut cultus prophanitatis exigit, seruentes: in hos quoque, Iehu videlicet posteros qui Achab familiam deleuerant, ideo dicitur ira cōsurgere ut illorū qui ab his extincti fuerāt sanguinē vindicaret: nō quod cedens fuisset iniusta, sed quoniā qui illa fecissent, per imitationē criminum decus iudicum perdidissent. Et similia illis quos deleuerāt exsequendo, transissent in numerum & societatem reorum. Sicque videntur ultione digni, quos sceleratorum gladius peremisset: quem colorem in scripturis etiam frequentatum facile monstraremus. Ergo posset, in quā, duobus modis versus propheticus explanari: hoc videlicet quem præmissimus, & altero qui sequetur si non illum magis processus operis communitet. Nominē enim Iefrahelis, gētem ipsam, nomine verò Iehu, regnum gētis voluit indicare: id est, ecce iam tempus aduenit ut populus Israelis qui vel in Iefrahelis valle vincendus est, vel urbem regiam habet in eadem valle

positam

positam, ut qui regem habet de Iehu stirpe venientem, vim debite ultionis incipiat experiri. Denique ad confirmationem istius intelligentiæ subiecit, *Et quiescere faciam regnum domus Israel, & in illa die conteram arcum Israel in valle Iefrahel*. Visitationis proinde animaduersionem, quietem verò, finem appellauit imperij: quod ut vtrumque planius indicaret, *Conteram, inquit, arcum Israel in valle Iefrahel. Et concepit adhuc & peperit filiam, & dixit: Voca nomen eius, sine misericordia, quia non addam ultra misereri domus Israel, sed obliuione obliuiscar eorum*. Quia statuerat ut exitus rerum, imaginibus quæ forent eorundem iudices, præueniret, filia quasi nata describitur quæ susceperit vocabulum calamitatis alienæ, id est, absque misericordia: *Non enim, inquit, addam ultra misereri domus Israel, sed obliuione obliuiscar eorum, his, geminæ pōdus sententiæ continetur: Neque enim solū ait, tempore miseriarum misericordiam denegabo, sed eos nec in memoriam meam redire permittam. Esset enim, licet in extremo anguore, solatiū, si vel quocumque tempore memoriam eorum quos abiecisset, assumeret. Nunc verò ut cōminatio prælata crudescat, vtrumque sibi affore pollicetur, & memoriam videlicet damnandorum, & obliuionem plenissimam damnatorum. Quod sane, quoniam apud aures sapiētis ministri, ad inuidiam posset crudelitatis accēdere, ut aliquid eiusmodi si non sermone vel cogitatione versaretur: unde in istam benignitatem, quæ causa rerum est, tantum acerbioris influxit ut non obliuiscaris reatum, si obliuisceris reorum, & sis curiosus delinquentis: Si nunquam recordaris afflicti, metuo ne poenitentium quoque desperanda salus sit, si tanto præfuli lapsum subrepat obliuio. Ideo subiecit statim, non se miserendi abiecisse curam, sed libram debiti examinis admouisse, id est, eorum tantum quasi obliuisci qui etiam post plagas de emendatione non cogitent. *Quia non addam ultra misereri domus Israel, sed obliuione obliuiscar eorum: Et domus Iuda miserebor, & saluabo eos in domino Deo suo, & non saluabo eos in arcu & gladio & in bellis & in equis & in equitibus*. Cum populum, inquit, Samarię præuaricatione fœdatum calamitatibus exitiūque subiecero, & ita eos pro culpa viles esse permisero, ut videat eorum profusus oblitus, tunc in Iudæ parte sistentes, & in cultibus religionis spem salutis suæ ac fiduciam collocantes, non solum protegam, verum etiam nouitate mirabili vindicabo: ut etiam palam clareat eos nequaquam armis munitos fuisse sed meritis, nec acie consecutos sed pietate victoriam. Illud autem tempus annunciat, quo, Ezechia apud Hierosolimitas imperante, Sennacherib rex Assyriorum magno ad obsidionem eius urbis accessit exercitu, atque illic multa in contumeliam Dei & sacræ religionis locutus, diuinam in se sententiam concitauit, ac sub vna nocte omnes eius copię angelo feriente ceciderunt. Nam centum & octoginta quinque millibus bellatorum amissis, ipse in regionem suam cum paucis fugisse atque illic periisse describitur: Sed videamus & reliqua. *Ablactauit, inquit, eam quæ erat absque misericordia, & concepit & peperit filium & dixit: Voca nomen eius, non populus meus tu, quia vos non populus meus, & ego non ero vester Deus*. Vsq̄ue ad Ezechię tempora, mansisse & prophetasse beatum Oseam, titulus*



indicauit. Quicquid ergo gestum per omnem vaticinij ipsius legitur ætatem, hoc in ipso breuiter consignat exordio, vt per totum volumen, gestorum seriem ordinemque, iam detexat. Cùm ergo ingrata gentis prophantitas impulisset vt deus noster operam vltionis assumeret, denunciauit se puniturum reos, & ita eos in miseris relicturum, vt penitus eorundem videretur oblitus. Sed ne recepta in sacrum pectus obliuio, piis quoque formidinem commoueret: statim se, non vitio sed iudicio obliuionem vsurpare signauit, quando quidem meritum inter affines discrimen agitarer, & Israelitis exitio permisis ludæ populos cultui nimirum suæ religionis adherentes, per miracula magis quam per tela protegeret. Quod licet oportuno tempore panderetur, tamen quia & ipsa portio gentis ludæ nequam iugi deuotione complacuit, sed sicut exprobrant alij propheta; in cultum exarsit idolorum, similem quoque est perpeffa sententiam, & de finibus suis, Babylonio vincente, translata. De qua tamen captiuitate, promissa est omnium pene vaticinio prophetarum, & sub Cyro Persarum rege impleta reuocatio. Virumque nunc ergo tempus, beati Osee sermo proloquitur: Sed in significationem Israeliticæ captiuitatis, filia inducta est quæ, *absque misericordia*, vocaretur. In figuram verò ludæ, puer inducitur cui nomen sit, *Non populus meus*. Inter filiorum autem imagines, de sola tantum puella, quod sit ablactata, memoratur: nimirum vt ostendat, in decem tribus, illatæ captiuitatis quasi conualuisse sententiam. Reuera enim multo longior decem tribuum legitur fuisse captiuitas, & ideo prolatio ætatis, est puella ablactatione signata. Tertius autem qui captiuitatem ludæ vltimus pollicetur, nomen accepit, *non populus meus*. Quandiu enim vel Iuda in suis finibus mansit, erat turba quæ Dei populus diceretur: postquam verò etiam ipsum captiuitatis procella conuellit, visus est à confusione gentilium ille discretus ante populus dispersisse: Et ideo ait: *Vos n. n. populus meus, & ego non ero vester*: id est, hoc à vobis auferetur insigne quo eratis ante conspicui, ne populus Dei in toto orbe dicamini, nec ego princeps nec deus vester appeller, iustum est enim vt qui instituta sacræ legis quæ vos à cæteris gentibus dirimebat, peccandi studiis corrupistis, illo quoque quo insignes eratis decore, priuimini. Verum hæc breuiter à seueritatis parte denunciatis, transit ad prospera, quæ dispensatio reuerenda ita impleuit rebus, sicut prophetica oratione contexit. *Erit enim*, ait, *numerus filiorum Israel quasi arena maris quæ sine mensura est, & non numerabitur. Erit in loco vbi dicitur eis, non populus meus vos. Dicitur eis, filij Dei viuentis. Et congregabuntur filij Iuda & filij Israel pariter, & ponent sibi met caput vnum, & ascendent de terra quia magnus dies Israel.* His autem sacris vocibus, reuersionem populi de captiuitate Babylonica pollicetur, cuius etiam apud alios prophetas, sed præcipue apud beatum Esayam ingens pompa describitur, quæ sane valet ad commendandam Dei clementiam, & ad consolationem confirmationemque fidelium, quibus societatem illius calamitatis contra meritorum decus, pro gentis suæ communionem tolerantibus, spei solatia præbebantur, de prosperorum videlicet expectatione pendencia. Ea siquidem

dem tam fore ampla dicuntur, vt vocabulorum etiam nouitatem requirant: Nam cùm de lætis ad tristitia laberentur, cessauerunt Dei populus nuncupari, quasi in reliquarum gentium vilitatem refusi. Cùm vero tempus liberationis aduenerit, tanta successione reducitur a tristibus in læta, mutatio, vt non sufficiat prioris restitutio dignitatis, sed vocabulorum augeantur insignia. Arenarum enim instar excedet numerus fidelium, in quibus tantum & reuerentiæ splendet & gratiæ, vt Dei omnia continentis non iam populus sed filij nuncupentur. Emendati siquidem præmissæ seruitutis anguoribus, vt sanguine, ita etiam charitate sibi iungentur, illamque præcipue separationem, quæ fuit illis magna & criminum & discriminum causa, vitabunt, atque vno rectore gaudentes, ad templum Dei cum alacritate conscendent, tantumque in illo statu fœlicitatis locabuntur vt magnū diem Iesrahelis fuisse fateantur: id est, vel illud tempus quo aduersa cœperunt, & de quo supra dixit propheta, *conteram arcum Israel in valle Iesrahel*, & hoc assumet in memoriam populus liberatus vt gaudia eius ex comparisone grandescant: vel certè Iesrahelis ipsius interpretationem sibi conuenire clamabit. Exprimit siquidem in nostrum sermonem, semen Dei, fitque sensus eiusmodi: Soluta captiuitatis tempore, erit tanta exultationis ambitio vt magnus dies dei filiis illuxisse dicatur. Hanc autem festiuitatem, vt reliqui propheta; ita præcipue in illo carmine beatus Dauid, exsequitur. *Latatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum domini ibimus: Stantes erant pedes nostri in atrijs Hierusalem ad consistendum nomini tuo domine, Quia illic sederunt sedes in iudicio, sedes super domum Dauid, Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem.* Igitur secundum tenorem historiæ quam denunciatio prophetica continebat, totum quod est acturus, breuiter indicauit: decem videlicet tribus, Ieroboam authore corruptas, Assyrio capiente translatas: Iudam verò qui in Deo suo confideret, sub Ezechia rege miserabiliter liberatum, postea autem, etiam ipsam Tribum fraternæ impietatis vestigia subsequutam, dominationi Babylonicæ fuisse permissam: Cuius tamē denovo vincula solueret promissa libertas, & iam nō separati ab inuicem fratres, sed sub vno rectore sistentes, honorem Dei in Templi eius Adytis celebrarent: Huius verò temporis tanta esset fœlicitas vt iuuaret etiam aduersa meminisse, & magnum diem Iesrahelis vocare, id est, illud tempus captiuitatis illatæ: cuius videlicet occasio tam multam exultationem creasset. *Ponent igitur sibi met caput vnum, & ascendent de terra.* Super quo tempore, & beatus Dauid ait, *Afinibus terra ad te clamaui dum augetur cor meum, in Petra exaltaisti me, Deduxisti me quia factus es spes mea.* Notandum quoque est quia promissionem loci istius super multitudine fidelium, ad prædicationem Euāgelij confluentium, beatus Paulus acceperit, asserens videlicet quod vnus gentis angustias annuntiatio euangelicæ pietatis excesserit. Et non solum de Iudæis, qui olim populus Dei vocabantur, sed etiam de gentibus, quæ in multiplici errore deguerant, ad capefcendam diuini stigmatis dignitatem agmina conuenirent, sicut in Osee, inquit, dicit: *vocabo non plebem meam, plebem meam, & non dilectam, dilectam. Et erit in loco vbi vocabi-*

tur, non plebs mea vos, ibi vocabitur filij Dei viui. Gentiū ergo magister ostēdit quod euāgelij tēpore fœlicitatis huius promissio cōpleretur: nō utiq; vt negaret illud quod totius prophetiē textus inculcat: resolutionē videlicet captiuitatis quoq; Babylonicę fuisse promissam: Sed vt ostēderet quā intelligentiē regulā custodire in prophetis libris debeamus: i. vt cū sub narratione iudaicarum rerū ingentius, quā vnus gentis mediocritas caperet, aliquid t̄ promeretur, & ex parte in illo populo nosceremus fuisse completum, etiam per theoriam, aliis quoque, id est cunctis gentibus, cōuenire. Theoria est autem (vt eruditus placuit) in breuib; plerunque aut formis aut causis, earum rerum quę potiores sunt considerata perceptio. Haud igitur illa iudæorum de Babylone reuocatio, secundum historiam, ista vero quę per fidem Christi est collata libertas, secundum allegoriam significata, propriè diceretur, cū sermo propheticus solidè vtrumque promiserit vt præcedens mediocritas sequentes cumulos intimaret. Nam quod primò per exaggerationem dictum erat, id deinceps rerum magnitudine vix exæquauit. Atque ita quę tunc populum Iudæorum teruit denunciata captiuitas, & quę postea erexit restituta libertas, aliarum quoque, (quę multo grauiores sunt) & captiuitatis & libertatis indicia præferabant: illius nimirum de qua ait Apostolus, Eramus natura filij irę sicut & cæteri. Deus autem cū sit diues in misericordia, propter nimiam charitatem qua dilexit nos, cū essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo. Illum siquidem hostem generis humani qui longa dominatione reos depressoerat, fortior veniens alligauit, vasa eius cuncta diripuit: & captiuitatem gentium reddita libertate dissoluit, donisque gratiæ nobilitauit redēptos, vt qui aliquando eramus alieni & hospites, subitò plebs eius & populus misericordiam consecutus, immò genus electum & sacerdotale ac regium diceremur. Sic ergo quod Osee de temporibus Babylonis edixerat, Paulus ad negocia transtulit saluatoris, non utique propheta quasi abnuente, aut ægre quò ducitur subsequente, sed Apostolico intellectui nimis fauente per tenorem vaticinij, quo docuit aucta esse hic prope vsque ad consummationem vel dona vel gaudia quę illo iam seculo fuerant inchoata. Sed huc vsque sermo prophetæ eo tenore processit, vt de quibuscumque erat negotiis temporib; locutus, breuiter indicaret. Nunc autem ad ordinem institutæ reuertitur vel censurę vel querelę, quod consule prouidēq; curauit, ne quod ad pompā prædictionis valebat, inciperet saluari incommodare doctrinę. Nam quoniam vaticinātis impetu ea attigerat quę post erant longis secutura temporibus, & tam aduersis quā prosperis fidem denunciandi confidentia subrogabat, ne per hoc ipsum, inquam, & meritum & votum pariter videretur extinguere, quandoquidem ne correctio: nis studium prodesse assumi insistentē semel t̄ prænunciati necessitate supplicij: nec prosperorum denuò necessaria videretur optatio, cū omnimodis esset pro denunciantis veritate reddenda: ideo ad populos sermo dirigitur, & in communionem iudicij conuocantur, vt ipsi matrem suam (multitudinem videlicet parentum, cuius criminibus Deus fuerat asperatus)

forte meli<sup>o</sup>  
promeretur.

Theoria  
quid sit.

forte  
prænunciati.

tus) intētis pergant exanimare luminibus, atque eam diuinæ admonitione clementiæ quæ solet vel denunciata remouere tormenta, si reos ad correctionem videat cōfugisse. Non ergo illos salutem desperare debere si reddatur timore meliores, cū magister meritorum præsideat expunctorum, quem multo magis indulgentia renidēs quā seueritas amara delectet. *In-<sup>osea</sup>  
dicite matrem vestram, iudicate, quoniam ipse non vxor mea, et ego non vir eius.  
Cap. 2.* Ingens (inquit) benignitatis meæ monumentum extat liberatio vestra: & ideo fœdæ parentis vestræ merita deteguntur quibus a meo depulsa est consortio, sed adeo fœdæ vt nec vobis iudicantibus possit absolui. Verum quia non vnā personam sed totam gentē præsentī æstimatione taxamus, speramus aliquos fore quos ad meliora studia, seueritas denunciata, commoueat, & ideo expectate quid præstoler. *Auferat fornicationes suas a facie sua et adulteria sua de medio vberum suorum ne forte expoliam eam nudam, et statuam eam secundum diem natiuitatis suæ:* Id est, a vultu suo verecundiam quæ solet obsecnitati impedimentum esse depulerat, & faciē turpitudinis professione durauerat: nunc ergo his cōtrarios capessat affectus, frōtemque impudētia exutā pudore cōuestiat, sciat neque hoc solū labijs quasi in superficie fecisse cōtenta, de vberū medio hauistum virus eiecerit vt toto protinus corde purgetur: Quod si facere neglexerit ad operā seueritatis accingar, & qualia tēpore illo quo hæc mihi in populū nascebatur, exercui. Indicat autē egressiōnē synagogę de terrā Aegypti quod videlicet tēpore nulla institutionū legalium vel ornāmēta vel indumēta susceperat, nec quibusdā vestimētorū pollebat insignibus, sed quātū ad precia morū, in eadē qua Aegyptij vilitate cōsistens, magnis tamē propter solū honorē parentū miraculis seruabatur. Denique quoniā præceptis Dei tū proteruia, tum ignauia restiterūt, omnes etiā in hæremiti solitudine leguntur absumpti, nec preter duos viros Iesu & Caleb, de sexcētis millibus virorum militari ætate gradiētium quisquam in terram repromissionis intrauit. Hoc est ergo quod nunc per prophetam rerum dominus comminatur, quoniam gens illa nisi pectoris sui arcana mundauerit, & facta in melius mutatione profecerit, nullum ei possit, quod per tot secula ab aliis egit discreta nationibus & institutis legis atque spiritalibus donis floruit, comparare subsidium. Quo videlicet insistens criminibus sententia moliatur, sicut neque illa, inquit, ætate qua egressa est de Aegypto & recenti quasi adoptione gaudebat, quicquam miseris profuit, quominus ac si essent omnibus nudi priuilegijs disperirent. Quem sensum & Apostolus Paulus scribens ad Corinthios diligēter excoluit. *Omnes, inquit, vnus miraculis liberati, eisdem cibis spiritalibus vsi sunt, eosdem fontes de petra erumpentes biberunt: nec tamen ex his, inquit, deo vel vniuersi placere vel multi, sed in illa exilij ætate, diuersis horruere peccatis, diuersis periere tormentis: quorū cur recordaretur, ostendens, Scripta sunt, inquit, ad institutionem nostram ne eorum studia quorum ruinas legimus, emulemur.* Per hunc ergo prophetam dominus noster cōsulentē suę pādīt affectū, monetq; vt illa plebs festinata emendatione sibi succurat, & de medio vberum, videlicet pectore, impietatem quæ fornicatio nominatur, expellat, ne illius seueritatis experimenta

percipiat cuius dispositionem difficultas remoratur: Sive enim pergat impios ultione consumere, obsistere non valebit pereuntium multitudo, sive filios punitorum, pro innocentia honore aut emendationis meritis, saluti restitui mandarit, etiam nihil impedimenti creare præmissæ calamitatis adgestio poterit. Vt ergo hoc totum propheta breuiter indicaret, eundem ordinem in exemplo quem in vaticinio, custodiuit: & sicut in ipso titulo totâ qua prophetaisset ætatem, regum commemoratione signauit, ita etiam, quod negotiorum prædicatio, ipsius contineret, ostendit: captiuitatē videlicet, primò Israelis, deinde Iudæ: deinceps eorundem populorum soluta captiuitate concordiam, & ad cultum ac templum veri Dei reddita libertate concursum. Cuius tamen regressionis ea describeretur ambitio quæ ad maioris negotii significationem valeret, id est, euangelii libertates pariter ac liberalitatem sonaret: quæ transcendens vota muneribus, non solum populum sed etiam filios Dei appellaret quos à seruitute fune realiberasset. Igitur breuiter ista percurrens rediit ad concionem illis temporibus congruentem, & quasi filiis, obiurgandæ & docendæ matris munus indicit, vt quæ nihil de custodienda sanctitate curauerat, de arripienda saltem pœnitentia curaret, nec se putaret, contra precia morum, sanguinis tantum nobilitate defendi, quoniam quando nihil prodesset adoptio his, quos non etiam deuotio communiter. Nam vt de præteritis futura colligeret, exitum illorum agminum quæ de Ægypto mirabiliter eucta fuerant cogitaret: quorum vtique iniquitas, neque parētum, vt diximus, dignitate defensa est, & quorum interfectio, filiis ad gaudia promissa ducendis, obstacula non creauit. Is itaque, ait, iudiciorum ordo etiam in vestra nunc expunctione seruabitur, vt æquales sacrilegiis obruantur exitiis, & eorum posterii qui proposito genitorum studiis melioribus discrepauerint, vel desperati libertate potiantur vel cumulati prosperorum successibus augeantur: quæ vicissitudines temporum, ait, quoniam tam tristium videlicet quæ lætorum, ratione diuinæ prouidentie & iustæ dispensationis assignant, nunc iam id quod causa præiens flagitat exsequamur. Denunciat ergo vt impendentis sibi damnationis molem anticipent tam studio corrigendi quam gemitu pœnitendi, ne cum scire ultro ceperit, omnis hæc natio sicut nullis vnquam insignita priuilegiis, sic interneccione dispereat: *ne forte spoliem eam nudam, & statuam eam secundum diem natiuitatis suæ, & ponam eam quasi solitudinem, & statuam eam velut terram inuiam, & interficiam eam in siti, & filiorum eius non miserebor, quoniam filij fornicationis sunt, quia fornicata est mater eorum, confusa est quæ cœcepit eos.* Quia semel commemorationem & similitudinem egressionis Ægyptiæ induxerat, per eorundem locorum descriptionem cucurrit, solitudinem videlicet nominans, & terrâ inuiam ac fontium solatio destitutâ: ac rursus de occasionibus verba suscipiēs, commemorata hæremi vastitate, sitis quoque discrimen adiecit. *Interficiam, inquit, eos in siti, non quo euctus de Ægypto populus atque penuria legatus absumptus sed quoniam (vt Apostolus dicit) bibebant de spiritali sequenti petra, id est, potentia ductoris, non conditio regionis, castris pocula ministrabat.*

strabat. Quæ si vtique defuisset, primo sitis periculo populus fuisset extinctus. Idē denunciāns quod in necessitates similes improbi deducantur, nec suâ occursum ire clementiā, quando quidē etiā soboles taliū, obscænos sibi parētes esse vitiorū imitatione fateatur: & tā filij de parētibus, quā parētes de filiis erubescant: promittit eos siti esse perituros. *Quia dixit, Vadam post amatores meos qui dant panes meos & aquas, lanam meam & linum meum, oleum meum & potum meum: & propter hoc, ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria, & semitas suas non inueniet, et sequetur amatores suos et nō apprehendet eos, et quæret eos et nō inueniet.* Quis ab initio librum profanatae genti personam meretricis aptauit, etiam reliqua, sublimi descriptione prosequitur, & ad locutionem scortatricis inducit quam illa nimirum etsi non in labiis tamē in operibus, gestasse conuincitur: Sicque secundum scripturarum morem ea quæ per consequentiam sinisterioris vitæ dicere impii quique possunt, quia sibi & voce dixerint, arguuntur. Ergo & ista (inquit) impudens mulier, consecratui flagiciorum, faciem vtilitatis obtendit, vt sequi se amatores suos ob liberalitatem potius quam ob turpitudinem, mentiatur: illos enim sibi, lanam & linum & oleum & potum: id est, victum & vestitum vsque ad delicias redundantem, præbuisse commendat. Quibus sane dictis, quamquam ad peccata factilegii, ingratae quoque mentis crimen adiungat, tamē illud quoque videtur inducere quod in prophanorum, etiam nunc, ore versatur: inter varias, videlicet opiniones, nullum esse validius certæ religionis testimonium quam quod vox afferat prosperorum. Ideo & ista, in consecratum amatorum seire pronuncians, & flagitium silentio premit, & quasi honestiores causas, quibus illiciat, effingit. Amatores autem vocat vel Gentium proceres quorum consecratione profanata est, vel ipsos nationum Deos risu potius quam veneratu digniores: quibus hæc, videlicet synagoga, paternæ legis, & veri atque vni Dei oblita succubuit. Spebus eius, ait, aduersa succedant, & improuisis angoribus implicentur. Primò, vt ineundi fœderis cum his quas maxime cupit gentibus facultas ei nulla suppetat, & nec in aduersis suis illorum vtatur auxilio, quorum in prosperis deliquit exemplo. Sicque sepiam viam eius spinis, & non solūna vepribus, sed etiam maceris: vt quos ante triuerat calles, deinceps inire non possit. Quæ vtique consequenter vniuersa subtexit, aspiciens ad personam mulieris, quam induxit, clandestinis quasi semitis, flagitii sui frequentantis authorem. Haud vtique quod Israelis populus clanculo, prophanis gētibus misceretur, sed quod à muliere (vt sepe diximus) similitudo trallata, hunc descriptionis ordinem postularit. Cum ergo ceperit vlciscens seueritas ei obuiare, nullaque opē angoribus eius, poterunt cuncti quos diligebat afferre, non iam ratione, sed angore commota, reuiuisci incipiet fœlicitatis antiquæ, & dicet. *Vadam et reuertar ad virum meum priorem quia bene mihi erat tunc magis quam nunc: & hæc nesciuit quia ego dedi ei frumentum vinum & oleum, multiplicauit ei & aurum, quæ fecerant Baal.* Si erecta saltem rerum periculis, ad priorem virum redire deliberat, quomodo consequenter adiectum est: *Et hæc nesciuit quia dedi ei frumentum et vinum et oleum?* Est ergo

sensus eiusmodi per quem propheticis sententiis concinentia vendicetur. Quia ad primam castigationis faciem patiat hęc mulier, quod omneis quivana sectantur, votorum videlicet frustratione perterrita, non per emendationem sententię, sed per iudicii leuitatem eam tentet quę repudiaret appetere: & ad hoc tantum se Deo subditam repromittit vt impendentia quasi damna prosperitatis effugiat, secundum illud quod beatus Dauid exprobrat: cum occideret eos, querebant eum: & conuertebantur ante lucē & veniebant ad eum, cor autem eorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamentum eius. Igitur permanente gentis eius reatu quę instar pecorum, nequaquam magisterio verbi, sed sub actu verberis excitatur: neque ira mea tentabitur per hoc quia dixit. *Vadam & reuertar ad virum meum priorem.* Cæterum in longa plagarum experimenta eam deducam, qua scire & indicare neglexerit hęc omnia dari posse a nullo nisi a me a quo vtique fuerint & creata. Ergo quod ait. *Et hęc nesciunt quia ego ei dedi frumentum & vinum & oleum.* Voluntarię tarditatis spectat inuidiam, secundum illud Dauidicum, Noluit intelligere vt bene ageret: incipiet itaque inter pericula erumnarū fateri quod prius scire neglexerat, me videlicet vnū esse a quo alimonia præbeatur, qui & ipsum hominū substantiā procreaui. Quia ego dedi ei frumentum & vinum & oleum et aurum quę fecerant Baalim. Nō solum ergo instructa, sed etiam copiosa, donis meis abutebatur in crimina & ad contumeliam meā, idola, de his quę a me acceperat opibus fabricabat. Iccirco & ego, cuius dispensationem propheta collaudans intelligenter canebat: Cū sancto sanctus eris, & cū viro innocēte innocēs eris, & cū peruerso peruerteris. Censurę tandem munus arripiam, vt ingratis, quę fuerant collata subducam, ipsęque opes, liberationis quoddam beneficium consequantur cum prophanorū vīsibus subtrahuntur. Ideo autem distincte ait *Sumam frumentum in tempore suo et vinum in tempore suo,* quia non est frugum vna collectio, cæterum diuersis anni temporibus singula quęque rediguntur, atque ideo messem negabit æstas, autumnus vindemiā, mobilitatē Bruma subducet, & cōtinget (inquit) creaturis quædā liberatio si eis nō vratur: *immeriti: et liberabo lanam meam et linum meum quę operiebant ignominiam eius.* Ad mundum quippe muliebrem eleganter alludit, quod ita omne corpus, in quo sunt aliqua verecunda, contexerit, vt illud etiā venustaret. Acute tamen videtur ostendere quia plerumque sub prosperitate vitę reorum fœditas delitescat: quos si digna rursus inopia cōsequatur, merita quoque quę latuerāt detegātur. *Et nunc reuelabo stultitiā eius in oculis amatorū eius:* Id est, illos ipsos qui authores vel participes sceleris extiterūt cōsequētia rerū subiget cōfiteri nihil hac natione stolidius esse, quā nec consilia direxerint, nec pericula correxerint, sed eū dominū, ingratę mētis criminibus asperauerint, cuius potentiā, omnium cōtinentē, tam aduersis suis sit experta quā prosperis. *Reuelabo, ergo, stultitiā eius in oculis amatorum eius, & vir non eruet eam de manu mea:* Id est, nullus erit principū quorum est secuta prophanitatem, qui possit eam a mea indignatione defendere: non quod aliquis id esset aufurus, sed quia per similitudinem mulieris & virorum oratio suscepta cōtextitur

*Criminum fœditas, vt ea prosperitate aliquādo lateret.*

textitur: ideo ait quia cum eam indignatio diuina perculerit, amatores eius ne quibunt ei succurrere: nec miseris quibus obruenda sit quicquam afferre solatii. *Auferam omne gaudium eius, solennitatem eius, neomeniam eius, Sabbatū eius, & omnia festa tempora eius.* Posuit nomina feriarum in quibus plurimum letabatur, cum tota regio, choreis, canticis epulisque lasciuiet: Quę vtique luxuries nō vigeat nisi cum populus alta pace fruatur. Vniuersa, inquit, hęc contrariis mutabuntur, & cessante, luctus adhibebitur, feriarum tempora, captiuitas occupabit, Sabbati ocia, labor erumnosæ seruitutis implebit: nec solum tanta captiuitate, libertas, sed etiam terrarum fœcunditas, lugubri sterilitate mutabitur. *Corrumpam enim vineam eius & ficum eius, de quibus dixit, Mercedes hæc mea sunt quę dederunt mihi amatores mei: & ponam eā in saltum, & comedet illam bestia agri.* Exsecutus est quid partium damna conficerent, id est, cum culturę sedulitatem, iugis fuerit consecuta frustratio, amœnitatem pristinam succedente squalore rura exponent, fietque iustis potius quā agris regio tota consimilis, id est, quę feris dignior quā hominibus censetur: † Quod quoniam hanc faciem, colentium raritas erat illatura, eleganter expressit, bestias agri eius fructibus esse † vescēdas. Spōte sua, inquit, lumē rationis abiecit, & post satietatem atque impinguationem calcitrauit dilectus, ac tantum proprio impudentissima gens fuit errori, vt gaudia pacis & rerum copiam quorum continuationem, si fuisset casta ac deuota ei promiseram, suis corruptoribus auderet adscribere: ideo hęc, sicut dixi, pars erit vindictę vt his quibus non est bene vsa, & gaudiis exuatur & copiis, sciātque quoniam hęc ille propicius ante contulerit qui potuit deinceps iratus auferre. *Ponam eam, inquit, in saltum & comedet illam bestia agri.* Permittam, ait, vt hostili consumatur incurfu, sicque nullo meę dispositionis muniatur obiectu, sicut nec saltus nec iustra laboratis sepibus claudit agricola. Et quia videbatur verā sententiā protulisse, causam denuo ipsius cōmonitionis adnectit, vt doceat se iustitię magis quā irę, quicquid infremuit, prestitisse. *Et visitabo, ait, super eā dies Baalim quibus incedebat incensum, & ornabatur in aure sua & monili suo, & ibat post amatores suos, & mei obliuiscatur, dicit Dominus.* Nō nūc, inquit, inter peccandi versatur exordia, vt processu temporis † suffundenda credatur: olim cum eius improbitate patientia nostra contendit, nec tamen aliquid ad emendationem promouimus, quando hęc in sua profanitate consenuit: Ne ergo etiā iudicis famam impunitas longa commaculet, & videat fouere quod tam diu vigere permitto, quanquam serò tamen vel demum ad opus vltionis accingar vt expungam etiam illos dies quibus Baalim, idolo videlicet turpitudinis, compra in super monilibus, seruibat. Quod autem non solum monilium, sed etiam inaurium fecit mentionem, possemus quidem dicere quia quibus comantur fœminę, nominauerit pauca de multis: Patitur tamen locus vt aliquid subtilius afferamus, id est, inaurium nomine obedientiæ videatur ostensa: Et quoniam tunc populus Iudæorum solus, præcepta legis, quibus obediret, acceperat, meritò quasi inaurium ornamenta gestabat. Sed postquā funesto deceptus est errore vt Idolorum ritibus sub-

Melius,  
erubescen-  
dis.

deretur, id ipsum precipuè nunc exprobratum putemus. Ac si diceret, aurum & argentum quod me creante, terra protulerat, me largiente, synagoga susceperat, reliquarumque rerum copiam, ad cultum & ornatum Idolorum impiata conuixit, & illud insigne obedientiæ quo inter reliquos populos sola pollebat, turbescentibus ritibus mancipauit. Aestimansque quod in ea qua olim fuerat pulchritudine permaneret, sequebatur amatores suos cum tanta fiducia, eam plena ut nostri numinis subiret obliuio. *Propter hoc, ecce ego lactabo eam, & ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius, & dabo ei vinitores eius ex eodem loco, & vallem Achor ad aperiendam spem, & canet ibi iuxta dies iuuentutis suæ & iuxta dies ascensionis suæ de terra Ægypti: Et erit in die illo ait Dominus, vocabit me vir meus, & non me vocabit ultra Baalim, Et auferam nomina Baalim de ore eius, & non recordabitur ultra nominis eorum.* Notandus est diligenter prophetici sermonis ordo: Qui ubicumque fuerit necessitas ut tormenta denunciet & meritum diuinæ seueritatis ostendat, statim causas quæ hoc meruere, subnectit: neque mortalium culpas dinumerasse contentus, gaudia securæ prosperitatis exsequitur, ostendens quod breuem illam dissimulationem veniæ Deus noster in apparatus conciliationis quodammodo assumat. Quo tamen argumento, ut laudatur diuina clementia, ita iniquitas humana deprimitur, cuius videlicet efficit magnitudo ut tantæ bonitatis dominus interdum ad iracundiam concitetur. Postquam ergo pronunciauerat quod vniuersis gaudiis tristis esset inferenda cessatio, nec aliquis miseris, vel auxilium vel solatiu laturus occurreret, statim crimina populi, id est causas suæ indignationis exposuit, atque eorum magnitudinem ætatemque commemorans, ostendit: quia censura eius nulli esse deberet, de nimietate, suspectior, cum si scelerum vel quantitibus vel ætatibus conferatur, excusandam paritatem, excusandam habeat tarditatem. Verum non vno hoc colore inquam dulcem & familiarem sibi clementiam commendans, etiam de prosperorum illatione plagis adherente, idem istud consignat, & tanto ea ambitu maiore describit quasi qui vellet non solum compescere sed etiam excusare quod perculit. Ergo cum dixisset quia poneret eam in saltum ut comederent illam bestia agris, id est cunctis regni & urbium munitionibus amputatis, potestati hostium traderetur: censura, ut quondam in Ægypto, contumeliam vel erumnam luteræ seruitutis, quippe quæ cosectatu idolorum, Dei sui fuisset oblita: tamen quia ipse miserator & misericors ageret, post captiuitatis terminum gaudia regressions adnunciat: Et quia supra Ægyptiæ liberationis intulit mentionem ad illius instar, hanc quoque Israëlitis populis asserens conferendam, nunc quoque latius quidem, sed idem percurrit exemplum. Ecce ego, inquit, lactabo eam, & loquar ad cor eius: & dabo vinitores ex eodem loco, & vallem Achor ad aperiendam spem quia natiuitatem Synagogæ tempus Ægyptiæ liberationis appellat, lactatio quoque cibum Mannæ videtur ostendere: Locutio autem ad cor directa, promulgationem indicat legis quæ auditorum corda formauit. *Dabo autem vinitores eius ex eodem loco & vallem Achor ad aperiendam spem.* quid significet acceptio: Antequam

quam populus Terram repromissionis intraret, missi exploratores, fructum vitis egregium portauerunt, id est, vnam eius magnitudinis quam vector vnum subire non possit. Postquam verò urbem opulentiſſimam Hierico videlicet mirabili occupauere victoria, vir de tribu Iuda, Achar nomine, filius Charim, quiddam de præda quæ exustioni fuerat dicata subripuit. Cumque esset vincens, aduersis subitis, impedita felicitas, ad motus fortibus, suo anathematis vestigatur: Et cum omnia quæ oculuerat protulisset, lapidante populo, in valle Achor interemptus legitur & sepultus. Quæ sane expiatio ita valuit ad melius placendum Deo, ut incruentis deinceps potiretur triumphis. Sicque illa vallis, noua arua capientibus, spem felicitatis apparuit, quam præcedentibus, culpa concluderat. His ergo commemoratis quæ illo tempore gesta constabat, etiam de Babylonia captiuitate tam lætum fore iudæorum reditum pollicetur. Denique sequitur, *Et canet ibi iuxta dies iuuentutis suæ, & iuxta dies ascensionis suæ de terra Ægypti.* Sicut enim tunc incisis fluctibus, sicco per pelagus itinere transierunt, ac Maria soror Moysi, musica instrumenta corripens, laudes Dei, choris sequentibus præcinebat. In hunc modum exeuntes de Assyria captiuitate cantabant, non utique ierico aliquam deleturi, aut botrum denuò reperiuri. Sed quibus ita tempora lætanda succedant, ut illam videantur quæ sub Moysæ & Iosue habuerant, gloriam consequuti. Cuius tamen historiae quemadmodum sit memoria læta perpende, videlicet tam ad exemplum tristium, quam lætorum: Dixerat quippe supra, *ne forte spoliem eam nudam, & statuam eam secundum diem natiuitatis suæ, & ponam eam quasi solitudinem & statuam illam velut terram inuiam, & interficiam eam in siti.* Ad illorum utique similitudinem quorum cadauera, ut ait Paulus apostolus, prostrata sunt in deserto: nunc verò cum soluèdam promitteret seruitutem, & gaudia de libertate ventura: ipsorum totidem temporum recordatus est, quibus videlicet gloriosa liberatio sacris fuerat laudata carminibus. Cuius sane felicitatis, id est, post captiuitatem Babyloniæ sentiendæ: ut dulcedo consolabatur iudæos, ita magnitudo signabat populos ad prædicationem Evangelij congregandos. Qui verò nouum carmen Deo canunt (notum enim fecit Orbi salutare suum, & ante conspectum Gætium reuelauit Iusticiam suam) eamque seruitutem qua peccatis & immundis spiritibus subdebamur gratuita indulgentia & sanctificatione dissoluit, ut liberati ab iniquitatibus Iusticiæ seruiremus, atque populus acquisitionis effecti, diuini stigmatis insignibus fulgeremus, habentes de nostro corpore: de nostro, inquam, populo vinitores, vel ingentis botri gratiam nobis in mysteriis contradentes, vel ipsam artem atque industriam qua vinea Dei colitur, indicantes. In illo proinde tempore, cum hæc quæ enumerauimus oprata contigerint, quanta fuerit præmissæ castigationis utilitas, etiam morum emendatio publicauit. Toto siquidem, inquit, corde, mihi sociabitur, ita ut non me ulterius ex interpolatione veneretur, sed continuum mihi cultum, mihi continuum impendet affectum: neque tantum, suum virum appellabit & Dominum, nec ultra, Baalim, id est, Idolis, meum nomen ascribet. De

quo sane Baalim vocabulo, Iudæorum traditio sensum aliquem voluit cōminisci. Sed apparet hoc esse solidius per quod consequentia tota decurrit, vt de ore videlicet correctæ gentis auferenda Idolorū nomina reprobmittat, & Deum ac Dominum se tantum vocandum. Dicendo autem, *non recordabitur ultra nominis eorum*, vel correctionem quæ esset plena signauit, vel ad illud aspexit quod supra posuerat, *Ibat post amatores suo, & mei obliuiscatur, ait Dominus*. Hoc ergo vicium castigatione discludens, in contrarium migrabit affectū, vt studium profanitatis plena obliuione deponat. *Percutiam eis fœdus in die illa cum bestia agri, & cum volucre celi, & cum reptili terra, Arcum, & gladium, & bellum conteram de terra, & dormire faciam eos fiducialiter, & sponsabo te mihi in Iudicio & Iusticia, & in misericordia & miserationibus. Et sponsabo te mihi in fide, & scies quia ego Dominus* Est, inquit, consequens vt quæ plagis fœdata subiacuit, bonis omnibus correctæ potiatur: Et ideo sicut ei omnes creaturas non solum aduersas sed etiam infensas indignatio nostra reddiderat, ita rursus beneuolas & commodas easdem faciat nostra placatio. *Percutiam itaque fœdus ei cum bestia agri, vt nec aruorum fruges sæuicies ferina populetur, nec vindemias eorum aut oliueta volucrum precipiat multitudo, nec per membra lassorū angues venena diffundant. Quæ omnia cum liberationis tempore cessatura dicuntur, diebus vtique plagarum docentur illata. Cum his cladibus etiam bella cessabunt, ita vt in patriis finibus dormire possint, id est, requiescere confidenter, quippe nec irruptiones nec insidias formidantes. Sponsabo te mihi in sempiternum, id est, rebus ipsis erudita cognosces nō meo sed tuo vicio illud quo afflicta es cōtigisse dissidium. Ceterum, me paratum esse vt in sempiternum mihi sponsa permanes, id est, si talis fueris qualem nunc castigantia iudicia reddiderunt, in sempiternū tibi fœderatio prisca seruabitur. Sic enim pacifcor te in nostro permanere consortio vt explorent iustitiā tuam admota iudicia. Vel si te subripiens negligētia vulnerauerit, & à me tamen remedium, toto stendi ambitu postulaueris, nihilominus desponsabo te mihi in misericordia & in miserationibus: quas cum sane fideles constantēque persenseret. Hoc est enim quod ait, *Sponsabo te in fide*, alacritate debita prædicabis, quia ego sum dominus. Quod totum sic institutum si ad vocacionem Euangelij transferamus, manifestius constabit impletum: Speciosus enim forma præ filiis hominum, de cuius labiis fusa gratia mundo dedit salutē. Reginam quā sibi in cōsortium talami pro virginitatis honore despondit, adsciuit in iusticia quam iustificando dedit, adsciuit in iudicio cum eam quæ legitime esset laboratura, delegit, adsciuit in misericordia & in miserationibus, cum præterita debita relaxauit, & despondit in fide qua vel corde creditur ad iusticiam, ore autem confessio fit ad salutem, vel quod non est dubium quia diligentibus dominum omnia procedāt in bonum. *Et erit in illa die, exaudiam, dicit dominus, calos, & illi exaudient terram & terra exaudiet triticum, vinum, & oleum: & hæc exaudient Iezrahel. Et seminabo eam mihi in terram, & miserebor eius quæ fuit absque misericordia, & dicam nō populo meo, populus meus es tu: & ipse dicit, Dominus meus es tu.* Seriem votiuz promissionis*

Libertas  
infelicitas  
proxima.

missionis extendit, ac per diuersas species, scema voluminibus sacris familiare, componit, vt elementa inuicem fungi opere suo cupiant ad sustentationem fragilitatis humanæ, nec tamen queant nisi creator annuerit. Qui sane illo tēpore quo placidus aduersa depulerit, affatim præbiturum se omnia pollicetur: incipiet siquidē claudicare scelicitas si desideret copiā rot seculis expetita libertas, hæc autē, vt diximus, suauitas gaudiorū, & in illa etate prælusit cū est Babylonis soluta captiuitas, & reddita est Apostolorū tēpore cumulator, cū ita omnis credentiū multitudo sobriis rerū copiis vteretur vt esset eis anima & cor vnū, atque tūc primū exequatio à cunctis sapientibus prædicata cōluxit: vt in tanto discipulorum cœtu nemo esset diuitis erectior, nemo paupertate depressior: Cæterum sicut vna cunctorum, in virtute, consensus: ita communi iure esset possessio. Neque enim aliquis eorum quæ possidebant, suum quicquam esse dicebat, sed cum essent illis vniuersa communia, agrorum etiam precia pedibus Apostolorum offerbantur vt pro singulorum necessitatibus distributio proveniret. Et quia spiritalis populi status, intra historiam iudaici populi tenebatur: reuertitur ad illa nomina à quibus vaticinium fuerat exorsus, & ait: *Terra exaudiet triticum, vinum & oleum, et hæc exaudient Iezrahel*, id est, populum, vocabulo vallis, in qua est superatus. Ostensum, cuius peccata, quæ erat puniturus, supra expressit, ipsam, inquam gētem non in eisdem personis, sed in eisdem Tribubus permanentem, & plagarum verberibus expiatam, in consortium suum propitiatus adsciscat, & quasi terræ etiam bonæ, præceptorum semina diuersa concredat, vt per amplitudinem succedentium prosperorum etiam ille dies Iezrahelis quo est inducta calamitas, preciosus fuisse atque optabilis censeatur. Miserebor quippe nunc eius cuius paulò ante nomen horrueram, & populum meum vocabo qui mei desertor extiterat, & aduersantium mihi iure defecerat. Ipsi que vicissim, fiducia, vt me appellet verum & vnicum dominum conferctur. Verum huc vsque prosperorum denunciatione prolata, rursus ad præsentis temporis statum, sermonem reducit: Sequitur enim. *Et dicit dominus ad me: Adhuc vade, dilige mulierem dilectam amico, & adulteram, sicut diligit dominus filios Israel, et ipsi respectant ad Deos alienos, et diligunt viuacia vuarum. Et fodi eam mihi quindecim argenteis, et choro ordei, et dimidio choro ordei, et dixi ad eam: Dies multos expectabis me, non fornicaberis et non eris viro, sed et ego expectabo te, quia dies multos sedebunt filij Israel sine Rege, et sine Principe, et sine sacrificio, et sine Altari, Et sine Ephod, et sine Teraphin: Et post hæc reuertentur filij Israel, et quærent Dominum Deum suum, et Dauid regem suum, et pauebunt ad Dominum et ad bonum eius in nouissimo dierum.* Quia exordium vaticinij, captiuitatem populi illius † reuersis vocibus pollicentis, hic sicut in principio docuit propheta, susceperat ex persona Dei tristitia, sed iam impendentia nūciabat, & eodem sacri spiritus gubernatu, quasi ex contrariis textit oraculum. Nā cum infremuerit truculentis, statim quibus cōfoueat sauciatos, læta subiecit, vt vel audiendis tristibus, populus assuescat, vel ipsum Dominum cunctantem, & sicut supradiximus, studio differentem, cum sit vindicatu-

Equalitas à Sapientibus omnibus prædicata

Osea Cap. 3.

al. diuersis.

rus ostendat. Per quod simul docet ne vnquam sub tali iudice desperet salutem, nimirum ita ad indulgendum parato ut placidis inter aduersa narrandis videatur id sedulo, quod iratus fuerit excusare. Precipit itaque propheta ne charitate quam obscenae mulieri impenderat, praevia offensione deponat, sed cum impudentia illius, professa benignitate contendat, & sine ipsa re, siue, id quod consequens videtur, spiritu tantum reuelante cognoscat quia illa meretrix leui mercede posset conduci, non solum ut prophetica societate esset contenta, sed ut illius & aliorum conuentu patiter abstineret, quasi quae valeret ostendere magis necessitate parandi victus, quam consecrati libidinis se prostituisse: Denique si vel tenuis alimonia praerberetur, eam facile flagitij voluptate carituram. Quo utique exemplo redditur synagogae causa deterior, quae eam videlicet pactionem nec copis inuitata seruauerit, quam prostibula quaequam, vel sub nimia parcitate veretur. Indulgemus ergo, ait, tempus errantibus, ut vel ad correctionem fletibus erumpant, vel graui demum ultioni succumbant. Qui nunc preciosa vilibus postferentes obliuiscuntur proprii Dei, & sequuntur alienos non aliter quam si spretis vuis vinacia subus magis quam hominibus apta colligerent. Itaque primo mensura chori nominata est triginta modios continentis, Secundo ait: *dimidium chori hordei*, inde pactione constituens continentiae officium a muliere comparari, ad imaginem illius conditionis quam Synagoga passura est in Babylonia captiuitate, vbi toleras quidem, sed sub spe reuersionis, exilium, nec Deo legitime, nec idolis cohaerebit, sed quasi omni deget nudata solatio. Propter hoc enim aut non fornicaberis & non eris viro, sed & ego expectabo te. Huc locum Iudaei vel eos secuti, ad praesentis temporis iudicium pertinere contendunt: Quod expulsi videlicet de Ierosolimis, nulla quidem habeant officij sacerdotalis insignia quae propheta enumerat, sine rege eos, sine principe, sine sacrificio, sine altari, sine Ephod & sine Teraphin fore pollicens: reuersionis tamen se pignora continere, id est, vocem Dei qui se quoque eos expectaturum esse promiserat: Sed falli eos in hac opinione vel fallere, adscitarum in fide Christi nationum omnium documenta conuincunt. Postquam enim Euangelio Christi credere noluerunt, sublata est ab eis vinea & aliis commissa cultoribus, qui redderet eius fructum in tempore suo. Ergo illo seculo in quo Babyloniis seruibant, merito se inuicem gens & Deus expectasse dicuntur, non quod totus populus gentiliu profanitate esset immunis, quae eis etiam a sanctis aliis doctoribus imputantur, sed quonia erat illic permixtio iustorum virorum, & quia melior soboles quam parentes gaudia liberationis erat habitura. Propter horum partem, deus se utique expectaturum promittit, id est, nullam aliam gentem, in locum depulsa, protinus adsciturum donec redeat, sicut & supra diximus, castigatione melior, & recipiens antiqui pontificatus quae admiserat ornamenta, in confrequentatione fidelium, cornua circumdet altaris reddens deo vota quae distinxerunt labia ipsius, & pauebunt ad bonum eius in nouissimo die. Causam proinde ipsius depulsionis exposuit, ut per eam videlicet abstinentiae profanorum

*Et ordem significat continentiam in scriptura*

rum, gens afflictata consuesceret donec legitimis castigata verberibus, in confortium denuo mereretur adscisci, ex quo examen pium laetandumque prodiret. *Audite verbum domini, filij Israel, quia iudicium domino cum habitatoribus terra, non est enim veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra. Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium in un lauauerunt, & sanguis sanguinem tetigit.* Quae esset ratio ut in ipso, comminationis impetu, de illis quoque prosperis, quae post multam aetatem erant vectura, loqueretur, semel iterumque comonui, id est, ut vel gens haberet exultaturam solacium, vel clementia pateret authoris qui ad vindicandum quasi inuitus accederet. Hoc ergo consilio etiam de futuris locutus, ad praesentium, ut supra fecerat, reuertitur aetatem, & merita puniendae plebis examinat, ut soluat eam quam diuinae pietatis allegatio fecerat quaestionem. Oportune enim eiusmodi cogitatio nasceretur si maneret fixa sententia ut captiuitas illata solueretur & regressio gloriosa contingat. Cur non est continuata libertas, aut quom potuit esse culparum quod in tam magnam seueritatem animum nostri gubernatoris accenderet? necessario igitur subtextitur criminum enumeratio, ut grauitas vindicantis appareat. *Audite ergo, ait, verbum domini, filij Israel, quia non recusat vobiscum inire conflictum & rationem ponere iudiciorum suorum, meritorumque vestrorum* cui dicit beatus Dauid, ut iustificeris in sermonibus tuis & vincas cum iudicaris. Audite, inquam, verbum domini, filij Israel, vos omnino ipsi, de quibus agitur, iudicate: & de quibus populi studiis conqueramur, videntes si superest vobis aliquid sensus, ad confessionem & poenitentiam conuolante. *Non est enim veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra.* Haud quasi ex interuallo aliquo, inquit, delinquent, ut quidam videretur ultionum & virtutum facta commixtio, sed ita pessimis laudanda cesserunt, ut nec vestigium probitatis vsquam appareat, non fides, inquam, in testimoniis, non iustitia in iudiciis, non pietas remansit in ritibus. Quid tamen dico vacare pectora timore diuino, cum omnes, etiam nominis eius, occuparit obliuio, atque inuicem secum crudelitas & libido contendat, quando irruentibus quoque flagitiis, inundantibus facinoribus, nec a pudoris nec a sanguinis discrimine temperatur, sed iungentes maledicta mendaciis homicidia furtis, adulteria sacrilegiis? Omnia, sanctae quondam regionis, loca cedibus impleuerunt, ut per multitudinem interfectorum sanguis sanguini misceretur: Quod non per exaggerationem, sed per fidem dictum esse prodit historia. Ipsa sunt siquidem tempora in quibus & beatus Helias interrogatus a Deo quid in solitudine ageret, cum dolore respondit: Domine, Prophetas tuos occiderunt, Altaria tua destruxerunt, & ego relictus sum solus, & quaerunt animam meam. Tanta ergo profanitate populus erat corruptus ut internicione vltima pios quosque, id est, cultores Dei delere contederet. Quae nefanda religionis corruptio quonia nullum quidem habebat, propter quod expeteretur precium voluptatis, impunitatem tamen factis, & turpibus pollicebatur & trucibus: Ideo Baalim vacanturque cultores, Iezabelis furori, fundendo piorum sanguinem, seruibant.

*osea Cap. 4*

*psal. 50.*

*al. dicam.*

*al. iungunt.*

Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnes qui habitant in ea in bestia agri & volucre cali, sed & pisces maris congregabuntur. Propositis indignationis suæ causis, consequenter exclamat ipsam terram operiendam luctibus, sicuti est operta criminibus. Quibus tam multis tamque ingentibus, si contigisset impunitas, etiam prouidentia negaretur. *Infirmabitur ergo omnis cultor regionis in bestia agri, & in volucre cali.* Bestias agri appellare, armenta, & greges etiam solet diuinus sermo: Ergo cum frugum (ait) & fructuum incubuerit egestas, pecorum quoque defectus & inopia consequetur, nec sic sane finis angustis: Sed etiam pisces congregabuntur, id est, deficient ut desint, ut nec in aquis possit alimonia reperiri. *Veruntamen unusquisque non iudicet, & non arguatur vir.* Populus enim tuus, sicut hi qui contradicunt sacerdoti: *Et corruet tu, Corruet etiam propheta tecum.* Si stante, inquit, republica, per sententiam iudicum nocentes aliqui disperirent, argueretur certe alter, & alter argueret, proprium siquidem munus censura exerceret: Per quod simul ostenditur, quia non omnem simul populum scelerum tabes, morbi instar, aut pestilentie non possedisset, sed sicut alij turpia, ita plerique honesta sequerentur. At ubi vniuersos pene cœtus, iniquitas quasi cœiurata possederit, quod suis accidisse temporibus Osee propheta deplorat, merito etiam tam doctrina quam censura cessabit, ut effusa in impios pœna desæuiat: Ergo sub specie præcepti, vis est expressa iudicij. *Veruntamen unusquisque non iudicet, & non arguatur vir,* id est, nemo iudicabit, neque aliquis arguetur: Hostili enim furore vastanda es, non iudicum expungenda sententiis. *Populus enim tuus sicut hi qui contradicunt sacerdoti, corruet tu, corruet etiam propheta tecum.* Pro iudicio non pro cōparatione istud, sicut, propheta constituit. Ergo nihil nouum in ultione conspicies, sed quod exercuisti in culpis recognosces in pœnis. Populus quippe tuus restitit sacerdoti, id est, à vero pontificatu, consecrando idola, recessisti. Contradixisti ergo sacerdoti, ait, cum sacras ceremonias repulisti, cum salutare monitus, & præcepta mores informantia respuisti: Et ut impiis ducibus, ita etiam profanis vatibus te tradidisti. Merito igitur utrosque sententia nunc immissa inuoluet, ut & tu cum prophetis tuis, id est, ariolis colabaris. *Nocte tacere feci matrem tuam, conticuit populus meus eo quod non habuerit scientiam.* Quia tu scientiam repulisti, repellam te & ego ne sacerdotio fungaris mihi, & oblita es legis Dei tui, obliuiscar filiorum tuorum & ego. Idioma scripturarum est secundum quod frequenter ammonui, ut quoniam ad gentem sermo dirigitur, tum proprio, tum parentis cuius filia sit, nomine, videatur conueniri. Et ideo cum dixisset, *corruet hodie, & corruet propheta tecum:* Id est, vastationis tuæ tempus aduenit, & quæ olim à discenda & loquenda iustitia destitisti, nunc etiam à profana voce cessabis. Subdidit, *nocte tacere feci matrem tuam.* Id autem non sic accipiendum quasi per diem loqui permiserit, & tantum nocte reticere. Sed cumulum voluit indictæ taciturnitatis exprimere, & ideo ut ostenderet eam obmutuisse irruente pernicio, noctis intulit mentionem, ac si diceret, Sic eam effuso mœrore conuestiam, sicut nox terras operire consuevit, ut sicut generale & commune silentium, conditio tenebrosi tempo-

temporis introducit: ita ista turba seniorum quam matrem tuam vocauit, quæ paulò ante profanitate garrula perstrepebat, sub nocte aduersi temporis conticescat. Post verò secundum institutum ordinem, ubi terrore perfonuit, causam commotionis annectit: *Conticuit populus meus eo quod non habuerit scientiam.* Iustum erat (inquit) ut labia plebis meæ lugubri silentio clauderentur, quæ noluerunt loquendo condiscere. Proinde quod dixit scientiam populo defuisse, ne tu ad aliquam necessitatem referres, continuo, quid accusasset, ostendit. *Quia tu scientiam repulisti, repellam te & ego ne sacerdotio fungaris mihi, & oblita es legis Dei tui, obliuiscar filiorum tuorum & ego.* Noluiisti (inquit) intelligere ut bene ageres, sed iniquitatem in cubili meditata, pro arbitrato tuo ausa es apud te legis meæ membra dirimere, ut iustitiæ parte neglecta hostiarum instituta retineres: ideo ibi obuiam peruersitati tuæ digna frustratio, ut non sit licentia offerendarum hostiarum, cui sequendarum non fuit cura virtutum: dura tibi imminet taciturnitas quæ ab auribus tuis salutare monitus propulisti. *Oblita es mei, Obliuiscar & ego filiorum tuorum,* ut quæ spontaneam passa es in officiis cæcitatem, experiaris acerbissimam de liberis orbitatem. Quod ita sane intelligendum est ut non putemus illum populum idolis mancipatum, Deo vero vel hostiarum oblatione seruasse, cum hæc potissimum fuerit causa consecrandorum in regione vitulorum, ne per oblationem hostiarum adeundi templum deretur illis occasio. Geminus ergo intellectus debet assumi, ut vel sub conditione illius positum sit, ac si diceremus: Etiam si sacerdotij partes grauiter impleretis, nihil profectò, ad defensionem vestram valeret, quos morum sceditas arguebat: sed consequenter etiam amittereris superstitionis vestræ angusta isthæc & ridenda solatia, qui meritorum auxilia perdidistis. Vel certe, quia erant in ipsis Tribubus sparsim habitantes & prophætæ & legitimi sacerdotes, aliqui etiam de plebe eadem munuscula offerre consueuerant, & per hoc, impunitatem scelerum, credebant se posse obtinere. His quoque talibus, sub persona populi, comminatus, quod cum irruerit aperta captiuitas, etiam illius opinionis amminiculis exuatur, qua se erga dominum, vel ex interuallo, munificos æstimabant. *Secundum multitudinem eorum, sic peccauerunt mihi, gloriam eorum in ignominiam commutabo.* Quasi dedita opera impensoque studio contra beneficia mea populus certare proposuit, ut quantò ego fuisset in largiendo affluentior, tantò hic in abutendo appareret insanior: denique, cum ita pignorum successibus eum extulisset ut latissimarum spatia terrarum, progrediens, cultor impleret, hic actus suos tendentibus in contumeliam meam sceleribus, exæquabat. Prorsus ut videretur vereri, ne plura essent populi membra quam scelera. Ergo quia gloriam suam in multitudinem tam facinorum posuere quam militum, ignominia succedente illam mutabo: ut ad extremam videlicet paucitatem, ærumnis consummentibus, perducatur. *Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum subleuabunt*



*Arioli ipsius legis instituta quadam seruabāt.*  
*animas.* Cum exprobratione totum legendum: id est, sacerdotes vel illi qui idolorum erant ministri, & per hoc se Deo immolare dicebant, vel principes cum populis qui studium funesti erroris induerant: inter cætera quæ plectenda faciebant, vsurpabant quoque vocabula ex legis traditione venientia. Nam quomodo circumcisionem ac sabbata seruabant Samariticæ Tribus, quamuis idolis seruentes, ita etiam aliqua instituta legis vsurpasse credendum est ipsos ariolos. Per institutionem igitur beati Moysis, diuersæ oblationum species erant, inter quas, & ista quæ pro peccato offerebatur. Ex qua tamen, adipis certis partibus igne consumptis, reliqua, in cibum sacerdotum, membra cedebant. Et quia his ritibus propiciabatur Deus, pontifices peccata populi, pro quibus orabant, edere, id est, absumere dicebantur: secundum quem modum, arioli, vt variorum delictorum impunitatem, per lucri sui emolumenta promitterent, dicebant, se populi peccata consumere. Hoc ergo per prophetam nunc Deus, sub voce & vultu indignationis, exagitat: ac si diceret, En quæ prodigia, famam non de vllis vnquam pulchris facinoribus sed de solis flagitiis expetentia, reuerendæ legis instituta sub verborum vsurpatione temerarunt, vt promitterent, videlicet circunuento populo, quoniam si per manus eorum hostias obtulissent, statim fierent innocentes & consequerentur indulgentiam peccatorum. Sicque, *subleuabant*, id est, consolabantur & superbire faciebant reorum animas, in quibus nihil sinebāt de compunctione residere. Ergo quia nec magister loqui, nec discipulus audire id quod ad salutem attinet, assueuerunt, sed vtrosque, culpa quæ polluit, exæquauit, meritò eos etiam sententia sequuta componet, vt fructum operum suorum sine fraude suscipiant, & vnā internecionem, sacerdos ac populus patiatur. Possumus autem in hoc loco faciliorem intellectum creare, si personam Iudæ quoque, quem post paululum nominat, inferamus. Vt quoniam & ipsam Tribum, licet minus adhuc ream non tamen omni ex parte purgatam, seria admonitione castigat, illud quoque iam, quod sacerdotes: oblatas pro peccatis hostias, comedūt: intulisse videatur, fiatque sensus eiusmodi. Sed quid mirū, tribus a Dei cultu & timore recedentes atque colendis idolis mancipatas, variis sordere criminibus, cum etiā illa pars populi quæ videtur cerimonias adhuc mysticas cōtinere, simili errore lymphetur, & corrupti sacerdotes peccantibus blandiantur, quod eis, videlicet per oblationem hostiarum quas ipsi deuorant, contingat impunitas? Subleuabant igitur his cōsolationibus, animos quos facinorum consciētia deprimebat: & quod sacerdotes impudentissime pollicebantur, hoc libentissime populus audiebat, ideo & in tempore calamitatis, nulla inter plebem erit sacerdotēsque discretio, sed qui vixerunt promiscuè, viliter etiam interibunt. *Visitabo super eum vias eius & cogitationes eius reddam ei. Comedent, & non saturabuntur: fornicati sunt, & non cessauerunt.* Cū, inquit, ceperit se exercere vltionis cēsura, hæ mensuræ dolorū, quas ipsi in peccatis fecerāt, implebūtur, vt experiantur in suppliciis, quod in desideriis perpetrarūt, fornicati sunt quippe, vel obscenitates vel prophanitates sequendo

sequendo, nec eos vsurpatæ puduit sceditatis, vt qui de prima statione deciderant saltem de secundis remediis cogitarent, & quod nō decuerat cōtigisse, vel frequentare desinerent. Sicque imitaretur abstinentiam erroris admota cessatio. Sed cum fornicati essent, non cessauerūt: Ergo quod exercuerunt in viciis, experiantur in pœnis vt comedant & non faturentur, impleantur videlicet afflictionibus, sed ita eas haurire non cessent vt esuriam quandam ferre videantur. Neque enim cum fornicationem audis, vsurpationem modicam, corporalis illius voluptatis existimes, sed sacri, inquit, scederis pacta violantes, omnipotentem dominum in cuius consortium adscitifueraut, reliquerunt: Et ideo intelligentiæ luce priuati sunt, non considerantes post quæ religionis insignia ad quales essent fortes rituum deuoluti, quæ profecto opinionum stultitia, nequaquam in animos irreperet, nisi eam temulentia conciliaret & crapula: atque ideo dicentes se esse sapientes stulti facti sunt, adeo vt prophetarum munus à lignis aridis postularēt, & quæ essent futura vnicuique, baculus indicaret: Quam prophanitatis speciem Græci rādomantias appellant. Spiritus ergo prophanitatis, quem fornicationem vocāt, decepit eos vt discederent à Deo vero, & multis, variisque dæmonibus, in ore sane & fronte adulterantiū, miscerentur. *Super capita montium sacrificabant, & super colles,* accendebant thymiama subtus quercum & populum & therebintum, quia bona erat umbra eius: non vno inquit, modo errasse contenti qui diuina instituta contempserunt, commēta anilia sectabantur, vt non solum baculis in fraudem aliquam leuigatis, sed iam colliculis paulo eminentioribus, aut umbris arborum paulo densioribus mouerentur, & crederent illic diuinitatis esse plurimum vbi aliquid amœnitatis vidissent. Sacrificabant itaque in verticibus montium, quod historia frequēter accusat cum dicit de regibus, fecit hoc aut illud, veruntamen excelsa non abstulit, sed adhuc immolabat populus in excelsis: hīc autē adicit quod & subtus quercum & populum adoleret incensum, causamque admirationis exponens, subdidit, *Quia bona erat umbra eius,* Repudiantes lucis & luminis conditorem, vere quasi filii tenebrarum, nemoris capiebantur umbraculis: Audiamus ergo quid pœnarum amentia ista mereatur. *Ideo fornicabuntur filia vestra, & sponsa vestra adultera erunt. Non visitabo super filias vestras, cum fuerint fornicatae, & super sponas vestras cum adulterauerint.* Commisitistis, inquit, turpia, nec ab opere destitistis, vt si non eos quos innocentes vel eos saltem quos rei solent, sentiretis affectus, id est, vt honesti violatores puderet admissi, sed in operibus noxiis confirmastis audaciam, eò vsque sectantes quæ erant probrosa, vt stipitum saxorumque umbras præferretis elementorum omnium creatori. Hanc igitur impietatem, calamitatis vltimæ dispungat illatio, ita vt miro genere vindictæ, ad culparum similitudinem, pœna formetur: eoque sit acerbior quod non fuerit experta censura: libidini siquidem vincuntium, sponsæ vestræ ac filia subiacebunt: nec apud aliquos Iudices, istam ignominiam, vel mariti arguent vel parentes: Cæterum totum flagitium consumetur in dedecus, vt de eo supersit nihil ad reatum. Quasi acute, ergo, negata

flagitij obiurgatione, conclusit nihil esse acerbius quàm sub cōditione feruitutis eiusmodi constituisse, in qua, EXTREMA NECESSITVDINVM FLAGICIA VIDERE PERGAS, ACCVSARE NON AVDEAS. Ergo, cū hoc esse miseriatum vltimum pr̄uidisset, quippe quod, nisi captiuitas non posset inferre, statim causam tantæ commotionis, pr̄missorum repetitione subiecit. *Quoniam ipsi cum meretricibus versabantur, & cum effeminatis sacrificabant, & populus non intelligens vapulabit.* Nesciunt, inquit, quantum dolorem de peruerfitate eius quæ in consortio meo quondam egit, experiar, ideo in necessitudinum suarum dedecore, magnitudinem criminum priorum recognoscant: vt qui effœminatos & prostibula, à quibus cultum dæmonum acceperant, subsequuti sunt, abutentibus se, obscœnis hostibus distrahuntur, voluntariæ stultitiæ fructus in contumeliis, quas tyranni victores intulerint, sentientes.

## RVFFINI AQVILEIENSIS PRESBYTERI, COMMENTARIORVM IN OSEAM PROPHETAM, LIBER 2.

Osea  
cap. 4.



*Sicut vacca lasciuens declinauit israel: nunc pascet eos Dominus quasi agnum in latitudine.* Quamuis vniuersas tribus, idolorū cultibus forduisse, vaticinii ipsius censura demonstrat, tamen deteriorem israelis statum denunciat, & qui damnationis magis quàm correctionis capax esse videatur: non solum enim profanitatis audaciam intra fines proprios morēsque continuit, sed contaminationem quoque fratris, quasi lucrum aliquod expetiuit. Hoc siquidem, ad crimina sollicitatis, studium propheta conuincit, cū denunciat israeli, vt non delinquat saltē Iuda, neque enim cura fraternæ cōmiserationis ei fuerat imposita, qui vt sit diligēs admonetur, sed per istam pr̄cepti speciem, etiam illud crimen exagitat. Quod similiorem sibi maluerit Iudam reddere, quàm vt ipse de emendatione quippiam cogitaret, fitque sensus eiusmodi: O tu israel, qui principem erroris secutus, id est, Ieroboam, à germani tui, videlicet Iudæ, consortio recessisti, non ob aliud quàm ne tibi per honorem templi & sacrorū dierum celebritatem, respirandi atque ad meliora redeundi, esset occasio, si non generis vel criminis tui pactiōnem tuere, & qui noluisti laudabilem seruare concordiam, susceptam semel discissionem teneto, neque in professionem repudiata germanitatis, astu correptoris irrepas, sed propria saltem lue contentus, patere innocentium manere consortis, & inuitare cessa ad eum statum, in quem, tu, venisse deslebis. Nunc enim maiorem in modum imprudentia grassatur, si quorum elegisti remedii timore dissidium, cum iisdem in eas sacrilegii amore collegium. Illum saltem tibi affectum ferua qui peccantibus consuevit innasci, vt te videlicet pudeat, defor-

deformis admissi. Cur a te scilicet tenue solamen excludis vt videre deceptus? nam reatum non euadet ascensio; tamen esse aliquid distinctionis inter incautos & procaces indicat quod alios audacia reddat exosos, alios formido miserandos. Tu autem, cū nullum pateris tuæ fœditatis immunem quid aliud quàm non errore, sed spontaneo detestabili que iudicio, te esse nocentissimum, confiteris? *Si fornicaris, tu israel, non delinquat saltem Iuda.* Cur inquam, istum prioribus iungis errorem, vt minore te dolore periturum, si cum pluribus quàm si cum paucis pereas, arbitreris? Cur prodigus propriorum bonorum, etiam fratris iura contaminas? *Quid vno tumulo genus omne vis inuolui?* Patere superesse aliquam tui sanguinis portionem cuius adiuueris suffragio, reformeris exemplo. *Si fornicaris tu israel, non delinquat saltem Iuda: nolite ingredi in Galgala, & ne ascenderitis in Bethauen, neque iuraueritis, Vniuit dominus.* Quomodo israeli, ne Iudas delinqueret, imperasset, per subiecta patefecit, prohibendo ne in Galgala & Bethauen, quæ loca erant tribui Iudæ iuncta, studio permiscendæ religionis ascenderunt, & iurarent *Vniuit dominus:* quod ita intelligendum, vt quia in iisdem locis sicut in Samaria vitulos consecrauerat, & ipsis etiam veri Dei nomen adscriperant, perque eorumdem nomen numenque iurarent, ideo nunc pr̄cipit vt quoniã ex vicinitate Iudæ, illò populi confluebant, ad Bethauē videlicet atque Galgala, isti illuc ascendere facebant & iurare, *Vniuit dominus,* id est, in illis locis consensu populi consecratis ne Iudas hac familiaritate verborum deceptus, ipse quoque vitulos, primò non horrere, dehinc incipiat & iurare. Videtur autem & illud ostendere quod populi confundebat impietas, vt qui videlicet vitulis seruebant, etiam per verum dominum quem Iudas colebat, in quibuscunque negociis adiurarent, & obtestationes suas, illius appellatione, contringerent, quasi optimum iudicando, vtramque appellationem æquo honore venerari, vt hoc colere, etiam illis qui in fide manserant, persuaderent, & cultum suscipere vitulorū, religionis, inquam, prioris manente reuerentia: sicque deuotionis non tam mutatio quàm quædam facta videretur adiectio. Hoc autem contra legis pr̄cepta susceptum, sine dubio cumulata prophanitate miseros polluebat. Nolite itaque loca ista quæ celeberrima sacrilegis ritibus effecistis, eo studio frequentare vt etiam Iudæ pectora vestro crimine venenentur. Respiciat enim Iudas, si adhuc non totus emarcuit, qui status comprehenderit israellem, & tunc, quid etiam sibi, nisi cauerit, impendat, recognoscet. *Quoniam sicut vacca lasciuens declinauit israel, nunc pascet eos dominus, quasi agnum, in latitudine.* Apte prorsus a vacca similitudo suscepta est, vt peccati ipsius species & tumor peccantium, & mugitus pereuntium signaretur. In cultu, inquit, vitulorum, iugo meæ legis excusso, israelis deliquit audacia, & a virtutis semitis declinauit credens se opimis bonis suis interpolatione fruiturum: sed impios tãta votorum frustratio consecuta est, vt ad agni exiguitatem, de taurina quasi mole, descenderint. Sic rota gens quæ confidebat in viribus, gloriam suam ignominia sequente vidit mutatam, & sub pastoris baculo cōstitutam, tanta, quãta solet agnus, facilitate cōpesci. Neque hoc tamē solū, sed sicut agnus inua-

fla loca perductus, & imbecillus, & solus, tam matris, quam gregis solatio destitutus, metuit quicquid aspexerit, quicquid audierit: ita etiam gēs subiecta hostibus truculentis, per solitudinem cogetur incedere, quam tamen non vsquequaque providentia diuina destituit, propter quod dicit, *Nūc pascet eos Deus*, sed ut impositæ calamitatis magisterio intelligat atque fateatur, nec cōtemptibilia fuisse sacræ legis præcepta, nec sua vel impunita crimina vel desideria fructuosa subiungit. *Particeps idolorū Effraim: dimitte eum: separatim est conuiuium eorum, fornicatione fornicati sunt, dilexerunt afferre ignominiam protectores eius, ligauit eum spiritus in alis suis, & cōfundetur à sacrificiis suis.* Postquam Israel ē de desolatione propheticus sermo conuenit, eique finē quia non fuerat dictis eius audiens, nūciauit, consequenter moniturus, conuertit se ad Iudam. Ne enim videretur Israeli intenta cēsura, Iudam reatibus exemisse, qui utique nunquam, nisi volūtario, corrumperetur assensu: ideo ipsum quoque, simili vigore, compellat. Vidisti, inquit, quoniam Effraim a iugo legis meæ, ingrata & infœlicia colla subducens, idolorum particeps esse decreuerit: nullo ergo fœdere tu illi copuleris, sed dimitte eum, & toto, sicut locorum ita studiorum, sine dirimere. Cæterum si ei te vlla societas alligauerit: etiam calamitas, nimirum æqua, corripiet. Vis cōtagionem profanitatis effugere? vallo continuæ separationis ambire, nunquā cum sacrilegis in eas vel publica fœdera, vel priuata conuiuia. Quæ enim societas luci cum tenebris? quis consensus templo Dei, cum idolis? *Fornicatione fornicati sunt.* Et ne hoc putes contigisse errore deceptis, *dilexerunt afferre ignominiam protectores eius, dedito studio, & incēso amore, profanitates sequuntur, nec solum in plebeia parte delinquūt: à proceribus ad imos funerea profanitate sunt peruasi.* Ideo nusquam eorum sensui cœtūque miscere, si te castæ fidei sacramenta delectant. Prouisa est siquidem, ô Tribus Iuda, in adiumentum iudicii tui, talium festiuata damnatio, ne tu vidēs differri exitia reorum, seres etiam incerta meritorum. Adhuc te incolumi, subitus Samariam quasi ventus arripiet, & *cōfundentur à sacrificiis suis*, id est, erubescant & confitebuntur vanitatem spei eorum qui sibi libertatem & securitatem pollicebatur in iis hostiis quas idolis offerebant. Alas autem spiritus, quibus gens illigata discesserit: posuit secundum vulgarem opinionē quæ ventorum imagines, pennis instruere consuevit. Ergo sic ait: Isti qui sacrilegia sequuti sunt, pessundabuntur, & ad exilia diuersa, captiuitatis turbine, perferentur, ut ventorum alis innixi fuisse videantur. Nos autem cū ista legimus, cogitare debemus quam leuiter prophetarum voces vefanus populus æstimaret. Neque enim cū sacerdotes & reges, ac popularis etiā multitudo, in apertum conspirasset errorem, paucis spiritalibus atque pauperibus, aut increpandi aut concionandi facultas aliqua præbebatur, sed sicut alia scriptura testatur, arrepti iuocabantur, & publico erant quasi portenta derisui. Tamē isti, & opū & honorū pariter indigētes, merebātur cū deo inire colloquiū: & quasi ab Aetheris folio, instratas humique coherentes animas, proferre sentētiā. *Audite hoc*, inquit, *sacerdotes, & attēdite, domus Israel & domus regis auscultate, quia vobis iudicium est.* Vniuersa nēpe, ad sacrilegia

al de solutione.

Sacrilegii societas fugienda.

Propheta pauci & pauperes.

osea cap. 5.

gia vaditis, nec aliquod in peccādo discrimē, quale habebatis in ordinibus præstitistis. Nunc ergo vel sacerdotali vel regali dignitate sublimes, & tota Israelis turba, quoniam iam impendit exitium, conuenit ut intelligatis, vos non pro viribus sed pro æquitate iudicis disperire. Duas siquidem res, quæ viderentur esse contrarię, perpetrastis, ut fieretis videlicet, *laqueus & rete*. Sed ita in montis vertice ac si in loco speculæ eminentis extentum: hostias verò quas cælorum præfuli deceret offerri, & quasi vehēte fumo ad superna portari. Has, vos, ordine commutato, in profundo mersistis. Illud autem est quod in sacerdotibus & regibus accuso, quia cū eum locum essent in gente sortiti ut agerent non minus honestate ac religione quam potestate ac dignitate reuerendi, atque ad id quod rectum erat, tam sermone quam exemplo debuerint subditos incitare, illi contra, vel conciliationem criminibus præbuere, vel formam: idque solum de fastigio prioris retinentes, ut procul quæ fecerant apparerent. Laqueos & retia tenderunt quibus infœlix turba caperetur, eadēque perueritate, *sacrificia*, inquit, *in profundum*, id est, quasi ad inferna, *vertistis*. Quidue, cū ea, aut demonibus mactaretis aut manibus? Quia ergo peccādi amore, agendi ordinem confudistis, ita ut quidam in vobis ambitus appareret, discernēdi ignorantia, quid sequatur, accipite. *Ego eruditor ero omnium vestrum, ut docente vltione discatis, quod sprete eruditione nescistis.* *Ego scio Effraim, & Israel non est absconditus à me, quia nunc fornicatus est Effraim, contaminatus est Israel: non dabunt cogitationes suas ut reuertantur ad Dominum Deum suum, quia spiritus fornicationis in medio eorum, & Dominum non cognouerunt.* Quanta inquit obstinatione deliquerit Israel nemo magis nouit quā ego qui peccatorū interiora conspicio. Neque est viscerum vlla pars quæ meum suffugere possit obtutum. Totum eum ergo diligenter inspiciens, cognoui quia nunc sit penitus fornicatus, penitusque pollutus. quod, ne in excusatione præteritorum peccatorum dictum putares, quid tali affirmatu indicatum veller, subiecto statim sermone patefecit: Ait enim. *Non dabunt cogitationes suas ut reuertantur ad Dominum Deum suum, quia spiritus fornicationis in medio eorum est, & Deum non cognouerunt.* Ergo, post susceptionem peccati, dissimulata compunctio, & recepta in pectus, non solum vsurpatio criminis, verum etiam emendationis obliuio, ita præcedentibus erroribus antefertur, ut hæc sola iniquitas vel prima vel maxima censeatur. *Non dabunt*, inquit, *cogitationes suas ut reuertantur ad Dominum Deum suum, quia spiritus fornicationis in medio eorum.* Causam, cur nihil de emendatione cogitarent, hanc esse monstrauit, quod immundus spiritus ipse demon, vel sacrilegiorum amor, in eorum medio versaretur. Si enim ex interuallo delinquerent, appropriare eis immundus spiritus crederetur: Nūc autem cū omne vitæ tempus, sceleribus impendant, rite sacrilegiorum author nequaquam vicinus eorum dicitur esse, sed medius. Illo ergo, peccatoribus eorum insidente, de emendatione nihil cogitant, & ideo subditur exitiis. *Respondebit*, inquit, *arrogantia Israel in facie eius, et Israel, et Effraim dius. ruerit in iniquitate sua, ruet etiam Iudas cum eis.* Ad similitudinem ruralium la-

Reges & sacerdotes non minus religione quam potestate reuerendi.

Demon quibus vicinus dicitur vel medius.

horioforum, quibus sepe respondet vbertas, & hos, ait, mercedem studiorum protinus recepturos. Digne, inquit, respondebit industria, id est, vt sub calamitatibus erubescant qui plurimum sibi de criminibus arrogabant. *In gregibus suis & in armentis suis vadent ad quarendum dominum, & non inuenient: Ablatus est ab eis, In Domino prauaricati sunt quoniam filios alienos genuerunt, tunc deuorauit eos messis cum partibus suis.* Cùm dixisset supra, iudicantis conuenire iusticiæ, vt qui sceleribus se dedissent, stipendia quoque digna perferrent, Israël iocauit & Iudam, quem, licet paulò serius, in similem tamen reatum nouerat esse venturum. Postquàm verò iustitiam commendauit examinis, ad temporum distinctionem reuertitur, & Israël facta persequitur, quem protinus sciebat esse periturum. Et primùm quidem, cùm dixisset Iudam quoque Israël in calamitate miscendum, subiicit, quod ad Iudam magis respiceret qui sacratum Deo Templum tenebat. Nam licet pollueretur idolis, tamen & iam hostias offerebat Deo: Cùmque parùm studeret moribus corrigendis, aduersitium se arbitrabatur, de assidua immolatione, subsidium. Ergo, *in gregibus, inquit, & in armentis suis vadent ad quarendum Dominum, & non inuenient, ablati sunt ab eis.* Vadent, autem, posuit pro, *ibant* per præteriti siquidem temporis declinationem, inuectio tota detexitur. Superstitionis proinde magis quàm religionis calle gradientes (sic enim hostiarum censetur oblatio) si eis defuerit cura virtutum, non potuerunt inuenire Deum illum ad quem nemo nisi plenæ deuotionis calle deducitur. *Ablatus est ab eis, non quod Deus potuerit auferri, sed quod ita nusquam eis occurreret eius auxilium, ac si ab eis funditus videretur ablati.* Postea vero ad Effraim, id est, Samaritas vocem retorquens, aliam speciem præuaricationis exagitat, quæ tamē vultus commissæ impietatis ostendit: *Quod ita, videlicet, legis statuta contempserint, vt prophanis gentibus etiam per cõnubia miscerentur, studentes profus, atque properantes, vt generis sui nomē exuerent, & quiduis aliud, quàm Dei populus, vocarentur. In Domino prauaricati sunt, quia filios alienos genuerunt.* Tantum, inquit, odium mei nominis, concepere, vt à minis eripi se posse vel à molestiis exui crederent, si in numerum aliarum gentium, eorum soboles migrauisset. Quamobrem, nunc deuorabit eos messis cum partibus suis: vicinam & impendentem calamitatem nomine messis ostendit. In quo, tam germina quàm fructus, vno pollicetur gladio demittēdos. *Clangite buccina, in Gabaa, & tuba, in rama, ululate in Bethauen: post tergum Benjamin, Effraim in desolatione erit.* Quia pronunciauerat illos breui tempore consumendos, pondusque sententiæ in effectum absque vlla dilatione gradientis, nouerat: quasi iam rebus impletis, per eas vrbes quæ frequentissimæ erant, Tubis clangentibus & refonis planctibus iussit iudicari quod totum Effraim vastitas occuparet. Omnia autem, quæ dixit loca, id est Tergum Benjamin quæ tribus fuit Iudæ regione contermina: Gabaa & Rama & Bethauen, Iudæ finibus vicina fuisse colligimus. Cùm igitur istorum calamitas quæ præcessit illos sollicitos debuerit facere, ipso, nimirum, timoris exemplo, non solum nihil ad emendationem

dationem promouit, sed etiam delinquendi præbuit incrementa: Hoc itaque vehementer exprobrat, & dicit, per id apparuisse peiores, per quod fieri debuerant vel pro ipsa humanitate meliores. *Facti sunt enim principes Iuda quasi assumentes terminum, super eos effundam quasi aquam iram meam.* Id est, tempore captiuitatis Assyriæ, quæ tribus decem, de finibus suis pepulit, Iudæ principes, quos fraterna calamitate in fletum oportuerat commoueri, ac decorem morum sedulo cogitare, ne & ipsi, videlicet in similes ærúnas laberentur: non solum nihil formidinis compunctionisue senserunt, sed parricidalem etiam animum publicarunt, addita sibi, videlicet, spatia terrarum, expulso fratre, gaudentes. in die ergo desolationis, id est, in tempore quo Tribus Israeliticæ de suis finibus migrauerunt, ostendit fidem, subaudis, Iudæ: cuius latens votum, detexit occasio. Atque ita in Leui habuit discrimina germanorum, vt ea sibi etiam commoda fuisse loqueretur, quod sanè tanti reatus est, vt coëgerit indignationem vlciscentis augeri: Sequitur enim, *Super eum effundam, quasi aquam, iram meam:* Id est, postquam dixerat, *effundam, aperte subdidit, quasi aquam.* Deterior, inquit, Iuda per exultationis istius crimen apparuit: Et ideo mergetur inundatione pœnarum, quia cùm inter cætera beneficia hoc quoque clementia nostra ei præstiterit, vt timori eius emendationique Effraim impenderetur exitium: ille est eo abusus ad incrementa petulantia, germanique, sibi credidit non exempla prouisa, sed prædia contributa. *Calumniam patiens Effraim, fractus iudicio quoniam capit abire post sordem, Et ego quasi tinea Effraim, & quasi putredo domui iuda. Et vidit Effraim, languorem suum, & Iudas, vinculum suum. Et abiit Effraim ad Assur, & misit ad regem ultorem: & ipse non poterit sanare vos, nec soluere poterit à vobis vinculum, quoniam ego quasi leena Effraim, & quasi catulus leonis domui Iuda. Ego, ego vadam, & capiam, & tollam, & non est qui eruai: Vadens reuertar ad locum meum donec deficiatis, & queratis faciem meam:* Grauius se Deus commendat offensum, quod nihil compunctionis de fraterna datione susceperit, sed remanens Iudas, insultauerit exulanti, lætatus, fines suos, quacumque occasione proferri: Hoc ergo peccatum ita grauius estimauit Deus, vt non ad mortuum se iram promitteret, sed instar aquæ penitus effusurum: Et quia per incrementa pœnarum, nocentior fecerat iudam videri, quippe qui esset, inundante animaduersione, populandus assumptum colorem perrexit excolere. Aitque ita, Iudæ esse grauiorē reatum, vt ei comparatus Israel, videatur calumniam pertulisse. Fitque sensus eiusmodi: Si meritorum ratio, malum captiuitatis exegit, cur Iudas, & gentium moribus inquinatus, & odio fratris infectus, vim distulit vltionis? Sin autem post tot crimina, necdum mereretur expelle, nonne illi qui captus est, per calumniam magis quàm per iustitiam docētis oppressus? *Calumniam patiens Effraim, fractus iudicio.* Quid esset calumniā pati, curauit exponere: id est, iudicis non æquitate sed potestate deprimi. Ad eundem autem sensum respicit quod ait, *Capit abire post sordem.* in superioribus enim & multitudinem & vetustatem peccatorum exprobrauerat Israël: Vbi vero Iudæ crimen agitauit, videlicet, de fratris sui captiuitate, lucrum querentis

Parricidalis est Animus, aliena calamitate distesere.

Calumniā pati quid sit.

& gaudium sentientis, idque censuit aliis præponderare criminibus: Eodem etiam tenore subiecit reliqua, vt diceret, & circumuentum in iudicio fuisse Effraim, & ipsum principia erroris habuisse: Ac si diceret: Tantam crudelitatem, Iudas, animi tui publicasti, vt in sceleribus, pro quibus est dånatus Israël, tu horridior vetustiorque videaris. Vnde & iudicij mei, promeritorum differentia, modus acuetur, vt Effraim, quasi tineam, interpolet, Te verò, quasi inhærens putredo, consumam. Notum est autem quantò minore, ea quæ tineam morder, quam quæ putredo peruadit, exitio cõsumatur. Et vidit Effraim, languorem suum, & Iudas, vinculum suum: id est, cõspicietis & perferetis vterque vindictam quæ vestris studiis destinatur, nec vobis proderit, auxilium à diuersis regibus postulare: sed rebus fatebimini, illos vobis corruptionis exempla solum, non etiam salutis subsidia præstitisse. *Et abiit Effraim ad Assur, & misit ad regem vltorem, & ipse non poterit sanare vos, nec soluere poterit à vobis vinculum, quoniam ego quasi Leena Effraim, & quasi catulus leonis domui Iuda.* Vtrique populo promisit se habitu leonis occurrurum, sed vehemētiam, quam specie nõ fecerat, seruauit in sexu, vt illi se, quasi leenam, huic verò, quasi leonem diceret apparere. Impleuit autem assumptam similitudinem, dicendo. *Ego, ego capiam, & vadam, & tollam, & nõ est qui eruat. Vadens reuertar ad locum meum donec deficiatis, & quaratis faciem meam.* nemo est, inquit, pastorum qui peruasam à me prædam aufit eruere: sed despiciens rusticorum tumultum, exeram vires, donec indignationis meæ efuries expleatur. *Reuertar autem ad locum meum* pro cubili posuit, ad quod leo non territus recipere se consuevit. Erit autem istud donec vos ærumnis doloribusque lassati, *meam* inquit, *faciem requiratis:* quod sane extra regulam susceptæ de leone imaginis ex negotij veritate constat illatum. Cæterum, quantum ad comparationem respicit, quis eam faciem visere lassus optaret, cui nec validus potuisset obsistere? Itaque cum assumptam indignationem expressisset, per famem leonis, iam de personæ suæ maiestate subiecit, se ad liberandum non esse venturum nisi vultum eius proficiens ipso attritu populus concupisset, & ab eo solo cæpisset postulare remediũ à quo supplicium sensisset illatum. *In tribulatione sua mane consurgunt ad me. Venite & reuertamur ad Dominum, quia ipse capit, & sanabit nos, percutiet & curabit nos: viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius, & sciemus, sequemurque vt cognoscamus dominum. Quasi diluculum præparatus est egressus eius, & veniet quasi imber nobis temporaneus & serotinus terræ.* Dixerat quod instar leonis ad venationem progressi, in profanum populũ defæuisset, munus videlicet exercens vltionis, quæ postquã incitata cæpisset impios arterere, nõ prius a pœnatum illatione cessaret, quam illi ad quæredum dominum, toto deinceps precum ambitu se contulissent. Sed quoniam magna est in ipsa supplicandi professione, discretio, & offerunt alteram, solo terrore percussam, alteram verò, cum metu, etiam ratione correctam, quæ in vtraque momenti sit, curauit exprimere, vt quamuis vna facies appareret ambarum, tamen intelligeremus quòd diuersis radicibus niterentur: illa videlicet, solummodo, perturbationis, ista, etiam de cõrectione, virtutis.

*Deo, in aduersis, supplicandi ratio duplex.*

tutis. Quia ergo dixerat, quod nequaquam ad iuuandum prodiret, nisi ad quæstionem vultus eius, succumbens castigationi gens illa, se conuerteret, pergit necessario quam supplicationem præstolaretur, exponere, & illius, primò, verba sub irrisione percurrit, quam pro sui leuitate ostendit reprobadam, id est, quæ solis vocibus adulatur, cum rerum agitur destituta ponderibus, cuius habitum & genus, etiam sacrum carmen accusat. Cum occideret eos, inquit, quærebant eum, & conuertebatur ante lucem, & veniebat ad eum: Cor autem ipsorum non erat rectum. *In tribulatione sua mane consurgunt ad me, Venite & reuertamur ad dominum quia ipse capit & sanabit nos, percutiet & curabit nos. Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius, sciemus sequemurque vt cognoscamus dominum, quasi diluculum præparatus est egressus eius, & veniet quasi imber nobis temporaneus & serotinus terræ.* Cum me, inquit, quætere cæperitis, non ista, quam gestatis in labiis, oratione placabor, nec si potentiam meam simul clementiamque laudatis, dicentes quòd tam sim ad ignoscendum paratus vt præueniam vota beneficiis, nec manere quam intuli plagam per spatia bidui, sinam, sed tertia die, viuificaturus adueniam. *Et viuemus in conspectu eius,* quam dederit, vitæ sceleritate potientes. Sciamus atque scrutemur eum qui noctes angorum dolorumque nostrorum, quasi matutinum lumen, expellat, & tribuedis copiis illabatur instar imbris tempestiui & serotini. Ista, inquam, quæ sine emendatione morum formaliter soletis cantare, despiciam. At, quæ referam, contuemini. *Quid faciam tibi Effraim? quid faciam tibi Iuda? Misericordia vestra,* quam præmissis videlicet cantilenis, à me, vobis affore dicebatis, vt vestris vtar imaginibus, *matutinae nubis instar,* euanuit, & quasi crepuscularis humor, sole veniente est siccatus: id est, ita illud quod tibi parcere consueueram, vapore nostræ indignationis absumitur, vt desit vnde malorum refrigerium consequaris: Neque id accidit ideo quod mea sit, sed quod tua non sit mutata sententia. Ego enim iustitiæ & clementiæ pariter iura custodiens, nolueram punire quos terrui. Vos autem, nec plagarum denunciatione commoti, in effectu coegistis abire terrores. *Propter hæc dolavi in prophetis, occidi eos in verbis oris mei, & iudicia tua quasi lux egredientur.* id est, ad moui prophetalium cõminationum secures, & cum tantis cumulis, mala inferenda descripsi, vt rei quique ipso facile consterneretur auditu: sed quoniam imprudentiam tuam coercere nequiuisset elaborata maxime terroris ambitio: necesse est inuehi, quæ non profuit inthimari. Ideo *iudicia tua quasi lux egredientur,* vt nemo iam quid merearis ignoret, nec deformitas tua, sub aliqua religionis specie quã in offerendis habuisti sacrificiis, delitescat: cæterum, rerum exitu pendente, colluceat, me bonas affectiones magis quam hostias opulentas expetisse: illumque mihi acceptum fuisse qui iuuando per misericordiam proximo, magis quam imbuendo per sacrificium altari, sedulus extitisset, & scientia Dei, præceptum eius, vniuersis sacrificiis prætulisset. Tu ergo, qui hæc didicisse contemnens, nihil de moribus, nihil de virtutibus cogitasti, sed me, quem diuturnis actibus asperabas, laudum & hostiarum muneribus placare posse arbitratus es, rerum saltem periculis, cuius sim grauitatis intellige,

*osea cap. 6*

Misericordia, quam laudabas immeritus, quasi nubes matutina præterit, iudicia vero, quibus conuictus addiceris, quasi dies adulta lucebunt: *Ipsi autem sicut Adam transgressi pactum, præuaricati sunt in me. Instituto ordine sermonis ingreditur, ut postquam supplicia comminatus fuerit, materiam eorum, id est, culpas quibus est excitata offensio, subiungat. Vnde & hic, postquam claram fore ultionem promisit, quo reatu obligarentur, adiecit, Cuius ut pondus exponeret, antiqui recordatus est exempli. Vbi sane notanda est elocutio prophetæ, multis eiusmodi locis, explanationis lumen adportans. Ait enim, Sicut Adam transgressi sunt pactum: Vbi præuaricati sunt in me. Non utique quod isti in Paradiso præuaricationem admisisse videantur, sed quoniam dixerat, Ita illos, sicut Adam, præceptum fuisse transgressos, subdidit, eos ibi peccauisse in eadem nimirum similitudine delinquendum, quod tamen sagacem intellectum requirit. Adam quippe, & si violator fuit præcepti, nullis tamen legitur idolis supplicasse, nec aliquod eorum criminum, de quibus Israel arguitur perpetrasse. Vnde ergo illi primo homini degens in summis sceleribus populus comparatur? Haud ob aliud profecto quam quod & si non eque sacrilegi, eque tamen docentur ingrati. Nam sicut Adam, qui in Paradisum, ut in laboratis copiis uteretur fuerat inductus, nulla angoris materia, nulla conuestione exorta, seductoris maluit quam creatoris implere mandatum, plusque apud eum valuit blanda, de falsitate, promissio, quam tot muneribus, tot miraculis, creatoris stipata præscriptio. Quæ usum videlicet omnium sub vnus pomi exceptione contulerat, statimque temerato præcepti, experimentum cepit exilij, & summam fœlicitatem, pene vltima captiuitate, mutauit: Ita ut peccatum eius, arua deinceps fertilitatem suam negando castigarent: iuxta hunc modum populus Effraim qui terræ copiis, quasi Paradisi amœnitate, fruebatur: nullam offensionis materiam, id est, nihil quod de Dei indulgentia & liberalitate quæreretur, inueniens, quasi solo virtutum odio laboraret, errores prætulit veritati, & ad cultum idolorum, spreta, quæ salutaris erat religione, defecit. In eandem igitur culpam cecidisse dicuntur, cum eo cuius conditionem videntur imitati, & magna ingratarum gentium percelluntur inuidia, qui nullius authorem muneris, tantumque ad evertendum peritum, opifici suo largèque conferenti bona omnia, prætulerunt.*

*In vulgata Editione, hæc verba in domo Israel, non in gentur superioribus, ut hoc loco sed in sequentiur.*

**G**alaad ciuitas operantium idolum, supplantata sanguine, et quasi fauces virorum latronum, particeps sacerdotum, in via interficientium pergentes de Sichem, quia scelus operati sunt in domo Israel. Quia, ut sæpe diximus, non vnã quamcumque personam, sed populum coarguit, tum generali oratione, quæ sunt acta, percurrat, tum in quibus singulæ vrbes, reliquis quasi amplius, commiserat. Quamuis ergo tota ipsa regio cultu horreret idolorum, tamen erant sine dubio certa loca, quæ eo plus sacrilegij collegerant, quo plus, vel de opportunitatibus commerciorum vel de multitudine incolarum, celebritatis habuissent. Ex his ergo, & galaad & Sichem vrbes insignes profanitatibus, introducit. Galaad, inquit, præcipua

præcipua ciuitas eorum qui idola fabricantur, haud minus crudelitatis studiis quam profanitatis exultat. Nam quasi fauces latronum, ita eius municipes sanguini inhiant innocentum. Nam sacerdotum suorum, id est Aruspicum suasionibus seruietes, si quis ad templum Dei voluisset, ascendere, hunc illi aggrediebantur in itinere à templo Dei auerentes & ad societatem erroris proprii pertrahentes, at si parum suadendo promouerent, etiam cædibus rem gerebant, Propter quod dicit, *Particeps sacerdotum in via interficientium pergentes de Sichem, quia scelus operati sunt.* Primo videlicet ipsi, in sacrilegia corruendo, tum quod propria non dent, prolapsione contenti sed alios quoque in similem ruinam, vel suadendo deducerent vel cogendo. Quod scelus merito pronunciatum tantum videlicet studium impietatis habuisse, ut etiam inuitis & reluctantibus niterentur infundere. *In domo Israel vidi horrendum negocium, ibi fornicationes. Effraim contaminatus est Israel.* Ut totam regionem doceat fuisse profanatam loca etiam diuersa commemorat, & sicut supra, Galaaditas, latrocinantium more, ait viatoribus insiluisse ut eos à recto calle diducerent, ita nunc horrendum negotium in domo Israelis, vel in Samaria vel in tota regione, vidisse se pronunciat, id est, totum populum Effraim, absque exceptione, sacrilegiis maculari. Quibus quoniam criminibus sæpe iam dixerat impendere supplicia, nunc sola meritorum enumeratione contentus transit ad Iudam, eumque commonens ut sciat seueritatem iudicis non posse corrumpi, sed se quoque, nisi corrigi festinauerit similibus calamitatum stipendia recepturum. *Sed Iuda pone messem tibi cum conuertero captiuitatem populi mei.* Noli æstimare, O tribus Iuda, fore te damnationis immunem, quia in tuis finibus, eunte in captiuitatem Israelis populo, subsistit. Præuenerat te siquidem ille in iniquitatibus, fuit consequens ut in miseriis præueniret. Sed tu, quem comitaris in flagitiis etiam calamitatibus consequere, hoc tamen deterior æstimandus, quia nihil tibi profuit quod prior est ille damnatus. *Pone ergo messem tibi cum conuertero populi mei captiuitatem.* Vide, inquit, ne dubites, quoniam cum tempus debitæ ultionis aduenerit, captiuitas quam nunc populus meus, id est, germani tui, pronunciante iustitia pertulerunt, conuertatur ad te, ut etiam tu similiter demeraris, quia sicut in lachrymis pœnitentiæ seminantes, reueunt in gaudiorum manipulos, ita qui gaudia polluta sectantur, messem dolorum & planctum congregabunt. *Cum sanare vellem Israel, reuelata est iniquitas Effraim & Samariæ malitia qua operati sunt mendacium. & fur ingressus est spolians, larrunculus foris.* Sedulo curat ostendere quam sit promptus ad veniam, Et quia velut inuitus personam vindicantis assumat, si iustitia sineret, multo magis multo que iocundius partibus lenitatis vsurus. Cum igitur quasi impetum indulgentia concepissem, inquit, & ad succurrendum miseris meditarer assurgere, conuersti paululum oculos ut quos liberaturus eram viderem, Et ecce, in faciem meam iniquitatum quas Effraim commiserat,

agnē in filiuit, Quodammodo vociferantium, quia nemo talibus parsum iret quā cū labe iustitiæ, quādoquidē tanto essent odio veritatis imbuti, vt impenso semper studio mendacia funesta construerent. *Cum sanare vellem Israel, inquit, reuelata est iniquitas Effraim & malicia Samariæ quia operati sunt mendacium.* Preter vicia autem diuersa morum, sacrilegium in nomine mendacij, sicut supra obscœnitatis, exagitat. Commentati sunt enim quos venerantur deos qui verum deum colere destiterunt, Sicque mendacium deteguntur operati, qui simulachris diuinum nomen adscripserunt. Vnde & magister gentium, tradidit illos deus, inquit, in desideria cordis eorū in immunditiam, vt afficiāt corpora sua in semetipsis qui commutauerint veritatem dei in mendacium, & coluerunt & seruiuerunt creaturæ potius quam creatori qui est benedictus in secula, Amen. Absoluit ergo deliberationem meam qua parcere cogitabam; commissi ab eis facinoris magnitudo, Et, in contumeliam sacræ veritatis mendacia fabricatos, non permisit effugere. Inde in omnia penetralia eorū, scitus populator intrauit cum securitate victoris, & cum diligentia furentis ingrediens, vt de his videlicet quæ diripienda erant, nec per negligentiam quicquam relinqueret, nec per abundantiam fastidiret. Furis ergo & latrunculi intus, foris que vastantis, & similitudinem vsurpauit & nomen, vt ei comparatum hostem non trepidum intelligeres, sed velocem. *Et ne forte dicant in cordibus suis, omnem maliciam eorum, me recordatum.* Interpositus est hic versus pro commendatione modestiæ †. Cæterum ad sequentem sunt præmissæ contextum: Id est *Fur ingressus est spolians, latrunculus foris. Nunc circūderunt eos adinventiones suæ, coram facie meâ factæ sunt: Et ne forte dicant in cordibus suis omnem maliciam eorum me recordatum* vel partem aliquam commissæ profanitatis exponam, vt minora longè intelligant supplicia esse quam merita. Circūderunt eos, hostes, & potiti eorum, iure victoriæ, ita diligenter omnia perscrutati sunt, quasi aut in penetralia domorum fures, aut in agrorum aperta irruissent latrones. *Circūderunt eos adinventiones suæ, quæ coram facie meâ factæ sunt,* sicut supra dixerat, *cum sanare vellem Effraim reuelata est malicia Samariæ.* Secundum quod Beatus Dauid, ex eiusdem populi persona confitetur, *Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, seculum nostrum in illuminationem vultus tui, & omnes dies nostri defecerunt, atque in iratua defecimus. Vestris igitur criminibus estis illigati, vestrarum adinventionum pondera sustinetis, Fabricati estis mendacia Deorum, sed in veritate dolorum. Quæ sint autem quæ reuelata dixerit audiamus. In malicia sua latificauerunt regem, & in mendaciis, suis principes. Omnes adulterantes, quasi clibanus succensus à coquente, quieuit paululum iuitas à commixtione fermenti, donec fermentaretur totum. Dies Regis nostri ceperunt principes furere à vino: extendit manum suam cum illis soribus, quia applicuerunt quasi clibanum cor suum, cum insidiaretur, eis tota nocte, dormiuit coquens eos manè ipse succensus quasi ignis flammam, omnes calefacti sunt quasi clibanus, & demorauerunt iudices suos. Meminit illius festiuitatis*

tatis & temporis cuius ordo in regum historia continetur. Nam cum per stultitiam Roboam, populi fuisset impleta discessio, & decem tribubus præsidere cepisset Ieroboam, dixit, inquit, in corde suo: nunc reuertetur regnum ad domum Dauid si ascenderit populus iste vt faciat sacrificia in domo Domini in Hierusalem. Et excogitato consilio fecit duos vitulos aureos, & dixit eis: Ecce dii tui Israel qui eduxerunt te de terra Aegypti. Posuitque vnum in Bethel & alterum in Dan, & factum est verbum hoc in peccatum: Ibat enim populus ad adorandum vitulum vsque in Dan. Et fecit fana in excelsis, & sacerdotes de extremis populi qui non erant de filiis Leui. Constituitque diem solennem in mense octauo, quintadecima die mensis: in similitudinem solemnitatis quæ celebratur in Iuda. Et ascendens, altare similiter fecit in Bethel vt immolaret vitulis quos fabricatus erat. Constituit in Bethel sacerdotes excelsum quæ fecerat, & ascendit super altare quod instruxerat in Bethel, quintadecima die mensis octauo, quem finxerat de corde suo, & fecit solennitatem filiis Israel. Quia ergo refert regem Ieroboam, suę tantum potentia consulentem, tot miraculis totque seculis commendatum populo veri Dei cultum, leui pepulisse commento, totamque gentem, ita aulicis profanitatibus obsecutam, vt se nihil de obseruantia veritatis habuisse, contentius indicaret, certamē quodam intus adulantium & dominantium impietatem fuisse describit, quique videlicet in criminibus præueniret. Regem igitur quasi rebus suis si ad cultū tēpli populus ascēderet, diffidētem, spreto religionis lætificauerunt Tribus, de cuius animo scrupulum formidinis abstulerunt. *In mendaciis quoque suis, principes:* Id est, vel satellites regios, vel propinquos, mendaciis suis gaudere fecerunt, tantumque feruorem funeris adhibere cōmentis, vt instar clibani, cui flamma subiicitur, viderentur ardere: vel certe vt fermentum solet, in massa quę fermentatur, abscondi, breuique temporis spatio tota coaccessit. Ita vniuersas Tribus vnus viri ad prauitatem vocantis, penetrauit & infecit, iniquitas. Sicque à virtutis professione degeneres, vt occasione impietatis horribiles, illud tempus, dies regis sui, appellare ceperunt, lusibus videlicet & conuiujs celebrandos. Tempus, inquam, quo eis vel vita regis sui, vel securitas contigisset, talē festiuitatē consequēter temulentia comprehendit, vt non solum vulgares quique, sed etiam nobiles, quos gentis principes nuncupat *inciperent furere, à vino.* Ipse autem rex commaculator illius dignitatis, & sacrilegi fabricator erroris, *extendit manum suam cum illis soribus,* professa adulatione illum palpantibus: vt quia illi, corda sua præparauerant vt clibanū qui subiectum impietatis ignesceret, ille, *nocte tota dormiuit coquens eos,* id est, succensum non remouit incendium, sed quasi calcata lignis fornace, securus se permittit sopori, sciens quod per totam noctem, eorum temulentia & profanitas, decoqueret: nec opinio fefellit artificem. Omni enim lumine rationis extincto, inuēti sunt diluculo, ita criminibus æstuantes, vt iudices suos, quos videlicet habuerāt impietatis magistrōs, sine ambiguitate superarēt. *Omnes reges eorū ceciderunt, et*

non est qui clamet in eis ad me. Quid ergo miraris si vniuersi cogantur subire tormenta, cum ita vniuersi scelera perpetraverint, vt non dicam popularium, sed nec nobilium aliquis inuentus sit qui lapsum publicæ impietatis effugeret? *Effraim in populis ipse commisscebatur*: quia supra, gentem præuaricatricem, decursis partibus iudicauerat, populum videlicet obsecutum regibus, ac deinceps principes pariter cum plebibus cecidisse signando, ita vt non esset qui interuenientis munus assumeret: hoc ipsum, sequente versu, cumulate & breuiter indicauit, dicens: *Effraim in populis ipse commisscebatur*. Id est, non vnus aut alter, paucius vel plures de Israelis stirpe venientes nationum erroribus se inferebant: sed Effraim, totus quantus esse poterat, profanis gentibus se miscebat: Ambiebatque, ipsum, quo clarus fuerat, nomen abolere, gentiumque potius appellatione censeret. Quod sane desiderium, cum ei semper in aduersa erumperet, nequaquam fiebat, vel afflictione, correctior: Et ideo, vt imprudentem eum inter extremas miseras adnotaret, imaginem protulit congruentem. *Effraim factus est subcinericius qui non reuersatur, comederunt alieni robur eius, & ipse nesciuit*. Sicut panis exiguus & non pistoris arte confectus, sed quasi tumultuarie ab esuriente compositus, quem subiectum fauillis nõ versari, sed ab vna tantum parte torreti contigerit, altera videlicet cruda remanente ira, cum vires illius frequens percussisset afflictio, inquit, nihilominus in impietatis studiis permanebat, vt simul, & crudus quia indomitus, & exustus appelletur, quia tabe se gemebat afflictum. Tenuit autem metaphoram, vt quia stultum attritumque populum, subcinericio pani qui non reuersatur, aptauerat, vastatores etiam eius, voratores vocaret. Ait enim. *Comederunt alieni robur eius, & ipse nesciuit*: Id est, discretionem boni & mali quam de virtutis meditatione non habuit, neque de verberibus illatis recepit. Sed nescit omnino qui robur eius absumerent, & perniciem suam mirabili stoliditate dilexit: nec sane, quod est vltimum eruditionis genus, vel post experimenta conspuit, sed in insipientia, quam in prima ætate est complexus, vsque ad cauos eius: id est, vsque ad senectutis tempora perdurauit. Cumulanter, non apparuisse caniciem sed defloruisse & effusam esse, commendat, id est, vt non propialse sed quasi senectutis annos eam impleuisse ostenderet, & tamen ignorantiam prauis aut recti, in parvulis vix excusandam, ad extremum vsque attinuisse. Iam autem & supra adnotauimus, quia infantiam atque adolescentiam populi, illud quo de Aegypto egressus est, tempus, & terram repromissionis occupauit, appelleret. Iuuentutem autem eius mediam, quo in illa regione regnauit: senectutem vero, captiuitatis annos, cuius finem, renouationem propheta nominat. In qua nimirum, instar aquilarum, reparata videatur iuuentute volitare. *Et humiliabitur superbia Israelis in facie eius, nec reuersi sunt ad dominum Deum suum, & non quesuerunt eum in omnibus his. Et factus est Effraim, quasi columba seducta, non habens cor.* Declinationes quidem temporum, propheta licenter immutans, quibus tamen consideratio dictorum, consequentiã possit aptare.

*Israelitici  
populi ad  
lescencia, in  
uentus &  
senectus.*

aptare. Vnde & hic humiliabitur, posuit, pro humiliata est superbia Israelis in facie eius. Id est, etiam sibi, quam deformis esset, apparuit. Qui amittens decora securitatis antiquæ, squalere se vlcibus miseræ seruitutis aspexit, & nec sic quidem, deum quem se offendisse nouerat, requisit. *Factus est Effraim quasi columba seducta non habens cor.* Quod supra, stultitiam vsque ad senectam progressam, vocauit, hoc nunc simplicitatem nominat, fraudibus nimirum patentem seductorum. Nos autem meminisse debemus, omnes similitudines quas de creaturis sermo diuinus consuevit assumere, tam pro vituperatione quam pro laude posse constitui, sicut nunc, columbis vituperabilem stultitiam propheta composuit, quas in Euangelio dominus pro laudabili innocentia nominauit. Estote, inquit, astuti sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. *Factus est Effraim quasi columba seducta non habens cor. Aegyptum inuocabant, ad Assyrios abierunt. Et cum profecti fuerint, expandam super eos rete meum, et quasi volucrem cali detraham eos, cedam eos secundum auditionem cætus eorum.* Cum dei essent auxilio, quem reliquerant, defrituti, & frequentibus iam eruptionibus pulsarentur, sicut regum narrat historia, ab Aegyptiis auxilia postularunt, vt eos, aduersum Assyrios tuerentur. Sed nihil amplius quam nummorum dispendia sentientes, ab illis capti sunt quibus eos subiecerat diuina sententia. Hoc est ergo quod dicit. Quoniam cum Aegyptios inuocarent ad Assyrios abierunt, quia Aegyptiis nihil ad iuuandum valentibus, Assyrii eos ad regiones Mediæ transtulerunt. Et quia columbam appellauerat Effraim, quam etiam cæli volucrem vocat, seruans metaphoram, detracturum se eam, & oporturum rete denunciare: id est, vos quidem imperium meum præuaricando, reliquistis, non tamẽ extra arbitrium meum captiuitatem sistetis, sed imminet vobis, etiã ad alia arua migrantibus, potestatis meæ fixa dominatio, & ideo ne arbitremini vos migratione ista periculis omnibus defunctos. Ecce prædico quod illic quoque vltionis meæ rete patiamini, nec indignationem meã effugere valeatis, nisi ea studia, per quæ suscitata fuerat, corrigatis. *Va eis quoniam recesserunt a me. Vastabuntur quia præuaricati sunt in me, & ego redemi eos, & ipsi loquuti sunt contra me mendacia, non clamaucrunt in corde suo, sed ululabant in cubilibus suis. Super triticum & vinum ruminabant: recesserunt a me, & ego erudiui & confirmaui brachia eorum, & in me cogitauerunt maliciam, reuersi sunt vt essent absque iugo: facti sunt quasi arcus dolosus. Cadent in gladio principes eorum, a furore linguæ. Ista subsannatio eorum in terra Aegypti.* Necesse est, inquit, calamitate eos imprimente, † vexari qui recesserunt a me, & legis meæ statuta transgressi sunt, nec semel istud admisisse contenti, omnibus iudiciorum meorum, quæ ad sanandum illos adhibui, remediis obstiterunt, & quasi donis ac beneficiis redderentur offensi, ita contra meam benevolentiam ingratae mentis scelere certauerunt. Nam sicut iam inde ex Aegypto, ita etiam sæpe aliàs, rerum quoque vocibus, obstrepebant, & cum fuissent de angoribus liberati, veris remediis officia falsa reddebant. Hoc est enim quod ait: *Aduersum me loquebantur mendacia.* Id est, non mihi peccatore, sed summis labiis subdebantur. Quod vt planius indicaret, obiecit,

*Melius  
opprimete.*



Non clamauerunt ad me in corde suo, sed ululabant in cubilibus suis. Vbi enim deest sinceræ mentis affectus, a crapulatis fusa supplicatio, rite ululatio nominatur. Denique consequenter adiunxit. *Super triticum et vinum ruminabant, recesserunt a me:* cum vbertatem videlicet frugum omnium contulisset, ita ut de conuiuio ad conuiuia instaurata transirent, & instar pecudum, quibus est innata ruminatio, isti quos vorauerunt cibos vellaudando vel instaurando quasi nihil scientes, melius retractabant, atque à me qui eram abundantia ipsius collator, iugiter recedebant. *Et ego erudiuie & confortauit brachia eorum, & in me cogitauerunt maliciam.* Cum verò, inquit, tempus fuisset ut in bella procederent, strenui ductoris munus implebam, ut certaminibus firmarentur lacerti, & victoria decus dulce gustarent: illi autem meis aduersum me beneficiis abutentes, pectorum quam collegerant firmitatem, in contemptum legis protinus exercebant, & quia iugum hostilè depulerant, mihi quoque subiici renuebant, illud operum voce, dicentes: labia nostra a nobis sunt, quis noster dominus est? *Facti sunt quasi arcus dolosus:* id est, tantum peruersitatis habuerunt, ut viderentur arcus dolosus, qui videlicet, fraude monstruosa, in ipsam cuius manibus tendebatur, tela dirigeret. Sic isti, inquit, audaciam quam aduersum hostes suos, meo fauore, conceperant, in contemptum nostri contumeliàmque vertebant. *Cadent in gladio principes eorum a furore lingue sue. Ista subsannatio eorum in terra Aegypti.* Quod duobus intelligi potest modis, & ut videlicet, dinumeratis eorum diuersitate criminibus, pronunciauerit esse rectissimum ut principes cum populis interirent, & quæ esset subsannatio in terra Aegypti, id est, quæ contemnebant prophetarum minas, ab Aegyptiis auxilia prestolantes, digno sine cognoscerent, & ideo quasi insultanter, a conuincente, post plagarum dinumerationem videatur illatum, *Ista est subsannatio eorum in terra Aegypti* id est, ruma principum atque populorum. Vel certe quia dixerat, *reuerfi sunt, ut essent absque iugo:* id est, legi Dei colla subduxerant, liberarique ab eis dominatione cupiebant. Non nunc primum id velle ceperunt, ait, sed in Aegypto positi, antequam a Pharaonis liberarentur imperio, & Moyfi & Aaron, impietate simili, resultabant. Corruent igitur in gladio principes eorum qui ita legem Dei, blasphemandi atrocitate, violarunt, ut viderentur non tam errare quam furere. *In gutture tuo sit tuba, quasi Aquila super domum domini, pro eo quod transgressi sunt fœdus meum, & legem meam præuaricati sunt. Me inuocabant: Deus meus cognouimus te, Israel. Proiecit Israel bonum, inimicus persequetur eum.* Etiam in superioribus partibus, notandum esse morem prophetici sermonis, admonui. Qui quotiens graui comminatione sonuisset, vel subdendis illicò indignationis causis, vel proferendis similibus exemplis, iudicia sua, & a fama iniquitatis assereret, & conuenire per cuncta iusticiæ comprobaret: ita ergo & nunc, postquam culpas & calamitates Israeliticæ plebis explicuit, eamque non solum acerbitate, sed etiam vetustate horruisse monstrauit, ne videretur scelerum quidem fuisse conuicta, sed tamen vilius æstimata quam Tribus Iudæ, quæ etsi non tantis, similibus tamè forduisset erroribus: ideo subito eius quoque captiuitatis intulit mentionem quam

ose cap. 8

quam post multos longe annos constabat implendam, & ait, *In gutture tuo sit tuba,* id est, fauces tuæ, tubæ instar exclament, quia *super domum Dei:* templum videlicet Ierosolimis situm, quasi Aquila, ferox prædator adueniat: nõ quod religio loci, & virtus numinis illic apparere soliti, propugnare non posset, sed quia & ipsius vrbs indigenæ transgressi sunt fœdus quod interdum hominesque fuerat percussum: id est, religionis pacta violauerunt, simulachris gentium seruido, fitque sensus eiusmodi. Quanta sit iudicantis grauitas, intellige, nec eam Tribum quæ ceremonias legis aliquandiu, te præuaricante, seruaui, quæ tempore Sennacherib, miraculo maximo est vindicata: quæ altaris & Templi agit conspicua & reuerenda subsidio, nec ipsum, inquam distuli, postquam in tuos mores dilapsa est, precellere. Frigida namque est, & nihil ad defendendum valens nominum sola iactatio, & quæ impudentiam magis quam religionem iudicet confitentis. Id est, quod profanis studiis inquinati, dicere tamen audent, Deus noster libera nos qui te soli in toto orbe cognouimus, & dato à te Israelis nomine gloriamur. Operum quippe apud bonum iudicem grauiora sunt momenta quam vocum: & ideo Israelis populus, qui bonum suum cultum, videlicet sacræ religionis, abiecit, inimicis persequetibus subiacebit. *Ipsi regnauerunt & non ex me. Principes extiterunt, & non cognoui. Argentum suum & aurum suum fecerunt sibi idola ut interirent.* Vetus ista, inquit, erga me populi contumacia infamia est: olim meum regimè abiecere festinauit. Nam quasi parum esset quod sicut reliquæ in circuitu nationes, regibus magis quam sacerdotibus obedire decreuit, ita etiam breui tempore, istam reuerentiã qua à me regem postulauerat, dereliquit, & totus extra dominationem nostram consistere concupiscens, fecit sibi principes quos nec sacerdotum nec prophetarum vel nobilitaret electio, vel benedictio consecraret, sed qui me quasi nesciète, Aule iura susciperent, sicque contextum in criminibus obtinentes, ut immeritissimis quibusque suffragia & diuitias suas impenderent simulachris. *Argentum suum & aurum fecerunt sibi idola ut interirent.* De quibus supra dixerat, *Et argentum multiplicauit & aurum quæ fecerunt Baalim.* Ergo cum essent mea liberalitate ditati, sacrilegè abutebantur indultis, de ornamentis domorum fanorumque ludibria fabricantes. *Argentum, ergo & aurum suum fecerunt sibi idola ut interirent.* Notanda locutio quam sacrorum præcipue librorum frequentat autoritas, vbi principaliter, id quod est consequens, collocatur: Id est, *fecerunt sibi idola ut interirent,* cum nostro studio percudi, simulachra fecerunt, sed quia fecerunt meretur perire. *Victus est vitulus tuus, Samaria: iratus est furor meus in eis, usquequo non poterunt emundari? quia ex Israel et ipse artifex fecit illud, & nõ est Deus.* In cunctis versibus, indignationis plena conquestio. Quod spontanea iniquitate prolapsa, sis, inquit, O gens beneficiis tui conditoris ingrata, aduersitatis potissimum testimonio comprobatur. Esto enim, ut discretionis tuæ acrem, copia rerum ac securitas oblineauerit, putauerisque, diuinitatem bubulis inesse simulachris: id quippe opinari, etiam finitimas nationes, videbas: saltem cum tribus læta mutasti, & victor hostis, illa in quibus fiduciam posueras de-

Reges Prophetarum &amp; sacerdotum benedictione non consecrati.

Melius non.

lubra, vastauit, atque ad arbitrium eius (indignationi tamē meæ, quē tur-  
liqueras, feruentis) vel deiecti sunt vel conflati vituli quos sacraueras, de-  
buiſti opinionis tuæ crimen horrefcere, vt ſentires nihil tibi opis ab ima-  
ginibus mutarum pecudum poſſe conferri, quæ nec ſe, vel a ludibrio, vel ab  
exitio vindicaſſent. Et, vt quæ ſunt acta replicemus, Tu, inquam ô popule,  
cū eſſes conſcius quia illis ſimulachris materiam tu dediſſes, tu contu-  
liſſes effigiem, perque hoc intelligeres, impie te appellare deos qui tuo  
beneficio ſubſtitiffent, quibus ſane nō vitam dare potuiſſes, ſed formam:  
tamen, etſi illud omne tempus quod in otio luxuriante defluxit, his quo-  
que remulentis ritibus occupaueras: ſaltem, poſtquā inanitatē cul-  
turæ talis conſequens ærūma conuicit, debuiſti protinus de emendatione  
curare, & obliuatum rationis ignem experimentis vigentibus fouere, ſor-  
desque tuas, quibus fueras indutus, exuere. Quod, quia non feciſti, meritō  
exclamat propheta. *Vſquequō non poterunt emundari? quia ex Israel & ipſe, ar-  
tifex fecit illud, & non eſt Deus. quoniam in araneorum telis erit vitulus Samaria,  
quia ventum ſeminabunt, & turbinem metent. culmus ſtans non eſt in eis, germen  
non faciet farinam: Quod ſi & fecerit, alieni comedent eam.* Conſilia tua, inquit,  
niſi perturbaret imitatio, iudicares non eſſe Deos quos manu artificis no-  
ueras fuiſſe compositos. Secutus eſt deinceps hoſtilis incurſus, numina  
tua cum ſuis periire cultoribus, nec magis morari vaſtantes, quā aranea-  
rum fila, potuerunt: tamen etiam his rerum periculis, obſtinatione & im-  
prudētia, reſtituiſti, nec ſordes profanitatum talium abiicere curaſti. me-  
ritō ergo, & vota tua & omnes labores, ita fruſtratio lachrymoſa conſe-  
quetur, vt non frumentum videaris ſeminariſſe ſed ventum, nec ſpicas ſed  
turbinem meſſuiſſe: id eſt, apud te nihil fertilitatis firmitatiſque remane-  
bit, vt ſolet in culmo, cuius proceritas, per aliquam aeris iniuriam, ſpicæ  
plenitudinem non creauerit. Ita igitur & tu, inquam, nihil emolumenti de  
tuis laboribus conſequeris, nec vlla culturæ reſpondebit industria, ſed eti-  
am ſi aliquid de reliquiis priſcæ fertilitatis ceperit apparere, id totum in  
hoſtium veniet poteſtatem. *Deuoratus eſt Israel, nunc factus eſt in nationibus  
quasi vas immundum quia ipſi aſcenderūt ad Aſſur. Onager ſolitarius ſibi, Effraim:  
munera dederunt amatoribus ſuis, ſed & cum mercede conduxerunt nationes. nunc  
congregabo eos, & quieſcent pauliſper ab onere Regis & principum.* Repetitu aſ-  
ſiduo, ea quæ comminatur, exaſperat, vt aduerſorum longa deſcriptio  
ſenſum timoris exacuat, ſi quomodo priuſquam puniantur corrigantur  
obnoxii, exterriti proinde iam ſtatum ipſum captiuæ plebis indu-  
cit, & deuoratam eam conſequenter appellat quæ eſt poſita ſub arbi-  
trio conſumentium. Cuique, non amplius ad internecionem ſuperſit  
niſi quantum feritas vincentium ſucceſſibus expleta donauerit. *Deuo-  
ratus eſt, inquit, Israel, factus eſt in nationibus quasi vas immundum.* Superfi-  
cies quidem ſententiarum reſultat: ſed quantum ad ſenſum reſpicit, ex-  
planantur præmiſſa ſubiectis. Quid enim deuoratum appellaret, oſten-  
dit: id eſt, cuius omne robur fuerit exhaustum, & qui facile poſſet  
internecione conſumi ſi hoc quoque poſceret ira dominantium. Porro  
illi

illi addendis contumeliis, quod minus ſæuere, compenſant, & ideo  
non interimunt vniuerſos, vt habeant quos ſemper exhorreant, atque  
inuidiſſe magis ſolatia mortis, quā vitæ beneficia contuliſſe videan-  
tur. Haud enim miſeros, fruendæ luci, ſed ferendo ſeruauere deſpectui:  
& ideo ait. *Factus eſt Israel in nationibus quasi vas immundum.* Quod in-  
terpretes alij, matulam, tranſtulerunt. Nunquam, inquit, honeſto  
Israel delegatus officio eſt, vt poſt libertatis & dominationis inſi-  
gnia, ſaltem inter ſeruos liberaliter cenſeretur, ſed quaſi vas ad na-  
turæ requiſita compositum, ita contumeliarum ſordibus implebatur.  
Et bene commemorata nationum conditione, cumulauit iniuriam  
dicendo. *Factus eſt Israel in nationibus quasi vas immundum.* Ac ſi dice-  
ret, Heu, heu quam flebilis fuit, & quam magna conuerſio, vt  
ille populus qui ſolus magiſterio ſacræ legis inter munda didiſſerat  
imundaque diſcernere, qui ideo ſegregatus a cunctis erat gentibus  
ne eum contagio vllō pollueret: nunc earum quoque gentium iudi-  
cio comprobatur immundus, quæ a primis vitæ annis vſque ad po-  
ſtrema viuendi, ſqualore flagitiorum omnium ſorduerunt. Itaque,  
*factus eſt in nationibus quasi vas immundum. Quia ipſi aſcenderunt ad Aſ-  
ſur, Onager ſolitarius ſibi:* Id eſt, quæ diximus, Aſſyrio inferente patientur.  
Cui tantum eminentiæ in viribus collatum eſſe perſpicient, vt ad eum  
qui peruenit aſcendiſſe dicatur. *Onager, autem, ſolitarius ſibi,* ad Effraim  
referendum: id eſt, *o nager ſolitarius ſibi, Effraim, munera dederunt amatoribus.*  
Populus, inquit, iudæorum, qui nulla externorum patiebantur imperia,  
ſed inſtar onagri, iugum & onera neſcientes: de quibus beatus Dauid  
in Dei laude cecinerat, qui habitare facit vnus moris in domo: Singu-  
lari videlicet inſtitutione pollentes, in terra repromiſſionis fecit ha-  
bitare: hic ergo, inquam, qui expers damnationis humanæ, diuinis tan-  
tū ſubdebarur imperiis, nunc adeo iratus atque contriſtatus eſt, vt  
beatum ſe putet ſi ei vel ſeruitus honeſta contingat. *Munera dederunt  
amatoribus ſed & cum mercede conduxerunt nationes: nunc congregabo eos.* Cū  
caſtigari ob profanitates ſuas decem Tribuum turba mereretur, pro-  
phetis denuncianteſ, Aſſyriorum eis promiſſa eſt dominatio. Sed iu-  
dæi, proſus eum animum comminationibus, quem etiam Tribus, ex-  
hibentes, extiterunt per omnia contumaces, malueruntque vel Aegy-  
ptios mercede conducere, quā Aſſyriis, quibus eos ſubiiciebat diuina  
ſententia, ſubiugari. Hoc eſt ergo quod dicit, quia propoſito forni-  
candi, quaſi amatores voluerint Aegyptios experiri, & ipſis munera,  
ſponte tranſmiſerunt, annuæque ſtipendia in latum ire polliciti ſunt, ſi  
eorum auxilio pellerentur Aſſyrii & prophetarum comminatio vince-  
retur. Dixit proinde, quoniam *cum mercede conduxerunt nationes,* id eſt,  
Aegyptios, *nunc congregabo eos in captiuitatem,* id eſt, pertraham &  
denunciato dominatui Aſſyriæ gentis addicam. *Congregabo eos,* ait, ne  
quis videretur effugere. *Et quieſcent pauliſper ab onere regis & principum:*

Hoc cum irrisione videtur illatum, ut requiem videlicet appellaret, eam quæ fuisset illata captiuitas. Id est, quantum consiliis suis studiisque promouerint, recognoscent cum fuerint congregati, cum in aliena exules arua migrauerint, desinentes siquidē vel ab Assyriis imperata, vel spontanea Aegyptiis tributa præbere, totis viribus exsequuntur iussa dominorum, ut hoc quod tributa inferre cessarunt, in malorum augmentum sibi cessisse fateantur. *Quia multiplicauit Effraim altaria ad peccandum, facta sunt ei ara in delictum. Scribam eis multiplices leges meas, quæ velut aliena computata sunt. Hostias affer, affer, immolabunt carnes, & comedent, Dominus non suscipiet eas, nunc recordabitur iniquitates eorum, & visitabit peccata eorum: Ipsi in Aegyptum conuertentur, & oblitus est Israel factoris sui & edificauit delubra, Et Iudas multiplicauit vrbes munitas, & mittam ignem in ciuitates eius, & deuorabit ades illius.* Per quam consequentiam delinquendum, Aegyptiorum auxilia conuocasset, ostendit: id est, Sanctis monitoribus per omnia resultando, ut sicut spreuerat docentes prophetas, ita etiam sperneret, comminantes: nec solum sperneret, sed etiam impugneret: & quantum in se erat falsitatis argueret, si conductis nimirum Aegyptiis repulisset assyrios. Nunc merito beatus Osee, mala ventura captiuitatis enumerans, tum supplicia, tum delicta percurrit, & ab Effraim altaria idolis multiplicata, deplorat, atque aras ei vertisse in crimen conqueritur. Ac si diceret: ideo nempe rei diuinæ instituta curatio est, ut expiarent aræ quos flagitia polluisent: nunc autem, ita miseros funesta conuoluunt, ut nunquam eis grauius quam apud aras contigerit impiari. *Scribam eis multiplices leges meas quæ velut aliena computata sunt.* Confugiendo ad gentes, inquit, & earum miseri ritibus, ambiendo, absoluendam se, gens ingrata, à nostræ legis molestiis æstimauit. Sed quoniam præstò est censura meæ, freno atque camo, profana contumacium ora conterere, impunitum eis præceptorum non esse contentum, ipse pandet euentus. *Scribam enim eis multiplices leges meas quæ velut aliena computata sunt.* Rem autem quam facturus erat ambitu iudicantis expressit, qui scriptam solet de libello recitare sententiam. Leges igitur meas quæ olim promulgatæ, Deuteronomii præcipue volumine continentur, multipliciter in eos scribam: id est, exsequar atque cumulabo. Tibi ergo, ut de multis pauca memoremus, in hunc modum sermo concluditur. *Quod si audire nolueris vocem Domini Dei, ut custodias & facias omnia mandata eius, & cerimonias quas ego præcipio tibi hodie, venient super te maledictiones istæ, & apprehendent te. Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro: maledictum horreum tuum, maledictæ reliquiæ tuæ, maledictus fructus vteri tui & fructus terræ tuæ: armenta bouum tuorum, & greges ouium tuarum. Maledictus eris ingrediens & maledictus egrediens. Has igitur leges multiplicaturum se profanatis plebibus comminatur, Hostias afferent, & immolabunt carnes, & comedent: Dominus non suscipiet*

*Prophetas non modo spreuerunt sed etiam impugnaverunt Israelita.*

*cipiet eas, nunc recordabitur, iniquitates eorum.* Populus quidē Samariæ, id est, decē Tribus, non minus sacrificia quæ vero deo offerenda erant, quæ iudicia & præcepta eius contempserant: Tribus autem Iudæ, sororia impietate necdum sordescens, tamen curam abiecerat hostiarum. Ergo in qualitate morum, pergit eos prophetia coniungere, & sub accusatione Israelis, transit ad Iudam, ut sicut supra iam fecit, exprobrat, quia nihil de morum iusticia cogitantes, spem salutis in victimarum tantum oblatione constituunt & quasi inuicem se exortantium vocem, id est, *affer, affer hostias* introducit: responditque protinus, *Dominus non suscipiet eas, nunc recordabitur iniquitates eorum.* Grauitas nimirum consideranda iudicij: dicit enim se tunc præcipue in memoriam eorum iniquitatis adductum, cum illi, sub conscientia contemptæ neglectæque iustitiæ offendi, arbitrati sunt se victimis protegēdos, cum utriusque munera tum grata sint, cum non ab inimicorum, sed à charorum personis fuerint oblata. Cæterum contumeliæ propius est, si ei quem criminibus asperaueris, leuia munerum, quasi non supplicantis sed donantis ambitu, largiaris. Vobis ergo conuenit illa sententia quam sensit Cain parricida, ut imoletis carnes, ipsique eas, non suscipiente domino, consumatis. Quidni cum ille obedientiam malitiam quam sacrificium, & iustitiæ curam plusquam holocaustum? nunc ergo potissimum, inquit, accelerat ultionem quando vos liberationis vestræ fiduciam in effundendo pecudum sanguine collocatis. Nunc visitabit peccata omnium qui in Aegyptum, scilicet & animo conuertuntur & precio, totus quippe pariter Israel, id est, tam Iuda quam Effraim, ita sunt proprii creatoris obliti, ut cum sibi insensissimum reddidissent, nihil de emendatione curarent. Sed partim instaurandis munitioibus, partim conducendis nationibus opes suas operasque consumerent, quasi à sacro carmine denunciatum esse non noscent, nisi dominus ædificauerit domum in vanum laborant qui ædificant eam: Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Istorum ergo ita creuit impietas, ut omnipotentem iudicem cum ad iracundiam promouissent, fore se nihilominus beatos, per suam arbitrarentur industriam: si videlicet aduersum eruptiones hostium, munitiones plurimas fuissent fabricati, sicque manerent, non solum non adiuuante Deo verum etiam pugnante, scælices: Ideo, inquit, percellat eos digna frustratio, ut munitioibus suis conclusi videantur potius quam defensi: Omnesque eiusmodi edes, sequens flamma consumat. Quæ cum ita sint, id est, cum iustitiam Dei nec aliqua impediatur difficultas, nec fraus vlla deludat: *Noli letari Israel, noli exultare quia à fœdere legis sacrilega pollutione discesseris:* Id est, ne tibi æstimes impunè cessurum, quod te reliquis gentibus miscuisti. Fugæ enim talis ambitio, non te vanæ quam aptaueras, libertati vindicat, sed seueræ tantum subiicit ultioni.

*See cap. 9*

*Dilexisti mercedem super omnes areas tritici: area & torcular non pascet eos, & vinum mentietur eis: non habitabunt in terra Domini.* Noli, inquam, o gens nostra impudenter letari, sed scito, omnia vota tua mutaturam te esse, contrariis: non solum enim in religionis officiis, sed etiam in omni actione vilis & intemperans extitisti. *Dilexisti* nempe *mercedem super omnes areas tritici*: id est, nihil melius, nihil amabilius, terrarum ubertate & ventris impendiis censuisti. Tota ergo tibi, & frugum & fructuum, subducetur ubertas: ut quæ magis vota discutient. Diu apparens vindemia, ita subitis disperibit procellis, ut in dolorem tuum, non solum læsa, sed etiam mentita videatur. Verum, quid ego minora damna commemoro, cum penuriam tuam consequantur exilia, nec vobis colendi patrii foli vlla detur facultas? cuius tamen calamitatis magnitudinem, non poteris, quasi conquerens, admirari. Terræ enim istius, quantum ad studia respicit, voluntarius defector fuisse conuincens: Assyriorum namque & Aegyptiorum, tum crimina, tum auxilia concupisti. Qua ergo impudentia regionis istius fertilitatem capessas, cuius insignia, & in ritibus & in moribus, respuisti? Abibis potius, illud, pulsus, quod isti ante corruptus voluisti. Et sicut ad Aegyptum, voto, ita ad Assyrios, captiuitate, profectus, eam penuriam sustinebis, ut pollutis & obuiis cibus cum dolore vescaris. *Non libabunt Domino vinum, & non placebunt ei sacrificia eorum, quasi panis lugentium: omnes qui comedunt eum, contaminabuntur, quia panis eorum, anima ipsorum, non intrabit in domum Domini.* mala iam captiuitatis exsequitur, & dicit, quoniam, cum rerum copiarum extrema egestate fuerint mutatae, nec felicitatis aliquid nec consolationis occurrat, transigentque omne tempus in luctibus: Quippe qui nec sacrificium Deo sinantur offerre, nec de expiatio aliquid sperare culparum: per quæ videlicet officia, Deo se placituros esse arbitrabantur. Omnis ergo eorum oblatio, non feriis sed inferiis aptior, polluet potius quam purget adcentes: *quia panis eorum, anima ipsorum, non intrabit in domum Domini.* Eadem est, quæ in superioribus fuerat, intenta sententia, cum repudiata à Deo sacrificia, ipsorum qui obtulerunt esse dicuntur. Ergo & nunc, inquit, repuli eorum oblationes quos ob nimietatem criminum, etiam de solo patre, commotus exegi: ipsorum funebri cedet alimoniarum panis ille quem in domum Dei non merentur inferre. *Quid facietis in die solemni in die festiuitatis Domini? Ecce enim profecti sunt à vastitate, Aegyptus congregauit eos, Memphis sepeliet eos.* Desiderabile argenti eorum, verticæ hereditabunt, lappa in tabernaculis eorum. Quamuis maior sit beato Osee intentio, decem Tribuum gesta percurrere, atque eorum vel exaggerendis criminibus, vel explicandis calamitatibus immorari, tamen pro potestate vaticinij, quæ Iudæ quoque Tribui accidere attingit. Et quoniam nouit Ierolymitas

*melius*  
quo ire, an  
te corrup-  
tu voluisti.

folymitas, sed paulo tardius, pro æquatione meritorum, Samaritis similia latum ire: Templi etiam, sacrificiorumque commemorat, toti quasi genti, quod duabus præcipue Tribubus concordet, adscribens. Proinde, cum diceret eos oblationum per quas se purificari æstimabant, solatia perdidisse excoluit incidentem colorem. Et quia eiusmodi officiorum inquinata cessatio, his præcipue crudescit diebus quibus exercebatur iocunda solemnitas: ideo ait, *Quid facietis in die solemnitatis domini? quæ vos videlicet tenebræ, quæ amaritudo, quis animi angor implebit, cum illum festiuitatis Dominicæ diem, quem insignem vobis atque dulcem cœtus populi cantusque reddebat, exules, inuiti, in vinculis & in seruitute barbara transigetis? Et quoniam per occasionem Effraim, etiam quæ essent, ut diximus Iudæ ventura, signauit, sequitur. Ecce enim profecti sunt à vastitate. Aegyptus congregabit eos, Memphis sepeliet eos.* Cum regionem eorum hostilis dominatio populata fuerit, inquit, cunctis Tribubus contingeret, exsequente supplicio, quod antea peccante desiderio perpetrarunt: ut sicut pars in Assyrios ducta est, ita etiam partem Aegyptus congreget & Memphitica terra susceptos consumat. Id autem post victoriam Nabuchodonosor qui Ierolymitas eruit, illis accidisse Iudæis quos agrorum cultores Babylonij reliquerant, & beatus Hieremias, & regum narrat historia. Quod autem subiicit, *Desiderabile argenti eorum, verticæ hereditabunt.* Ex vsu captiuitatis euenire, utinam nos lectio tantum, & non etiam experimenta docuissent. Constat quippe vel ædes magnis sumptibus fabricatas, cum defecissent incolæ, syluis fuisse contactas, vel plerumque etiam auri & argenti defossos thesauros, his qui occuluerant, interemptis in continuam obliuionem perisse. *Venerunt dies visitationis, venerunt dies retributionis. Scitote, Israel, te stultum prophetam, insanum virum spiritalem, propter multitudinem iniquitatis tuæ, & multitudo amentiarum.* Oportuerat quidem ut ratio te potius ad discernendum, quam calamitas erudiret. Sed quoniam rationis velut prorsus imparticeps, flagra & stimulos exegisti, vel nunciam, cum visitationis, id est, damnationis tuæ tempus aduenit, expergiscere, ut quid merearis, intelligas. Et studiis tuis deberi stipendia tam dura, fatearis, quæ te, utique, despectu spiritalium magistrorum, collegisse perpendis. Eò siquidem vsque furoris eruperas, ut prophetas qui ad sancti spiritus loquebantur arbitrium: & quæ te manebant, parentum studio, nunciabant, si forte ageret formido præmissa, ne inueniret ultio quos puniret: in eos non solum nihil supra reliquos præuidere, sed etiam humana ratione dicebas priuatos, & quos vesania potius quam reuelatio commoueret. Ita autem per abundantiam profanitatis, appellari illo tempore prophetas solitos fuisse, Regum quoque pandit historia. Nam cum in Ramoth Galaad, missu beati Helisei, Propheta quidam, ut Hieu in regem vngeret, aduenisset, circumsedentes proceres dicunt ad Hieu, *Quid tibi vult fa-*

naticus iste: Ita igitur apud eos exsoluerat diuini sermonis autoritas, ut præcepta virtutum, iam non esse medicantia, sed furiosa censerent. Cuius criminis magnitudinem, concionator horrescens, iudicâter exclamat: *Propter multitudinem iniquitatis tuæ, & multitudo amentia.* Ac si diceret non est hic simplex quidem error, sed multiplicata dementia, videlicet spirituales magistros & prophetico splendore pollentes, eo potissimum tempore, quasi stultos vesanosque despiciere, quo ipsi tantam egestatem prudentiæ sustinerent, ut deos esse quos conflauerant, æstimarent. *Speculator Effraim cum deo meo, propheta loquens,* ruine factus est super omnes vias eius, infania in domo Dei eius. Hic, quidam nomine Effraim significatum Ieroboam putarunt, quem, & de Tribu Effraim venisse constat, & studiosum culturę templi fuisse, atque, ob hoc in offensionem incidisse Salomonis: Sed postquam decem tribuum imperium adeptus est, author etiam profanitatis euasit, ad cultum vaccarum, subditorum corda traducens. Ergo nomine Effraim, appellari Ieroboam putant, qui ideo speculari cum deo dictus sit, quod prius & curam religionis habuerit, & diligenter quæ fuerant recta conspexerit. Sed qui olim inquam, erat propheta ita subito ad praua defecit, ut ruina & laqueus suis sectatoribus redderetur. Quidni, cum in domo Dei sui quem elegerat, quanta est maxima, versaretur infania? Verum hic locus, hoc modo potest compendiosius explicari, ut dicamus, quia de contumeliis prophetarum assumpta conquestione, ex eodem illud tenore subiecerit, ac si diceret: O tu popule, profanis ritibus subiugale, ad cumulum iniquitatis tuę, spiritualium magistrorum contumelias addidisti, ita ut prophetas Dei, insanos, & spirituales magistros stultos vocares, quæ amentia, de magnitudine iniquitatis erupit. Audebas quippe interdum, quoddam cum promissis eorum inire certamen, & dicere: Ecce speculari munus, ambo pariter sortiamur, & conspiciemur vtrum illa omnia veniant, quæ isti nobis ventura denunciant. Addebâsque, nihil aliud prophetas debere censerî quàm hostilem laqueum, in ruinam miserorum ciuium fabricatum: Sicque blasphemiam contumeliis copulantes: in domo Dei prophetarum, esse insaniam dicebatis. Quam opinionem, sane maximi esse sacrilegii, inuectio subiuncta conuincit. *Exclamauit enim profundè: peccauerunt sicut in diebus Gabaam. Recordabitur iniquitatis eorum, & visitabit peccata eorum.* Non est, inquit, tale facinus ut censura iudicis valeat ipsius obliuisci. Et quoniam historiæ veteris fecerat mentionem, ait: *Recordabitur iniquitatis eorum, & vindicabit,* inquit, præsentem contumeliam prophetarum: non serius quàm si illud crimen ad examen adduceret, quod ante regum ætatem, iudicibus gentem iudæam regentibus, perpetrarunt. Illo siquidem tempore, leuita quidam cum ad habitationis proprię locum rediret, in urbem Tribus Beniamiticę, cui nomen erat Gabaam, die iam aduersascente deflexit. Cumque nullum illic hospitem reperisset

forte.  
n iudican-  
ites

Ieroboam  
initio, in-  
nifus Sa-  
lomon ob  
pietatem,  
regnandi  
cupidine  
postulat

Propheta-  
rũ contem-  
ptus, dema-  
gnitudine  
iniquitatis  
contemn-  
tium venit

reperisset, in publico, cum propria vxore confedit. Sed perdita ciuitatis iuuentus, non contenta, diuersorij negatione, peccasse, Sacerdotis coniugem in vsum obscenitatis arripuit, tantumque insolentissimæ fœditatis exercuit, ut illusa mulier, sicut amiserat pudicitiam priuaretur & vita. Sed postero die, leuita confurgens, iumento suo extinctæ coniugis cadauer imposuit, idque in frustra concidens, per omnes Tribus gentis illius destinavit, ut causa tam trucidis spectaculi cognita, communem arriperent vltionem. Sicque Gabaoitis bellum, nisi noxios traderent, indicentes, tertio, vix superatos, delectuere conflictu, ita ut de tota Tribu Benjamin, non amplius quàm quingenti homines superfuisse referantur. Illi ergo scelere, præsens peccatum propheta composuit, quod videlicet perpetrabant, spirituales viros stultos & vesanos vocando. Commendat autem reuerentiam prophetarum, æquatio facta culparum, quorum honorem audaci tamen sermone violatum, ostendit non ad minorem reatum valere quàm illum quem obscenitas quondam publica, & eadem cruenta atque incoësta contraxerit. *Quasi vas in deserto, inueni Israël, quasi prima poma ficulneæ in cacumine eius, vidi patres eorum. Ipsi autem intraverunt ad Beelfegor, & ab alienati sunt in confusione, & facti sunt abhominabiles sicut ea quæ dilexerunt.* In vnum colligit quæ diuersis gesta sunt temporibus, ut exæquet, sicut diximus, reatum religionis violatæ & contumeliæ prophetalis. Fecit autem excessum in laudem parentum, per quam, degenerantibus filiis crescat inuidia, appareatque auro culmine sanctitatis, in quæ criminum profunda descenderint. Cum densis inquit, impietatis vepribus squaleret & tegeretur natura mortalium, Abraham, Isaac, & Iacob, generositatis iudicia præstiterunt: ita, suauitatem debitæ erga Deum confessionis, quasi vas ficusue parientes, quam illorum fidem atque virtutem, non pro sua paucitate despexi, sed tantò maioris honoris & gratiæ iudicauit, tantò plura gentium profanarum exempla contempserunt. Sicut ergo, vitem in vasta solitudine germinantem, sicut ficus præcoquas, in quarum appetentiam & tempestiuitas commoueret & suauitas, ita eos in gremium meum debita sedulitate collegi, ne quid de eorum aut fructibus periret aut laudibus. Sed cum ego appellari Deus eorum, qui eram rerum dominus, elegissem, sobolem quoque eorum multiplicare perrexi, sed degendo populus, & malorum suorum pariter, & conditoris oblitus, ad cultum eorum Idolorum quæ sola cōsecrasset obscenitas, introiuit: *Ad Beelfegor* videlicet quam figuram Priapi dixerunt tenere. Id autem commendat historia libri numerorũ, id est, quia secundũ consiliũ Balaã, instructæ Madianitarũ mulieres Israelitico exercitui, obuiã meretricio habitu gestuque processerunt, ut cū illos in appetentiã libidinis cōcitassent, nõ prius stupri facultatẽ præberent quàm, Beelphegoris idoli sui sacrificio polluisent. Deni-

Prophetas  
inhonora-  
re, quàm  
grave sce-  
lus sit.

Religionis  
violata,  
& contu-  
melia pro-  
phetalis  
crimen par-  
est.

legendum  
à quarto.

que lis rain populum plaga surrexit, vt viginti & tria millia vno die pariter interirent. Confusio, ergo comprehendit obscenos, neminus abhominabiles Deo fierent, quam ipsa idola quorum consecrationem deliquerant. Haud igitur illius ætatis populi, quos Osee propheta compellat, in Beelphegor peccasse dicuntur? sed quia commemoratio antiquitatis inducta est, & sanctorum patrum laudata generositas, quæ posteri eorum diuersis ætatibus commiserunt, explicatur, vt quorum similes sint, hi qui in præsentia arguuntur, appareat, ac si eis diceretur. En, in quæ dedecora ab illustri stirpe fluxerant. En, quibus tantæ fuit paternæ dignitatis obliuio, vt cum maiores eorum in salutem eligi, mundo pereunte, meruissent, isti deinceps, stultitia, in eis, & obscenitate certantibus, Priapos vitulosque venerati sint. *Effraim quasi auis auolauit, gloria eorum à partu & ab utero, & à conceptu. Quod si & enutriuerit filios suos absque liberis, eos faciam in hominibus. Sed vae eis, cum recessero ab eis. Effraim, inquit, quasi auis auolauit. Iam supra dixerat, Factus est Effraim quasi columba seducta non habens cor. Aegyptum inuocabant, ad Assyrios abierunt.* Iste ergo populus qui noluit inter pia impiæque discernere, sed factus est abhominabilis sicut & ipsa simulachra, meritò, tanta in captiuitatem velocitate transferetur, vt non tam ambulasse quàm volasse videatur: Nec tamen sola exilij flagra patietur, sed præcedens inopiæ morborumque, calamitas filiorum consumet examina, vt puniat orbitas, eorum pectora quæ prius fecunditas efferebat. *Gloria eorum, inquit, à partu, & ab utero, & à conceptu. Quod si enutriuerit filios suos, absque liberis eos faciam in hominibus.* Id est, cum æternum iudicem criminibus asperassent, nihil de eius placatione curantes, multiplicandis tamen familiis gestiebant: Eam fœlicitatem suam gloriàmque censentes, si liceret tum sociare nubentes, tum spectare grauidas, tum audire parientes. Illic ergo eos feriam vbi maximè lætabantur, vt non eis liceat filios nutrire susceptos, vel si contigerit nutrire, depereant, donec ad solitudinis squalorem optata dudum soboles defectu perducatur. Sicque sentiant, quia cum non possit bene esse his quos desero, multò sit his deterius quos depugno. *Effraim, vt vidit, Tyrus erat fundata in pulchritudine, & Effraim educit ad interfectorem filios suos. Da eis Domine. Quid dabis Domine? Da eis vuluam sine filiis, & vbera arentia.* Etiam apud alios prophetarum, descriptam Tyricæ ciuitatis amœnitatem & frequentiam legimus. Ita vt eam meretricem, beati Iezechielis Canticum nominauerit, propter multitudinem videlicet carminum, quibus tota vrbs, per noctem, in luxuria concrepabat. Quia ergo, hic, Samariæ mutationem populo comminatus erat, vt aueret sensum doloris, pulchritudinem eius, quæ fuit in prosperitate miratur, ac fidiceret: Calamitatis istius magnitudinem, qua de finibus suis Iudæi consumpta sobole migrauerunt, non bene intelligit nisi qui priora considerat:

tunc

tunc enim aduerteret, quanta, in deterius, fuerit facta mutatio, cum cogitarit, quanto, prius, letitiæ flore vernauerint. *Effraim, inquit vt vidit, Tyrus erat, æstuans populus, affluens copiis, perstrepsens lulis, resonabatque carminibus, vt cuius situs, ita & à litore & à continenti venientibus arrideret, vt posset dici, ipsa eius fundamenta in quadam pulchritudine constituisse.* Sed huic, inquam, ciuitati, deliciis quidem circumfluenti, nullum tamen sibi de iustitia & religione præsidium comparanti, vt ad interfectionem suos filios educeret, imperauit, sæuentiumque hostium pateretur arbitria, quæ nostræ legis præcepta calcauerat. Mutatis autem in declinationem temporibus, quæ adhuc sub Nabugodonosor futura sunt, quasi alia facta commemorat. *Effraim ergo, id est, Samaria reliquarumque Tribuum multitudo, tanto est vlciscentis terrore compressa, vt sobolem suam, ipse prope, interficientibus præpararet offerre.* Quod vtique non agendo implese dicitur, sed merendo. Fit autem de consuetudine scripturarum quasi schema dubitatis, & sub rogatione, quid veniat nunciantis. *Da eis domine. Quid dabis eis? Vuluam, inquit, sine liberis, & vbera arentia.* Ea, inquit, plaga condemnet, sciantque se internecone delendos. Supra enim dixerat, *Quod si enutrisset filios, orbitatem illorum illic sustinerent, nunc autem addidit, arida vbera, & prodigialem sterilitatem fœminis ingerendam, vt populorum, quos depasta est captiuitas, etiam reparatio desperetur. Omnes nequitia eorum in Galgal, quia ibi exosos habui eos, propter maliciam adinventionum eorum. De domo mea euciam eos, non addam vt diligam eos, omnes principes eorum recedentes. Percussus est Effraim, radix eorum exsiccata est: fructum nequaquam facient. Quod si & genuerint, interficiam amantissima vtericorum Abiciet eos deus meus quia non audierunt, & erunt vagi in nationibus.* In Galgal quidem, præcipue, idola coluisse referuntur, & ideo omnes eorum nequitias, ibi collectas esse pronunciat, propter quas, eosdem se odisse testatur. Putauerunt autem quidam, quia propter Saulem, loci quoque huius sit recordatus propheta. In Galgal enim suscepit, gentis ipsius, principatum: Quæ quoniam, Ieroboam authore, vitulos videlicet consecrante, deliquerat, ideo pro occasione præsentis reatus, etiam illum originem accusat erroris, cum, sacerdotum regimine fastidito, esse sub regibus ad similitudinem vicinarum gentium, concupiuit. Sic ergo ait, *Omnes nequitia eorum in Galgal:* Ac si diceret, *Ista quæ nunc eos deuorauit impietas, inde habuit causas, illic suscepit exordium, vbi rempublicam; de sacerdotali ad regiam transtulerunt.* Sed hic sensus videretur esse subtilior; ille autem clarior & validior, qui institutæ concionis tempore, in Galgala & in aliis locis cultum arguit idolorum, propter cuius errorem, eiecturum se eos de domo sua, iustus arbiter, comminatur, eique sententiæ, aliud quod magis vrât, adiungit: id est, *Non addam vt diligam eos.* Quod & in principio filia illa, *Absque misericordia, futura signauit.* Eiiciendas autem de domo sua tribus, id est, de Terra repromissionis, annunciat, quia quantum ad Templum respicit, olim ab eo, Ieroboam Regis perfuncta commenta discesserant. Seueritatem igitur qua de finibus propriis eiiciuntur profani, fixâ in eos man-

furam promittit, vt videatur nullius misericordiae successu temperanda. Quod, quoniam graue animaduersionis pondus docebat, statim causam quae esset magna, subiecit. *Omnes enim ait principes eorum, recedentes. Quod utique ita posuit, non vt solos optimates lapsos in peccata signaret, sed vt de vulgi iniquitatibus dubitatio nulla remaneret, cum nec de principibus, aliquis qui non a cultu Dei recederet, extitisset. Reliqui sane versus geminant sententiam paulo ante praemissam, id est, per quam, eis & orbitatem & sterilitatem pariter fuerat comminatus. Percussus est Efraim: radix eorum exsiccata est, fructum nequaquam facient. Quod si & genuerint, interficiam amarissima vteri eorum. Abiciet eos deus meus quia non auerunt eum, erunt vagi in nationibus.* Ipsos inquit, hauriet captiuitas, sobolem vero eorum qua nihil dulcius est parentibus, calamitas multiplex variaque consumet. *Vitis frondosa Israel, fructus adaequatus est ei secundum multitudinem fructus sui, multiplicauit altaria. Iuxta vbertatem terrae suae, exuberavit, a simulachris diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Ipse confringet eorum simulachra, depopulabitur aras eorum, quia nunc dicent, Non est rex nobis, non enim timemus dominum, & rex quid faciet nobis?* Vna eademque materia est per quam prophetae currit oratio, id est, populi illius exaggerare crimina, denunciare supplicia, & ideo plerumque, similes, & eisdem retractat colores, quantum tamen potest, aliquid quo nouentur, admiscens: igitur frondosam vitem nominans Israelem, fructum ei adaequatum esse pronunciat. Haec autem vinea cum, translata de Aegypto, terram repromissionis impleisset, diffusis, inquit, constitit laeta palmitibus, & tantam vbertatem fructuum, i. filiorum neporumque produxit, vt angusta terrarum quas acceperat spacia redderetur. Sed, quid profuit auctus sobolis contigisse, cum ita in contrarium erupere studuerint, vt in meas contumelias, qui tanti muneris auctor fueram, pro numero multitudinis armareretur, & quasi copias suas sceleribus aequare contenderent: publice priuatimque, Deos sibi quos colerent, fabricarent? Sicque illa vitis, quae de electorum patrum fuerat stirpe plantata, in botrum amaritudinis, & in palmitem sodomorum est conuersa, vt tam populares quique quam principes, non tantum neglexisse iustitiam, sed eam etiam impugnasse gauderent. Ergo, *Diuisum est cor eorum, nunc interibunt.* i. intentione tota a me separati sunt, & a cultu legis, firmata discessere sententia: Quid superest, nisi vt fixa clade depereant atque opinionis suae intelligant vanitatem, qua se ita assueuerant consolari, vt dicerent, meliorem statum suum, vel sub captiuitate, censendum, quam cum a sanctis aut pontificibus gubernabantur aut regibus? Inter se igitur ait, per impudentiam colloquantur, quoniam tunc quandam obtineant libertatem, qua nec legi cogantur obedire, nec regi. Quippe quorum principem hostis abduxerit, & qui religionis iugum, antiqua profanitate, depulerint. In his ergo, ait, sceleribus gestientes, felicitatem putant, quod non ad diuturna regum suorum vocentur officia, sed procul degentes annua victoribus tributa dependant. Sicut enim illi de quibus ait Apostolus, Desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiae in operationem immunditiae omnis & aua-

& auariciae, vel sicut illi quos innuit propheta, quia dixerunt, Linguam nostram magnificabimus, labia nostra a nobis sunt, quis noster est dominus? Ita & de istis beatus Osee pronunciat, quod eo usque profanitatis eruperint, vt vel dixisse vel dicere posse videantur, *Non est rex nobis, non enim timemus dominum, & rex quid faciet nobis?* i. a diuini timoris molestis sumus absoluti, nec habemus regem qui hanc dictorum licentiam possit vlscisci. Quod, quoniam grauem, bene consideranti, mouit horrorem, increpat & exclamat, *loquimini verba visionis inutilis, & ferietis foedus, & germinabit quasi amaritudo, iudicium, super sulcos agri,* scilicet quibus cordi sit tanta dementia iniisse vos foedus, cum extremis calamitatibus sentieris, adeoque omnes vestrae regiones diuersis cladibus implebuntur, vt in ipsis terris, pericula magis videantur pullulare quam germina. Competenter autem, quia eos non negligentia sed studio deditaque opera peccauisse signauerat, sulcos nominavit impressos aruis, in quibus amaritudo iudicii, id est, vindictae seueritatis nasceretur. Ideoque se nosset, quod seminauerant, messum ire.

## RVFFINI A QVILEIENSIS

PRESBYTERI COMMENT. IN OSEAM  
PROPHETAM LIBER III.



*Vaccas Bethauen coluerunt habitatores Samariae, quia luxit super oca cap. 10. eum populus eius, et aeditui eius super eum exultauerunt in gloria eius. quia migravit ab eo, siquidem et ipse in Assur delatus est, munus regi vltori. Efraim confusio capiet, et confundetur Israel in voluntate sua.*

Hunc locum, traditio iudaica ita consuevit exponere, illis videlicet temporibus quibus necdum fuerant Israelitae ad Medorum arua translati, sed in propria adhuc regione sistentes. Affiris tributa pendebant, exhausto arario, etiam vitulos quos colebant pro vectigalibus, Assyrio, fuisse directos: Quos tamen, cum Ieroboam aureos fabricasset, ab Aedituis suis, quibus eorum fuerat delegata custodia, aere fuisse mutatos. Cum ergo necessitas extitisset, vt ad supplementum tributorum etiam vituli mitterentur, luxerunt quidem populi qui se aestimabant nimis perdidisse: Fraudis vero conscij resultauere custodes, quia translatis alio simulachris, etiam inquisitionem furti, vltius timere desissent. Quamuis autem huic sensui, occasionem praestitisse lectio videatur, tamen potest etiam sub renore instituta ab initio explanationis liquere, vt postquam comminax denunciarat auctoritas, quod per sulcos agri, amara misericordiae vltio germinaret, statim causam indignationis, suo more, subiecerit *Vaccas Bethauen, inquit, coluerunt habitatores Samariae,* id est, regiae ciuitatis, qui alios debuerant ab errore reuocare, ad exigua oppida adoratum vitulorum imagines, cursitabant. Post quae, sequentis versus, per hiperbaton, ordo mutetur, fiatque ista distinctio: *quia confundetur populus Samariae, cum vtilitatem & inutilitatem deorum eius, aduersa detexerint.* Nam co-

*melius exultauerunt.*

gente penuria, etiam ipsi ad vectigalia supplenda iungentur, non plus videlicet habentes momenti, quam ratio poscit metalli. Et ideo, Infœlix populus, eos lachrymis prosequetur quos paulo ante cum honore maximo & ariolorum gaudiis consecrauerat. *Confusio Effraim capiet, & confundetur Israel in voluntate sua, cuius tantam nimirum deformitatem, & tam acerbum stipendium recognoscet. Transire fecit Samaria regem suum, quasi spumam super faciem aqua. Disperdentur excelsa idoli, peccatū Israelis lappa & tribulus ascendent super aras eorum, & dicent montibus, Operite nos, & collibus, Cadite super nos.* Quantum ad diuinam pietatem clementiamque respicit, inquit, volueram ut fieret eis terræ suæ longa & secunda possessio, sed grauiora eorum sacrilegia restiterunt, & regem, id est, regnum suum, celeri compulerant sine delerit: ita ut instar spumæ, aquæ cursibus innatantis, & profanitas gentis laberetur & dignitas. Cunctis igitur delubris, quorum frequentatu consueuerat me asperare, hostili igne consumptis, aras eorum, dumeta conuultient ita ut qui reliquus fuerit, vel pudoris sui vel timoris impulsu delitelere cupiat, si non datur aliter, vel sub montium aliquorum ruinis. Notandum autē quia hunc versum, & in Euangelio dominus assumpserit, ut metuentiū vota signaret, atque de scripturarū more descendat, prolatas in caulam aliquā sententias ad similia negocia decenter assumi. *Ex diebus Gabaad, peccauit Israel: Ibi steterunt. Comprehendit eos in Gabaad prælium super filios iniquitatis.* Iam supra temporis ipsius intulerat mentionem, ubi ait, Quoniam hi quibus erant prophetarū dicta; derisui, ita peccauerunt ut illa Gabaonitarum iuuentus quæ vxorē leuitæ vsque ad interitum polluisset: Sed ne esset ieiuna repetitio, quos ibi contulerat, hic proponit dicens: Simile crimen videri quidem illorū qui in cœsta obscenitate peccassent, & horum qui viros spirituales, stultos amentēque, censerent. Et ideo sc̄uituram captiuitatem ad similitudinem illius clādis quæ Beniamitas pene internicione deleuerat. Nunc ergo quasi culparum & momenta penarum ad examinandum suspendens, hanc quæ est posterior grauiorem pronunciat ultionem: Non utique de nihilo, sed quod illic interacies decem & vnus Tribus diu certamen errauerit, & Gabaonitæ quamuis exigui numero, magno tamen sint labore superati. Hic verò ita omnes Samaritarum opes, præcedentes ultimam euerfionem calamitates euerfionēque consumpserunt ut nemo esset qui haberet fiduciam resistendi. Ex diebus igitur Gabaad, Istaalem peccauisse pronunciat, sed illo tempore aliquandiu constitisse, ac virium suarum documenta grauiſſimis edidisse conflictibus. Nam tertio demum certamine, auxilium Dei lachrymis implorantes Israëlites omnes, confecere victoriam. Nunc verò, quoniam non solum in aciem aduersum Assyrios nemo processit, sed neque muros suos voluerunt tueri, ideo dicit propheta, Ex miseriarum cumulo, quantitatem etiam debere iniquitatis intelligi. Nam illo, inquit, tempore, tam fortiter restiterunt Beniamitæ ut aliquandiu nec comprehensi prælio viderentur. Hi verò decem tribuū populi cum suis regibus atque principibus, quoniam me offenderant, nec steterunt. Ergo quoniam absque vero certamine in reos promulganda mihi est sententia, iux-

ta de-

ta desiderium meum corripiam eos: Quod secundum nostram prorsus consuetudinem videtur illatum, qui cum indignatione aliqua commouemur, desiderare nos dicimus ultionem, & voluptatem de reorū afflictione sentire: Nunc itaque eos, iuxta desiderium suum, corripientes esse promittit. Sequitur enim. *Congregabuntur super eos populi:* id est, quasi ad paratam prædam, diripientium multitudo conueniet, ut isti supplicia geminæ iniquitatis excipiant: Sic enim ait, *Corripientur propter duas iniquitates suas.* Quarum tamen ut indicauit numerum, ita species non notauit. Possemus proinde dicere, illas iniquitates quas non distinxit, alium prophetam signasse: id est, quod reliquerint deum fontem aquæ viuæ, & lacus sibi contritos, videlicet idola, fabricarint, ex quibus nullum possint sentire refrigerium. Sed quoniam optima est exponendi regula quæ de consequentia lectionis assumitur, duas illum iniquitates appellasse, eas nimirum quas in præſenti loco arguit, arbitremur: Id est quod non solum veros prophetas contumeliis & cladibus operiebant, sed è de regione, falsos ac demonibus seruietes de officiis & muneribus honorabāt. Per quod utique docebātur, nō labi errore sed studio qui pari instantia vtrūque faciebant, & honorando perniciosos & detestādo salutes, magistros per contrarium quippe ita gradiens sanctus ita quisque describitur. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Qui loquitur veritatē in corde suo, & non egit dolum in lingua sua, nec fecit proximo suo malum, & opprobrium non accepit aduersus proximum suum. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus, timētes autem dominum magnificat. Propter has ergo duas iniquitates, ea quæ mihi minus iocunda sit afflictione consumam impios. *Effraim vitula docta diligere trituram, & ego transiui super pulchritudinem colli eius, ascendam super Effraim, orabit Iudas, confringet sibi sulcos Iacob. Seminate vobis in iustitia, & metite in ore misericordie. Inuocate vobis nouale. Tempus autem requirendi Dominum, cum venerit qui docebit vos iustitiam.* Affectum indignationis suæ, verbis irridentibus publicauit, ut gentem quæ erat pœnis obnoxia, opportunam dignamque terēdis frugibus vitulam nominaret. Cuius sane imbecillitatem, sexu pariter & ætate signauit: Quippe quam, supra collatam, Gabaonitis omni ex parte postposuit. Ergo irridendo, eam & vitulam appellat, & pulchram & earum pressurarū quas malis studiis meruit diligentem: Non utique quod ærumnas suas amare posset afflictā, sed quod ita eis per sententiam neceretur sicut solent pectora amore inflammata sibi coniungi. Ceruix igitur subiici digna tormentis, æstus & auras latum ire promittitur, ut quæ ei cum de risu, comminator, insultet, eorum malorum quibus est dignissima, & cupidam eam pronunciat & peritam. *Effraim, inquit, vitula docta diligere trituram, & ego transiui super pulchritudinem colli eius, ascendam super Effraim, Arabit Iudas, confringet sibi sulcos Iacob.* Ego, inquit, colla Effraim hæctenus superba defringā ut quæ docentē indulgentēque contēpserit, demum sentiat vindicantem. Nec sanè censurā meā utilitas optata destituet: quāuis enim istos subdat exitio, alios eorum sanabit exēplo. *Effraim*

Iudaici po-  
puli du-  
plex iniqui-  
tas.



quippe qui fermentū esse noluit, nec medulla pietatis impletus est sed totus in paleas, leuitate mentis euanuit, sustinebit exurentē, se, arearū laborē. Iudas verò feliciore cōditiōe succedet iugo timoris, nā defixo præceptorū vomere, inter bonum malūque discernet, glebāmque pectoris sui, studiis religionis, edomans, sementem scientiæ, cum opere iustitiæ & misericordiæ collocabit, eamque innouatis noualibus, de quibus videlicet exegerit siluestria virgulta, concredet, vt competens tanto opere respondere possit vbertas: Quod eo tempore videtur impletum, quo de manibus Sennacherib, Ezechiam totāque urbem, missum celitus liberauit auxilium. Denique sequitur: *Tempus autem requirendi dominum cum venerit quod docebit vos iustitiam.* Beatum quippe Ezechiam, commendandæ religionis studium habuisse, ita vt principis & doctoris munus impleret, Sacri loquuntur annales Neque enim Tribus suæ incolæ ad cultum Dei reuocasse contentus, per vicinas etiam regiones, in quibus aliqui de Israël capto translatoque remanserant, nuncios atque edicta disperfit, vt ad cultum veri dei, repudiatis idolorum reuerterentur erroribus. Hoc est ergo quod dicit Ierosolimitas messum ire misericordiam, cum ad requirendum Deum, principis quoque iusticiam eos, docentes, deuotio concitaret. Quod sane opus atque munus licet sub Ezechia breuiter videatur effectum, tamen plenius à domino nostro, qui rex regum est, dominusque dominorum, per quem non vni Tribui aut regionis sed vniuersis terris atque nationibus lux pietatis ostensa est & virtutum disciplina contradita, docetur effectum. Propter quod & Apostolus dicit, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, nec vllam in vllō dantes offensionem, vt non maculetur ministerium. Tunc siquidem requirendi dominum, oportunum tempus apparuit, cum verbum caro factum est vt habitaret in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, plenum gratiæ & veritatis. Sed videamus & impietatem. *Aras reliquistis, iniquitatem messuistis, comedistis frugem mendacij, quia confusus es in viis tuis, in multitudine fortium tuorum, consurget tumultus in populo tuo, & omnes munitiones tuæ vastabuntur sicut vastatus est Salmana à domo eius qui indicauit Baal in die prælij, matre super filios allisa.* Sic fecit vobis Bethel à facie malitiæ & nequitiarum vestrarum. Per occasionem Effraim, cuius peccata per totū fere volumen exaggerat, mentio Iudæ fuerat intromissa: in quo, quid deuotio & fides, periculorum tempore, meruisset, apparuisset: hūc ergo commemorationis excursus breuiter adnotasse contentus, ad ordinem susceptę actionis reuertitur, & arguendis sceleribus Israël, insistit. Vos verò Samariæ populi, inquit, oppidō secūs quàm Iuda sæpe ac Benjamin, cum in discriminum extrema venisses, nequaquam in deo sed in tuis conciliis agminumque tuorum virtute es confusus: Fructū ergo recipies competente, vt populum ac munitiones tuas hostilis tumultus interimat atque subuertat, atque ad similitudinem, impiissimi ducis cui Salmana fuit vocabulū, consummaris, quem sicut in libro Iudicum legimus, Gedeon potitus victoria, extinxit, & vel cum ipsis necessitudinibus quas nōmine miserę parentis ostēdit, vel cum ipsa in qua regnauerat vrbe, quæ videri potest mater apellata,

lata, consumpsit. Sicut ergo Salmana, inquit, Gedeon qui Baal idolum destruxerat, internecione deleuit, ita & tibi fecit Bethel: In qua vrbe videlicet, statuisti idola, quę Dei tui desertor, adorares. More autem scripturarum vt cumulum profanitatis exprimeret, eadem verba geminauit dicens. *Sic fecit vobis Bethel, à facie malitiæ nequitiarum vestrarum.* Ergo facies malitiæ ex multiplici iniquitate composita, nihil aliud gestit ostendere, quàm dignum illos stipēdium, captiuitatem videlicet, pro suis moribus, percipisse. *Sicut mane transit, pertransit rex Israël, quia puer Israël, & dilexi eum, & ex Aegypto vocaui filium meum.* Iam supra dixerat, *Transire fecit Samaria regem suum quasi spumam superfaciem aquę.* Et nunc ergo idem repetere curauit, dicendo: *Sicut mane transit, pertransit rex Israël.* Id est, regnum gētis vestrę quod peccando desiderastis, peccando etiam deleuistis, Omnisque arrogantię vestrę pompa consenuit, quia regalis potentia quam ad similitudinem vicinarum gentium, concupistis, nihil vobis, sine auxilio meo, defensionis parauit. Propter quod, vos etiam propheta commonuit, Nolite, inquit, confidere in principibus neque in filiis hominū quibus non est salus. Exiit spiritus eorum & reuertetur in terram suam, in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Ita ergo, nihil illorum vobis insignia, sicut nec vestra illis, profuere suffragia. Totum siquidem quod videbantur posse, vel viuere, ea velocitate consumptum est, vt non diutius appareret quàm matutina crepuscula, quę, noctis videlicet digressu, & dies coartantur exortu, secūdum illud quod in simili causa apud Beatum Dauid legimus: Cū exorti fuerint peccatores, inquit, sicut scenum, & apparuerint omnes qui operantur iniquitatem in seculum seculi & vltra: Ita ergo & principatus israelis adherente criminibus vltione collapsus est, vt non tam floruisse quàm raptum apparuisse videatur. *Quia puer Israël, & dilexi eum, & ex Aegypto vocaui filium meum.* Huius versus vltimam partem, in personam domini nostri Iesu Christi beatus Mattheus Euangelij scriptor assumpsit, Dispensatoriē factum esse commendans, vt ad declinandum Herodis furorem, qui Redemptoris nostri persequebatur infantiam, ad Aegyptum, Ioseph & Maria pergerent. Oportebat siquidem illud impleri quod propheta pronunciauerat, *Ex Aegypto vocaui filium meum.* Quod igitur de populo dictū esset prophetę textus ostendit: hoc etiam ad personam Domini Iesu Christi posse transferri, Apostolica monstrauit authoritas, Per quem videlicet ea quę iudæis data erant diuinę pietatis insignia, & cumulatiūs nobis conferrentur, & gratiūs. Contextio verò explanationis, vim censoris ostendit, qui præteritę nobilitatis ad hoc inferat mentionē, vt eos grauiter vrat quos degenerasse cōqueritur. Enumeratis ergo criminibus denunciatisque suppliciis, intulit subito memoriam præteritę dignitatis, ac si diceret, *En dolor! en lachrimę!* & quod hoc genus hominum est, quod sub tanta vilitate censetur? Post quę veluti suscepta responsione, proclamat. *Quia puer Israël, & dilexi eum, & ex Aegypto vocaui filium meum.* Hic ille est, inquit, quem seuiente impietatis locata, dolores messuisse defleui, quę instar Salmana à Gedeone consumpti, populandum esse denunciatio. Hic inquam

est qui regnū suū fecit aboleri, vt tā celeriter quā diluculi potest tēpus esse, trāliet Hic, inquam, est qui de sanctorum stirpe descendens, in ipsis mihi consecratus fuerat exordiis, & inter tot gentes toto orbe dispersas, vnus populus qui Israel vocaretur, electus est: cuius merita, affectione præueniens, meum puerum: meum, inquam, filium nūcupaui, tantumque illi decus cū adhuc de Aegypto educeretur imposui, vt & vocibus quōdammodo panderetur & rebus, quia tantū inter istum populum & vulgus Aegyptium, apud me discrimen vigeret, quātū esse inter optimos filiorum & pessimos seruorum soleret. Cū ergo iam tunc super omnia liberationis miracula & libertatis illius dulcia, hoc à me cōpisset insigne vt meus filius diceretur, ad eō nunc ad profanitarum ima defluxit, vt mei sui que pariter oblitus, solis dēmonū cultoribus obediret: qui, ad probādum quā nihil religionis nihilque rationis in istius populi mente resideret, non elaborata quibus se ducerent ad mouere commenta, sed quasi pecudes ad exitium paratas, sic eos vocauerunt, & quod volebant, facili significatione traxerunt. *Baalim immolabant, & simulachris sacrificabant*, id est, ad cultum variorum Idolorum quibus erant diuersis ritibus seruituri, vocantes se, tanta facilitate sequuti sunt, vt desiderium eiusmodi, occasionis habuisse conuincerentur. *Et ego quasi nutricius Effraim, portabam eos in brachiis meis, & nescierunt quod curarem eos*. Interpositi duo versus, narrationis simplicis abrupte contextum: & per hoc, difficultatem intelligentiæ præstiterunt: Cæterum quod ait. *Quasi nutricius Effraim portabam eos in brachiis meis*. Illi sententiæ quæ est prælata, respondet. Id est, *O puer Israel & dilexi eum, & ex Aegypto vocaui filium meum*. Post hæc autem, quid scelerum perpetrasset interserens, in ordinem commemorandæ leuitatis reuertitur: quod quidem videtur ad contestandos indignationis fluctus valere: vt non videlicet vno tenore instituta curat oratio: sed etiam in tempore, quo, quæ sunt olim gesta, recoluntur. Vis presentatiæ cōquestionis erumpat, quasi etiam breuis dissimulationis intolerans. Ergo cū instituisset insignia antiqua contingere, vt degenerantis nimirum populi grauaret reatum, & quod spontanea pietate dilexerit eum, & quod filii appellatione decorauerit, exclamauit subito quod aures suas ministris dæmonum limphatibus permisissent & eos ita celeriter essent sequutivt nullum in assentiendo crearent laborē. Quod de impetu, vt diximus, conuersionis incertum: si paululum seponas, liquidum habebunt quæ sequuntur ad superiora contextum: id est, *Quia puer Israel, dilexi eum, & ex Aegypto vocaui filium meum, & ego quasi nutritius Effraim, portabam eos in brachiis meis & nescierunt quod curarem eos*: ac si diceret: nō est huius populi noua profanitas, quia signa mentis ingrata, inter ipsa mihi ostendit exordia. Nam cū illum filium nūcupassem, beneficis etiam delinea menta subiunxi, & quasi paruuli mei curam indulgentissimus nutritor exercui. Quidni, cū eum nec vastæ solitudinis molesta sentire permiserim: neque noui & longi itineris labore vexari: quasi funiculus eius, id est, sortitio, cū Adē videlicet primi hominis peccato, è fœlicitate decidisset, qui paradisi fuerat cultor & habitator effectus vt in laboratis

in laboratis copiis vesceretur: ita & iste, incomparata hominibus, & solis miraculis cōparata pabula poculaque suscepit, sicque solis charitatis vinculis eum alligauit ac præceptorum habenis. Ob hoc solum, vt tuti incederent, ora composui, ostendens me ideo ad eorum quietem deflexisse, vt oportuna quiete ac voluptate fruere: quippe qui non sentirent potētiā deprimentem, sed in illa necessitate per loca vasta cum illis gradientem: exaltatum haberent iugum, id est, remotum, sicut in curribus fieri videmus, in quibus iuga cū soluuntur, eriguntur. Ille tamen populus nec prouidentiam meam, nec indulgentiam, qua erat informandus & sanandus, aspiciens, semper mihi resultantis animum ostendit, donec ad eū in quo nunc est statum, pertinaci impudentia perueniret. *Non reuertetur in terram Aegyptiam, & Assur ipse rex eius, quoniam noluerunt conuerti. Capit gladius in ciuitate eius, & consumet electos eius, & comedet capita eorum, & populus meus ad reditum meum pendebit. Iugum autem imponetur eis simul quod nō auferetur*. Supra dixerat, *vocauerunt reos*, Sicut, *abierunt a facie eorum*: nunc verò, *noluerunt conuerti*, ait: Id est, quia pietate se auocantibus promptam obedientiam commodarunt, nunc, vt à proavis ad meliora remearēt, neque varia sunt afflictione compulsi. Nam cū amissis opibus de seruitutis mutatione contenderent, vt ægyptiis potius quā Assyriis subderentur, ne hoc quidem obtinere meruerunt, quoniam immobilis est quæ de nostro processit ore sententia: illos videlicet haud aliis interim, quā Assyriis esse dominis seruituros. Vnde in opus suum vltio inchoata gradietur, vt perumpat gladius ciuitates, omnemque nobilitatem ferrum pariter flammæque populetur, cunctaque hostes, quæ solent diuitibus chara esse, diripiant. Sic populus hic olim meus, omnibus viribus, cunctis etiam solacis destitutus, ad meum reditum tarda expectatione pendebit, seris videlicet precibus, & gemitibus ingratis, vt ei auxiliator fieri digner exposcēs. *Iugum autem imponetur eis simul quod non auferetur*. Inefficaces videlicet fuisse lachrymas suas rebus probabit, quia non refigam† istam promulgationem quam coactus multis eius sceleribus tandem in opus exire mandauit. Et quia dixerat manere decretum, iugumque eos Assyriæ captiuitatis protinus subituros, schema etiam deliberantis assumit, quali videlicet vltione reos consumat, proponitque exempla vrbium quas delatum cælitus deleuit incendium. † *Quomodo dabo te sicut Adama, apponam vt Seboim? Conuersum est in me cor meum, pariter conturbata est penitudo mea. Non faciam furorem iræ meæ, & non conuertar vt disperdam Effraim: quoniam Deus ego & non homo, in medio tui sanctus, & non ingrediar ciuitatem. Ea quæ olim fuerunt gesta recolendo, ostendit & Israëlitas non minus quā Sodomitas vel posse vel meruisse consumi; se tamen beneficiorum memorem quæ in honorem sanctorum parentum etiam immeritis eorum liberis contulisset, nō ea vsque adeo velle rescindi, vt eos effusa penitus interneccione consumat. Et ideo, se quasi paterno affectu motum esse concussūque denunciatur, & quandam pœnitentiam suscepisse, quod Sodomitarum perniciem Israe-*

*melius refringam.*

*Hic deest quod habetur in Editione vulgata: Quomodo dabo te, Ephraim, protegā te Israël.*

li, vel sub deliberationis specie fuerit comminatus: subiicitque continuo, *Non faciam furorem iræ meæ, & non conuertar ut disperdam Effraim.* Id est, nõ eò vsque clementiam meam indignatione mutabo, vt nullum de Israelitis superesse permittam, *Quoniam deus ego & non homo:* cuius beneuolentiã videlicet venis vndantibus effluentem, exhaurire non posset offensio † protinus subituros scema etiam deliberãtis offensio: vel cuius dispositionem, dicata semel firmitate gaudentẽ, ingratorum culpa nõ mutet. Quod & magister gentium breuiter indicauit, dicẽdo: Sine pœnitentiã enim sunt dona & vocatio Dei: dico enim, inquit, nunquid repulit deus plebem suam videlicet quam antè præsciuit? nunquam illam patietur impiarum gentium more deleri. Et nunc ergo, cum debitas plagas pollutis denuntiasset agminibus, habere se tamen rationem eorum quibus sit parciturus ostendit. *In medio,* inquit, *tui Sanctus, & non ingrediar ciuitatem.* Hunc versum Hieronim. cum vellet exponere, perrexit enumerare qui ciuitates cõdidisse legerentur, & ait primum Cain urbis sibi præsidium comparasse, postea etiam nonnullos criminibus insignes fuisse urbium conditores.

## ANNOTAT.

Miror qui venerit in mentem viro sancto, & qui nil minus quam calumniator audiit hæc D. Hieronimo adscribere, cum longe alter dicat in huius loci interpretatione quam hic habetur: nisi forte in alia quam nos commentationis huius exemplaria inciderat Ruffinus.

Et ideo, Deum commendantẽ propriæ reuerentiã sanctitatis, dixisse quoniam ciuitatẽ caueret intrare: atque in hunc modũ porrexit asserere, sanctos quosq; & vitã suam philosophiã mancipientes, celebritatẽ vrbium declinare & montiũ secreta diligere. Talem autem explanationis colorẽ, quis sine irrisione consideret? Neque enim hîc Deus noster, dicendo se non ingressurum ciuitatem, vrbes generaliter pronunciauit horrere, de quo dictũ legimus: Diligit dominus portas Syõ super omnia tabernacula Iacob: & Deus in medio eius non cõmouebitur: Adiuuabit eam deus vultu suo. Sed quoniam commemorationem induxerat Sodomorum vicinarumque vrbium, quas sicut in libro Geneseos legimus, vt deleteret, ingressus est, dixeratque: *Quomodo dabo te Effraim? quomodo expugrabo te Israel? Quomodo dabo te vt Adama, ponam te vt Seboim?* Intuleratque continuo: *vt non faciam furorem iræ meæ, & non conuertar ut disperdam Effraim,* consequẽter adiecit: *Quoniam deus ego & non homo: In medio tui sanctus, & non ingrediar ciuitatem:* i. de omnibus populis vos elegi, quibus peculiari numine præsiderem, idque in honorem parentum vestrorum qui mihi acceptissimi vixerant, decreui atque promisi, quòd & si offensionem meam sacræ legis temeratione meruisses, visitarem iniquitates tuas, misericordiam autem meam non penitus auferrem, vt te nimirum sinerem interneccione consumi, memoriamque tui nominis prorsus aboleri. *Et quoniam Deus ego & non homo:* cuius scilicet decretum variatio nulla conuellit: ideo in medio tui versor quidem æterna sanctitate conspicuus, per quod in peccata tua castigator insurgo, & fœdera quæ cum patribus tuis sunt percussa non

non temero, vrbes tamen tuas nequaquã ita ingrediar vt Sodomæ portas, cum delenda esset, intraui. Et quoniam intulerat de prosperorũ parte sermonem, non fuit contentus dixisse, quia nequaquam Israelitæ instar aliarum gentium disperirent, sed quid etiam aliud de eis ordinauerit misericors percurrit, atque illius temporis quo soluta captiuitate ad solum patrium reducendi essent, intulit mentionem. *Post dominum ambulabunt quasi leo rugiet, quia ipse rugiet & formidabunt filij maris, & volabunt quasi auis ex Aegypto, & quasi columba de terra Assyriorũ. & collocabo eos in domibus suis, dicit dominus.* Quid vtique, ait, mirum, si vltionem tum maxime calentẽ pietas nostra moderetur, cum in hoc ipso iam tempore gaudia conferendæ liberationis informem, nec celatum esse velim, quanta eos maiestate & de seruitute barbara liberare, & ad regionem patriam reuocare disponam? Veniet, inquam, tempus vt me vindictæ operam capeffente filij maris, hostilium videlicet turba nationum haud leuius terreantur atque diffugiant, quam gurgites rubri maris Israël transeunte sunt discissi. Dauidem iussiois potentia in principem Aegyptiorum reflui, qua in salutem piorum fuerant paulò ante suspensi. tam igitur ex Aegypto, quò post Babylonium triumphum Israelitæ confugerant, quam de Assyriorum regione quò eos Sennacherib abduxerat, quasi columbarum agmine reuertentes, nidos pristinos, auitas videlicet regiones, stabili habitatione complebunt. *Circumdedit me in negociatione Effraim, & in dolo domus Israël. Iudas autem testis descendit cum Deo, & cum sanctis, fidelis. Effraim pascit ventum, & sequitur æstum. Tota die mendacium & vastitatem multiplicat, & fœdus cum Assyriis iniit, & oleum in Aegyptum ferebat.* Cum inter comminationum fremitus, quos illius temporis ratio postulabat, per excessum breuem, liberationis gaudia contigisset: ad consequentiã susceptæ actionis regressus, Effraim studia, vel quasi mœtus vel quasi indignatus exsequitur: sedulo curans, sicut frequenter notaui, denunciatis suppliciis subtexere species magnitudinesque culparum, quæ nihil inuidiæ commotioni eius relinquunt, ostendantque illa supplicia non vitio sed iudicio fuisse prolata. Sic ergo quæ sunt per excessum interiecta, ponet facilem præsentis versus ad superiora contextum: id est, Iugum imponetur eis quod non auferetur. *Cum itaque circumdedit me in negociatione Effraim, & in dolo domus Israel,* id est, sicut quidam negociator malus, fraude quam mihi intulisset populus lætabatur, putabatque, cum precabatur, se illudere: nec quia clementiã meã nouerat subuenire vexatis, plagarum tempore suum confitebatur errorẽ. Sed quia cor eius non erat rectum mecum, nec emendationẽ fideliter promittebat, instar illius Pharaonis, qui vbi primũ à calamitatibus respirasset, ad flagitia recurrebat: vel certe vt in ipso libri volumine exprobrauit propheta, quia aurum & argentum cæteraque vel ad victum vel ad cultũ pertinentia quæ à Deo susceperat, idolorum cultui mancipabant. Idem nunc quoque voluit intelligi negociatum Effraim in suam contumeliam, conquerendo: cum videlicet mentiretur se ab idolis, cuncta quæ à deo per-

ceperat, consecutum. Sed cum decem Tribus sub regibus qui in titulo præferuntur, his quas diximus iniquitatibus sordidissent, *Iudas* adhuc aliquantum à fratre dissimilis descendit cum deo testis, & cum sanctus, fidelis. Id est religiosum ducem Ezechiam secutus, studuit maiestatem diuinæ protectionis & fidem promissionis ostendere, atque in eius viribus, salutis suæ fiduciā, vel inter extremas miseras collocavit: Sicque liberari, mirabili defensione, promeritus, ostendit nec patres suos fuisse deceptos qui hunc vnum deum tota mente coluissent, nec se potuisse diluuii captiuitatis operiri qui veraci propugnatione gauderet. Ad competentes igitur fines, populus vterque peruenit, vt verum deum sequutus & *Iudas* patrum sanctorum & miraculorū testis euaderet. Samaritæ verò, sicut falsos deos relicta veritate coluerunt, ita ventis pasci, secuti æstuum, id est, vanitates & perniciem, deteguntur. Relicta quippe propugnatione Dei, quæ meritis erat impetranda non precio, tum ab Assyriis tum ab Ægyptiis auxilia mercabantur, & Assyriis videlicet pecuniam, & Ægyptiis oleum, id est, munera soli fertilia destinando, per vnam quippe speciem, multa signavit: Quod ergo secutum est audiamus. *Iudicium Dei cum Iuda, & visitatio super Iacob. Iuxta vias eius, & iuxta adinventiones eius reddet ei.* Nominem *Iacob*, decem tribuum populos indicavit. Diuersitas studiorum, inquit, diuersitatem quoque expugnationis † exegit, vt iudiciū Domini pro Iudæ salute consisteret, Samaritas vero visitatio seuera percelleret. *In utero supplantauit fratrem suum, & in fortitudine sua directus est cum Angelo, & valuit ad Angelum, & confortatus est, & fleuit, & rogauit eum. In Bethel inuenit eum, & ibi locutus est nobiscum, & ad dominum deum tuum conuerteris. Misericordiam & iudicium custodiet, spera in deo tuo semper.* Recordatur, vt supra cœpit, nobilitatis antiquæ, vt quicquid honorum stirps electa promeruit, vel quicquid virtutis ostendit, ad arguendum posterorum vtilitatem proficiat. Ac si diceret: En quo parente generati, ad quæ ludibria peruenierunt. Quantumque à priscorū degenerauere virtutibus, *Iacob* siquidem ita fuit appetens gloriæ, † vt antequam in hanc lucem de utero matris exiret propheticū inierit cum fratre certamen. Quodque vix ipsa natura credi permetteret, plantam germani cui erat etiam primogenita non fraudibus sed meritis erepturus, inualit. Auspicium ergo lucis cum testimonio dignitatis assumpsit, ostendens videlicet, quod placita deo polleret generositate, cui frugem secururæ virtutis contigisset etiam ante sentiendi tempora, polliceri: Sicque deinceps, cum adiuuenilem venisset ætatem, & percepta iam primogeniti benedictione conspicuus, trucibus fratris appeteret insidiis, longum exilium, consilium sanctæ matris secutus arripuit: nullisque de † humanis opibus, cæterum Dei tantum cui apud Bethel sibi apparenti decimas nouerat, confusus & prosperatus auxilio, virtutum ac virium suarum magnitudinem, quam ante experimento nesciebat, agnouit. Nam cum post longi temporis spacium, ad habitationem paternam locupletatus rediret, & subito germani territus fuisset occursum Ange-

melius  
visitationis

forte melius  
gratiz

alias  
nec de villis  
humanis  
opibus, sed  
dei tantum,  
& c.

Angelus in specie hominis ei obuiauit dignatusque est cum timente luctari, ita sanè vt non illum exerta maiestate deprimeret, sed quasi æqualis cum æmulo, inferiorue certaret. Quod vbi beatus *Iacob*, vt scilicet robore, ita etiam prudentia oculatus, aspexit, videlicet dominum suum magna pietate se ideo submittere, vt quæ de serui sui sublimatione dispo- fuerat, indicaret, id est, quod eo protectore sublimandus esset quo col- luctatore penè exitisset superior, fieretque ad intelligendum idoneus, quod ita cum nemo mortalium violaret vt nec superior natura id ipsum posset efficere. Proinde cum tam profundum consilium patriarcha sensisset, spiritum illicò humilitatis non elationis assumpsit, & vt benedicere- tur ab eo cui videbatur præualuisse, lachrymosis supplicationibus depo- poscit. Nec illa colluctatoris sui simulatione deceptus est, vt se quasi fortio- rem putaret: sed sicut ad ferendum aduersa magnanimus, ita ad dignoscen- dum occulta sollicitus, intellexit ipsum esse qui se cōprehensibilibus ima- ginibus dignaretur induere, quem vidisset apud Bethel, scilicet à terra in celū <sup>Deus lucta- tus cum Iacob.</sup> pertingentis cornibus innitentem. Ibi ergo breui compellatione didicisse meruit, & quanta esset diuinitas apparentis, & quod serui fidelis offi- cium, sine quo Deo penitus placere non possit, vt omnipotentiam videli- cet credat & fateatur authoris, eique tota mente per omnem vitæ suæ con- fidat ætatem. *Dominus deus exercituum, Dominus memoriale eius*, Id est, ita Dei tui memor esse debebis, vt ipsum semper propugnatorem dominum- que fatearis. Sed hoc ad dogma respicit: a parte verò morum, studium iusticiæ misericordiæque custodis. *Spera in deo tuo semper*, vt, vel cum eo continua virtute consistas. vel si fuerit interpolata deuotio, ad eum, sus- cepta emendatione, concurras. Quas virtutis regulas, ad beatitudinis api- cem certo tenore ducentes, & scilicet exercuit, & posteris suis custo- diendas reliquit. Vnde & ex exiguo loco, in tantum dignitatis ascendit vt terra repromissionis ipsius posteris traderetur. *Canaam in manu eius sta- tera dolosa, Calumniam dilexit & dixit Effraim. Verumtamen diues effectus sum, inueni idolum mihi, omnes labores mei non inuenient mihi iniquitatem quam peccaui.* Cum generosa beati *Iacob* facta narraret, à quo posteros suos dege- nerasse conqueritur, *Canaam* subito intulit mentionem, non vt ad gen- tem aliam transfret oratio, sed vt more prophetarum, per nimiam indigna- tionem, *Canaam*, ipsos israelis posteros, nominaret, cui nimirum si- miliores moribus extitissent. Hanc autem inuectionis speciem, & apud alios quidem, sed præcipuè apud beatum *Esaiam*, & *Ezechielem*, & apud *Danielem* cum senes adulteros conuinceret inuenimus. Huius ergo te- nore censuræ, in præsentī quoque loco commemoratio *Canaam*, id est, profanæ gentis inducta est, vt fieret sensus eiusmodi: Sed quid ego varia insignia paternæ generositatis euoluo, à quibus turba ista quam desleo tanto spacio dilapsa conuincitur, vt non immeritò soboles *Cana- am* nuncupetur? In eius ergo manu, calumniam diligenti statera, sed nimis dolosa consistit: quod eò valet, vt ostendam illum non errore sed studio potius iudicioque delinquere. Vbi enim talis animæ versatur af-

fectus, vt non impetu aut negligentia, sed cum deliberatione, quasi suspensis ab vtraque parte ponderibus, nefanda committat, dicitur peccasse sub trutina. De quo sensu illud etiam apud beatum Dauid legimus: Verumtamen mendaces filij hominum in stateris, vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum. Cum ergo hoc præcipuum sit humani ingenij munus, vt quid obedire debeat, quid vitare, perpendiculo rationis & momētis collationis examinet, profanatus populus veritatem in mendacio detinens, admouit quidem stateram negociis sed doloſam: melioribus videlicet deteriora præponens, & noxiis magis quàm vtilibus adquiescens. Quòd autem ait, Calumniam dilexit: potest & ad illud referri quod in superioribus accusauit: id est, quòd tantam impudentiam plebs ingrata quasi obscena mulier induisset, vt ei omnia quæ vel ad cultum, vel ad victum, rerum vnicus creator contulerat, à suis id se consequi amatoribus mentiretur. Propter quod iratus dominus, ablaturum se & lanam & linū quæ operiebant eius ignominiam, repromisit, vt ingratorum scelera, deformitas & nūditas secuta, conuinceret. Huius autem calumniæ denotantur apud beatum quoque Hieremiam. Nam cum denūciatis per multos prophetas cladibus Hierusalem interiisset, atque tota gente Iudæorum in Babiloniā translata, pauci ad colendos agros essent relictī, tantam mentis suæ in delinquendo pertinaciam publicarunt, vt dicere non timerent, quia ex quo reginam cæli colere, atque reliqua vicinarum gentium idola destitissent, ex illo quoque tempore, cuncta eos aduersa sequerentur. Ergo eiusmodi opinionibus, vero & clementissimo Deo quasi calumniam commouebāt, falsissimè prædicando, scælices se habuisse dies cum ab eo discederent, miseros, cum ad illum redirent. Proinde fallax mentis trutina, Canaam magis illos quàm Israëlī fecit posteros nuncupari, non momentaneo vt diximus impetu, cæterum † explorata impietate peccantes: & ideo veri iudicij pondera non habentes, in rebus breuissimis, & vmbraſum instar elabentibus, salutis & prosperitatis suæ fiduciam collocabant. Omnes, inquit, labores mei non inuenient mihi iniquitatem quam peccavi: Id est, cum perpetratis sceleribus vrgerentur, tamen tutos se fore elaboratis opibus autumabant, tantum se opulentia collegisse dicentes, vt ad eos non posset ærūna peruadere. His proinde stateræ suæ fraudibus ludebantur, cum Deo excelso adiudicandi † operum prodeunte, putarent, quòd supellex varia vel pecunia conclusa reos protegeret. Et ego dominus Deus tuus, ex terra Aegypti, adhuc sedere te faciam in tabernaculis, sicut in diebus festiuitatis. Staterę ergo illius, id est, deliberationis tuę fraudes exitu rerum attestante cognosces: vt, quod ratione noluiſti, angore fatearis me esse vnicum Deum tuum, qui te à tempore liberationis Aegyptię, in peculiarem populum sum mihi dignatus adsciscere. Cuius animaduersione, adeo, nullis aut præfidiis, aut poteris diuitiis submouere, vt non solum denunciata seruitutis iugum subire tibi necesse sit, verum statutis sub ea manere temporibus, quibus demum euolutis, gaudia libertatis postrema gustabis. Ergo hoc sensu, inter comminationis fremitus, aliquid de prosperis videtur illatum

al. sed.

melius,  
ad iudiciū

tum, vt ad confirmationem præcessuræ captiuitatis valeret, ne quis ambigeret inferēdas miseras, quas didicisset succedentibus prosperis terminandas. Possemus autem etiam illud adferre, quòd ex vsu nimirum scripturarum veniret, denunciationem permisceri tristium vel lætorū, vt nec continuata gaudia mentes resoluant, nec tristia continua debilitent. Sed illum priorem sensum loci videtur iuuare contextus. Denique sæuera, vt cæperat, oratione progreditur: Locutus sum per prophetas, & ego visiones multiplicauit, & in manu prophetarum adsimulatus sum. Nunquam, videlicet, deposui curam mendendi, sed per prophetas meos, tam loquendo restiti quàm gerendo, vt prouidentiam meam intelligerent atque faterentur, qui tanta eis indulgentia consulebā, vt non satis dignas maiestate mea species, in quibus propius eis conuersaret, assumerem in manibus, Ergo † idem, operibus in oculis prophetarum non sum dedignatus his assimilari formis siue personis, quæ & si clementiā decerent, vt est illud quod paulò ante dixi, quia vt formidinem de corde Israëlī expellerem, personam inualidi luctatoris assumpsi, vt beati Moysi tempore, transfigurari in igne quo rubus non consumeretur, elegi, velut agni sanguine Israëlitarum limina communiui, multaque alia quæ in hunc modū diuersis temporibus acta legimus: vt appareret videlicet deus noster in his imaginibus quas dispensatio suscepta poscebat, non quæ maiestati illius competebant. Sed videamus reliqua. Si Galgal idolum, tamen frustra erant in Galgal bobus immolantes. Post eorum commemorationem quę clementer egisset, reducta est vnde fuerat inchoata conquestio, suo sensu, eiusmodi. En quæ scelera ingrata plebis experior post tot beneficia mea, post tot dona, totque miracula apertos in cōtumeliā meā sectatur errores, & nō aliqua argumentorū subtilitate decepta, cōfesse amentia subiugetur! Si Galgal idolum: tamen frustra erant in Galgal immolantes bobus: De quo loco, & sup radixit: Omnes nequitie eorū in Galgal. Per causale ergo cōiunctione, id est, Si, sententiā cōuincētis induxit: Id est, cum nulli sit dubiū, solas esse in ipsis locis brutarū pecudū imagines collocatas, in quibus utique, & si ipsas pecudes statuissent, supplicantiſſimis tamen prodesse non possent: nunc verò, cum rerum vilium viliora illic simulachra sentiendique ignara visantur, neque sibi neque aliis quampiam vtilitatem datura, tamē frustra erunt in Galgal bobus immolantes: ac si diceret, crederetur ne hoc committi posse, antequam fieret, vt apertam stultitiam & profanitatē, nihil in se amplius quàm reatum vltimum continentem, plebs quondam virtutibus clara sequeretur: postquam illos ritus & maiestate reuerendos, ad vilia fanaticorum instituta descenderet, atque idola, vel mediocriter sapientum subiecta dirisui, frustra, id est, absque vlla vel breuis commodi vtilitate suspiceret? Sed cum esset amentia clarior die si homines pecudibus supplicandum putarent, fore tamen turbas, quæ sibi a boū imaginibus scælicitatem conferri posse arbitrarentur †. Nam & altaria eorum, quasi acervi super sulcos agri. Consequenter autem profanos ritus, obseruationum quoque vilitas ipsa conuincit, vt sine aliquo locorum delectu aras extruant, & probrosos deos

for. melius  
institi.† melius  
ego.Hic deest.  
quis vnquā  
existimat  
ser  
vel simile  
quidpiam.

tumultuariis venerentur altaribus. Ergo quasi cum gemitu & admiratione quam differuimus prolata vox est: *Si Galgal Idolum, tamen frustra erant in Galgal bobus immolantes. Nam & altaria eorum quasi acerui super sulcos agri. Sed quid subiiciat, audiamus: Fugit Iacob in regionem Syria, & seruiuit Israël in uxorem, & in uxore seruiuit. In propheta autem eduxit dominus Israël de Aegypto, & in propheta saluatus est. Quia non historicæ narrationis tenore, commemoratiōem intulit antiquorum, sed sub impetu & dolore degeneres posteros arguēdi, recoluit facta maiorum, ideo quasi fluctuabundus sermo progreditur, ut inuicē sibi exprobratio laudatiōque succedat, obiurgationique pondus, prædicatio antiqua nobilitatis adiungat. Proinde, ut instituerat, labores beati iacob, qui & israel appellatus est, prouentūque dinumerat. Cuius utique nomine, gens tota signatur. Propter quod & ipsius præcipuē intulit mentionē, atque ut dicere cœperamus, iacob ille de cuius stirpe descendunt, consiliis sanctæ matris obtemperans, in Deo suo tantum spem ac fiduciam futuræ prosperitatis reponens, regionem patriam dereliquit, ac Mesopotamiæ fines solus atque exul intrauit, nullum habens nisi de generosa indole commédationis auxiliū. Cuius conciliatu statim societatem eius Laban auunculus concupiuit. Et ne gratuitus esset labor generosi iuuenis, amatæ virginis nuptias toleranda septennij seruitute despondit: in quo tempore cum magna eius fides industriaque patuisset, seruitutis & nuptiarum geminata conditio est. Hoc est enim quod ait, *in uxore seruiuit*: id est, officium pastorale pro impetrādis nuptiis, sicut historia narrat, exercuit. Quod autem ait, *Et in uxore seruiuit*, id est, coniugij mercede proposita, gregem foci custodiuit. *In propheta autem eductus est, quoniam eduxit dominus Israël de Aegypto, & in propheta seruatus est.* A paruis nempe exordiis, & adeo paruis ut opere mercenario pasceretur, usque ad eam magnitudinem populi diuitiarumque peruenit, ut eum iam Aegyptus tota quodammodo capere non valeret, atque ut primò fœlicitati eius inuiderat, sic deinceps liberationi & Pharaon cum suis periret agminibus, illamque attritæ Aegypti gloriam, haud humanis viribus, ceterum tam declarandis patrum meritis quam instituendis sacris ritibus agnosceret se consecutum. Nequaquam verò in duce aliquo bellicoso, sed *in propheta seruatus est*, videlicet beato Moise qui eum famosis illis, quæ legimus; miraculis vendicauit. Quæ ergo erit satis digna conquestio quod gens quæ fuerit tam illustri stirpe conspicua, nunc stultitia insignis & solis agat famosa criminibus? *Ad iracundiam me prouocauit Effraim in amaritudinibus suis, & sanguis eius super eum veniet, & opprobrium eius restituet ei dominus suus.* Commemoratio patrum reddidit filiorum crimen horridius, idque indicat exclamatio subiecta censoris, qui se ad amaritudinem & indignationem, quæ in peius ultimum iret, adactum esse testatur. Et ideo vigorelicet pronunciantis insurgens, à se tamen vindictæ ipsius repellit inuidiam, elaboratisque suppliciis Effraim interiisse denunciat, qui salutariū disciplinarum defertor se prorsus auctore & degenerauit & corruit. *Loquente Effraim horror inuasit Israël, & deliquit in Baal, & mortuus est, & nunc addide-**

osea cap.  
13.

*addiderunt ad peccandum, feceruntque sibi conflatile de argento suo quasi similitudinē idolorū factura artificum totū est: his ipsi dicunt, Immolate homines, vitulos adorantes.* Induxit eorum quæ à tempore diuisarum tribuum commiserant mentionem, sed eo ordine quem indignatio magis quam narratio postulat. Effraim siquidem, in præsentī loco, Ieroboam principem diuisionis appellat, qui, ut simulachra vaccarum populus veneraretur, edixit. Postea verò Baal idoli cultum, Acab cum Iesabel suscepit, quam profanitatem Hieu seueritate congrua legitur vindicasse. Proinde, ista idolorum consecratio, & prima cæpit in populo, & ultimo tempore conqueuit. Sed cum hic sit historiæ ordo quem diximus, nunc partem eius mutauit inuectio. *Loquente, enim, Effraim, id est, ad cultum dæmonum cōuocante Ieroboam: horror Israelem inuasit.* Videlicet enim timorem illicō superstitionis assumpsit, & quasi verum numen extimuit: vel certè eum colēdi suscepit effectū, per quem æterno iudici mereretur horreri. Neque hoc perpetrasse contentus, aliis quoque sacrilegiis colla submitit, & Baal instituta cōplexus, calamitatum etiam experimenta per sensit, neque vllum studium emendationis assumens, ex illorum ruinis qui varia hostium inruptione corruerant, vel cum Hieu vindicāte ipsum idolum cum suis cultoribus debebatur: nullus tamen, inquit, in istis excitari potuit correctionis affectus. *Sed nunc, inquit, addiderunt ad peccandum, feceruntque sibi conflatile de argento suo, quasi similitudinē idolorum:* non utique quod post tempora Achab vitulorum cœperint simulachra venerari, sed quod ea quæ nec post castigationē reliquerunt addidisse dicantur. Ipsa enim profanitas, nisi rebellibus studiis, augetur, nec posset esse continua. *Factura, inquit, artificum totū est: his ipsi dicunt Immolate homines, vitulos adorantes.* Hoc non sine ratione repetiuit, toto iam volumine ventilatum, sed ut fieret sensus eiusmodi: *Quia leui t̄ rerum, et si nouitas incauta cōciliet t̄ mora tamen examinante profectō vilescūt, nec continua veneratio, nisi his quæ certis pollent insignibus, exhibetur. Hic autem cum vilitatem & vanitatem operis, ut ratio ita ætas longa detexerit, id est, numinibus gentium, non dico potestatem, sed nec formam vllam in esse nisi cum t̄ manus opificum fingendi gnara tribuisset, profanus tamē populus, ariolorum vocibus libenter auscultat, nimirum imperantibus, ut vitulis ratione sensuque carentibus supplicent homines, precum ac victimarum oblatione famulantes: *Incirco erunt quasi nubes matutinæ, & sicut ros matutinus præteriens, sicut puluis turbiniis raptus, & sicut fumus de fumario.* Suprà dixerat quod sanguis eius super caput illius esset, & opprobrium eius restitueretur ipsi, & nunc idem repetiuit vel execrādo cumulauit, quod quoniam extreme se stultitiæ subdidissent, honorem videlicet dei ad simulachra pecudum transferendo, & ipsi ita viliter disperirent ut fumus, ut puluis, ut ros, ut nebulæ matutinæ solis radiis consumantur. *Ego autem dominus Deus tuus eduxi te de terra Aegypti, & deum absque me nescies, & saluator non est præter me.* Horum versuum est ad superiora contextus, ut fiat sensus eiusmodi: Cum à ceruicibus tuis iugum Aegyptiæ dominationis excuterem, maiestatemque meam fœliciter, cum mancipareris, il-*

aliquando  
melius,  
leuitati  
Hic vide-  
tur deesse  
gratiam, re-  
uerentiam,  
vel quid-  
piam tale:  
for. melius  
quam.

Iustribus illis miraculis intimarem, istud quoque absoluta voce constitui, ut gens meo cultui semper intenta, nulli vnquam alij quasi Deo subderis, quia nec inuenires alterum qui tibi præstaret salutem, quia tunc videbaris elementis seruientibus fuisse colligata. *Ego cognoui te in deserto, in terra solitudinis.* Sed quid nunc ego, inquit, ad sacrilegia tua quasi noua commouear, cum in illo ipso liberationis tuæ tempore, talem te qualis nunc degeris, id est, ingratum & contumeliosum semper sim expertus? Quod autem, *in terra solitudinis*, adicere curauit, illud utique voluit intelligi, quia non eos semper exempla corruerint: quando quidem & in illis deliquerint locis, in quibus nullos quos imitarentur habuerunt. *Iuxta pascha sua adimpleti sunt, & saturati sunt, & leuauerunt cor suum, & oblitii sunt mei.* Cū beneficiis meis, inquit, nequaquam deuotione, cæterum improbitate gens tota certabat, quod ut facile clareret illis temporibus, etiam ista connectit & per inuentionis tenorem, ad præsentem à qua exorsus erat recurrit ætatem, breui tamen transcurfione sermonis, illius quoque sententiæ inferens mentionem quæ in Deuteronomij Cantico, beato Moyse denunciante, fuerat prolata, id est, Satiatus est & impinguatus, & calcitrauit dilectus ut faceret sibi deos nouos, sicut panem hordeaceum, quos nescierunt patres eorum. *Iuxta, enim, pascha sua adimpleti sunt, ait, & saturati sunt, & leuauerunt cor suum, & oblitii sunt mei.* Quam peccatorum seriem ideo præmisit, ut ultionem quam illaturus esset, non passione incitatam ostenderet, sed iustitia & ratione munitam. Sequitur enim, *Et ero eis quasi leona, sicut pardus in cœna Assyriorum: occurram eis quasi vrsa raptis catulis, & erumpam interiora iecoris eorum, & consumam eos ibi quasi leo: bestia agri scindet eos.* Eas calamitates, quas erat illatura hostium barbaries, docet iubente se esse & contingere: nec dedignatur commonitionem suam ferinis imaginibus explicare, quas & scit, licet non naturæ suæ sententiæ, tamen id est, damnatorum miseriam conuenire. Eleganter autem cum inter leonum hiatus, vrsam quoque posuisset, feritatem eius stimulis orbitatis exacuit, necubi comparatio illata decreveret. *Sicut vrsa*, inquit, *raptis catulis: Et dirumpam interiora iecoris eorum, qui me videlicet similibus affecere dispendiis.* Nam cum ego hunc populum mihi in filios multa sedulitate formarem, cordaque eorum quasi lambendo componerem, isti me, non solum optatis sed etiam elaboratis fœtibus orbauerunt, ea videlicet scelera perpetrando, quæ pernicietotius gentis exigerent. *Perditio tua, Israël, tantummodo in me auxilium tuum, ubi est rex tuus? Maxime nunc saluet te, in omnibus urbibus tuis: & iudices tui de quibus dixisti, Da mihi regem & principes. Dabo tibi Regem in furore meo, & auferam in indignatione mea.* Questioni oportuna sententia, & quæ non nisi pietatis norma dissoluat. Ex persona enim Dei dicitur, *perditio tua, Israël, tantummodo in me auxilium tuum.* Atqui tunc est fidelium certa defensio, cum in Deo liberationis fiduciæ collocatur. Et hoc est quod in profanatis populimoribus beatus propheta per totum volumen accusat, quia non in Dei, sed in fauorum propugnatione considerent: quomodo nunc ergo, quasi ordine commutato, manifestam israeli nunciat impendere perniciem? quod

quod eius salus in solius Dei virtute cõsisteret? Animaduertenda igitur illa distinctio quæ id quod ambiguū putabatur illustrat: nō enim hic irridet fide plebis, in sola Dei potetia sp̄ sui gaudij reponētis (quod utique cur̄ nō fecisset, offenderat) sed pronūciauit tantum impedere plagarū, ut auxiliū ferre nisi diuina virtute sola nō possit. Ergo imminet, ait, *perditio tua Israël, tantummodo in me auxilium tuum.* Quod si diligēter cõsideres, nō solum nō absurdè, sed etiā moraliter & de vsu sermonis humani videbis illatū. Inde est enim quod si quādo vel graui morbo aliquē, vel desperabili calamitate oppressū viderimus, sp̄ eius in Deo esse dicimus: nō utique mētis officiū, sed p̄odus cladis quæ deprimat, indicātes. Indubitata igitur, inquit, perditio te cõprehēder, & de qua nemo nisi omnipotēs possit eruere: quē quoniā tibi infensum criminibus reddidisti, superest ut ab exitio inhiante rapiaris. Quē sensum ut faceret lucere, subiicit: *Ubi est rex tuus? maxime nūc saluet te in omnibus urbibus tuis: & iudices tui de quibus dixisti, Da mihi regem & principes.* Secundum cõsuetudinē prophetalē, illū quoque populis exprobrat errorē quē recedētes à sacerdotali republica, in appetitu regis, habuerunt. Eū siquidē, quoniā de vicinarū gētū æmulatione cõtraxerāt, rebus malè cadētibus, cõsilia quoq; quæ præcesserāt arguuntur, ac si diceret: Vetus tibi est ista demētia, ut videlicet, melius te tibi quā me putes posse cõsulare: de cuius opinionis exordio, principes tibi dari ad similitudinē reliquarū gentiū postulasti. Nūc ergo, cõsulētū tuę fructus appareat, & cõtra indignationē meā, regū te tueatur industria. Debebāt nimirum docere te, quid profint potestates istæ tuis ambitionibus expetiræ. Sed trāseam⁹ ad reliqua. *Dabo tibi regem in furore meo, & auferam in indignatione mea.* Quidā regē in furore datū Ieroboā, qui separādis tribubus autor fuerit, acceperunt: ablatū verò indignatione, Osee, sub quo est Israël captus, intelligitur. Quod quidē, licet possit admitti, tamē, quoniā sub futuri temporis pronūciatu, vtrumq; signauit, i. *Dabo tibi regem, & auferam*, intelligi sententia potest habiliori cõpēdio: ut auferēdus nimirum Israëlita princeps, dandus verò pronuncietur Assyrius. Denique, ex more prophetali, post cõdemnationis sarcinam, quæ fuisset eius causa subiicit: *Colligata est iniquitas Effraim, absconditū est peccatū eius.* i. scelera quæ multis tēporibus perpetravit, ut nullis essent interpolata virtutibus sed funereo cumulata processu, quasi sub aliquo custodia signaculo, in memoria iudicis cõstituerunt: eorū, inquā, remuneratione † perfectum est, ut amissis libertatis insignibus, seruituti atrocissimæ subderētur, & eos do-  
lores angoresque sentirent, quos fœminæ solent in partibus experiri. *Ipsē filius nō sapiens, nūc enim nō stabit in cõtritione filiorū.* Iā & supra iisdē coloribus disputauit, quod patefactā stultitiā Israelis aduersorū attestatone signaret, atque meritorū deformitas, quæ aliquandiu sub prosperitate latuisset, erūnis demum cõarguentibus panderetur. Ergo esse te filiū & nō sapientia graui testimonio cõprobatur, quia in eo tēpore quo hostis irrupit nequa quā stare meruisti. Et quoniā stultitiæ nomine, prophanitatē notabat, cui decē tribus, sicut ab exordio voluminis arguit, toto se studio māciparunt, obreāque stultitiā, procella captiuitatis eos arripuit, opportune transit ad

melius cum.

melius cumulati-  
one.forte me-  
lius,  
& non sa-  
pientem,  
grandi  
testimonio  
&c.

Iudam, & eum non solum nomine, sed gestarum etiam rerum pandit iudicio, ut simul ostenderet, qui exitus filios sapientes teneret, sicut etiam eum qui insipientes maserat, publicasset. Ad prosperiora ergo quae sub Ezechia rege magnis collata sunt miraculis, propheticus sermo commigrat, & ait: *De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos. Ero mors tua, O mors: ero morsus tuus inferne. Consolatio abscondita est ab oculis meis, quia ipse inter fratres diuidit. Adducet vrentem ventum dominus de deserto ascendentem, & siccabit venas eius, & ipse eripiet thesaurum omnis vasis desiderabilis.* Primum, ut solet, prosperis pollicendis gaudia liberationis annunciat: postea vero, eadem voluptate, vltiones accumulatur. Ergo, *de manu mortis liberabo eos:* id est, cum in tantam rerum difficultatem venerint, ut iniecta manu mors eos comprehendisse ac tenere videatur, tunc ego liberator adueniam. Id autem praecipue exprimebat oratio beati Ezechiae dicentis, venisse dies afflictionis & opprobrii, siquidem venissent filii usque ad partum, & non esset virtus pariendi. Cum ergo apibus Assyriis vrgerentur, & urbem hostis obsidione clausisset, ita perniciis imminerebat, ut iam iamque videretur miseros voratura: sed quoniam diuinum auxilium iustis precibus impetrarunt, edidit illud grande miraculum, & centum octoginta milibus Assyriorum Angelo feriente deletis, liberatio piis votiuam replendit: secundum illud quod carmina sancta praecinuerat: *Iste pauper clamauit, & dominus exaudivit eum, & ex omnibus tribulationibus eius eripuit eum: immitet Angelos dominus in circuitu timentium eum, & eripiet eos.* Mors itaque & infernus, rex Assyrius & totus eius appellatur exercitus, quem se extincturum diuina sententia pollicetur: praemissoque fragore vindictae, ex suo more subdit causam quae indignationem illam mouerit. *Consolatio, inquit, abscondita est ab oculis meis, quia ipse inter fratres diuidit.* Habitum & verba lugentis assumpsit ut Assyrii crimen auerteret, & quasi ex persona Iudae, magis de fratris, id est, Israelitarum quos in captiuitatem Sennacherib duxerat, quam de propria calamitate solliciti, dicit oculos suos adeo maduisse lachrymis ut consolationem recipere non valerent, quod & rex superbus atque truculentus tristem inter fratres separationem esset operatus, in captiuitatem videlicet decem tribus ad regionem Mediae transferendo. Vbi sane diligens poterit lector inquirere, cur haec Iudae tribui quae discessionem fratris lugeat adscribatur affectio, cum supra de eodem negotio propheta loquens, impietatem ei exprobrauerit gaudiorum? Nam cum dixisset Efraim in desolatione erat. *In die, inquit, desolationis in tribubus Israel ostendi fidem: facti sunt principes Iuda quasi assumptes terminum: super eos effundam quasi aquam iram meam.* Cum ibi de expulsionem germanorum letati esse dicantur, per id quod agrorum suorum terminos dilatatos putarent, quomodo nunc inducuntur, expulsionem fratris absque vlla consolatione lugentes? quod gemina expositione valebat absolui: quia enim non de singulis, ut dixi, sepe personis, sed de totis agminibus sermo est: ideo in illa multitudine diuersos quoque mores intelligimus fuisse, unde & alia ex piorum personis, ex impiorum alia proferuntur. Consequenter ergo aliquatos illic fuisse colligimus, quos germanorum cōtristaret expulsio: plures vero quos

Medorum captiuos Sennacherib posuit in Hailam & in Abor iuxta flumen Gozan in ciuitatibus Medorum.

4. Reg. 17.

quos finium delectaret extensio. Sed videamus iam & alterum explanationis modum, qui ita nimirum valebit iudici, ut causis magis quam personis videatur aptari. Et necessitudinis quidem vox ista sit, quae prope finem libri propheta constituit, id est, calamitatem se expulsus fratris dolere, & vicissitudinem debitam hostibus imprecari: illud autem, quod quibusdam etiam voluptatem creauit, ad parricidas crimem aspiceret. ut fiat sensus eiusmodi, fuisse aliquos in quibus prophetas non solum leges, sed etiam naturae iura conturbauerit, ut in captiuitate fratrum non debuerit cōpati, maluerit gloriari. *Adducet vrentem ventum dominus de deserto ascendentem, et siccabit venas eius, et desolabit fontes eius, & ipse diripiet thesauros omnis vasis desiderabilis.* Vrentem de deserto ventum angelum dicit, qui Assyrium sub nocte vna deleuit exercitum: non quod in deserto angeli credatur habitare, quos quotidie faciem patris visere euangelica cōmēdat auctoritas, sed quoniam ob vindictae celeritatem (18500. siquidem sub vna nocte caesa referuntur) similitudinem ignis assumpserit, & deserti ad hoc intulerit mentionem, ut totum illud agmen afflatu potius quam operatu quoquam videretur absumptum. Sic enim & beatus dauid dixerat: *qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem.* Hanc ergo nunc adustionem de locis per ardorem solis inhabitabilibus signauit acciri, qui fontes Assyrios venasque. i. regem cum exercitu ac stirpe delet et. *Et ipse diripiet thesaurum etc.* Si consuetudinem prophetarum respicias, qui declinationes temporum non satis anxie ac diligenter obseruant, videtur Sennacherib regis collectam de triumphis opulentiam denotasse: ideo videlicet illum praedicta inflammatione consumptum, quoniam multa crudeliter egerit, nec avaritiam eius direpta satiauerint: & nunc ideo vomere cogatur, quicquid per iniquitatem antea deuorauerat. *pereat Samaria, quoniam ad amaritudinem concitauit dominum suum etc.* paulo ante dixerat: *Consolatio abscondita est ab oculis meis, quoniam ipse inter fratres diuidit, & eum effectum quo Israelis miseretur ostenderat, nunc vero Assyrii interneccione descripta, aduersum Samariam rursus incaduit. Quod utique non de varietate fecit, sed de grauitate sententiae. Postquam enim & pietatem & virtutem veri Dei, qui superbum regem quasi nullo negotio consumpsisset, ostendit, sicque eum paratum esse ad defensionem piorum, ut gaudiis eorum magnarum gentium impederet vltiones: merito Samaritae, ut disperiret, quasi inflammatum optauit, quae suis videlicet sceleribus effecisset, ut hic tam bonus dominus non propugnator illius, sed depugnator existeret: acsi diceret. Cum beneficia nostri, qui aeternus est, rectoris aspicio, magis magisque Israelis crimem horresco, qui videlicet carere tali praesidio laborarunt. *Conuertere Israel ad dominum Deum tuum, quoniam corruisti in iniquitate tua.* Miro contextu procedit oratio. Exclamauerat quippe quod ad grauandum Samaritae peccatum valeret, sed quoniam id ipsum miserando potius quam execrando fecerat, secunda saltim remedia quae vulnere medicentur apporrat: & quia noluerunt continue deuotionis praesidia cōplecti, subsidia poenitentiae & emendationis assument. Si ergo te faciunt, o tu Israel, vel pericula meliorem, conuertere ad Dominum Deum tuum a quo nunquam debueras auerti: & illud ipsum quod in tua iniquitate corrueras execratus, munera confessionis assumito. Hoc est enim quod iat *Tollite vobiscum verba, & conuertimini ad dominum, & dicite ei: Omnem aufer ini-**

Forasse  
prophanas



quitatem, et accipe bonum: tu enim solus potes preatū, quo remimur, amouere. Quid autem bonū sit, quod ut acciperet obsecrabat, sequens versus ostendit, *Et reddemus vitulos labiorum vestrorum*. Sic enim carmina quoque sancta docuerūt, ut immolemus deo sacrificiū laudis, quia grata ei sit oblata ex puro corde. laudatio supervitulum nouellū, vngulas & cornua producentē. Eloquere ergo aduersū te, Israël, iniustitias tuas domino, quarū cupis remissionē mereri. Sed quid his adiiciat, audiamus: *Assūr nō saluabit nos, super equū nō ascendem⁹, nec dicemus ultra, Dñi nostri opera manuum nostrarū: quia eius qui in te est misereberis populi*. Quod ait assūr nō saluabit nos, de exemplo Iudæ videtur assumptū. Nam regū narrat historia, quoniā cū Rapcales nomine dux Assyrius missu regis Sēnacherib, ad cōpellēdos atque terrēdos eos qui Ierosolimis clausi fuerāt, aduenisset, inter cætera, quæ gloriose ac superbē de Assyriis prædicabat, adiecit quod duo millia equorū Sēnacherib esset paratus educere, quorum fessores totus Iudæ exercitus nō possit offerre: & quæ demētia aduersum se tāti principis copias incitarent. Si salutē suā proinde cōsulerēt, eius dederētur imperio qui nō min⁹ subiectis liberalis, quāmsēue rus cōtumacib. appareret. Verū incole Jerusale in solius Dei virtute liberationis suæ fiduciā reponētes, cōminationū hostiliū taciti spreuere iactātiā. Ad Iudæ ergo cōfidentis exemplum, etiam Israēlem sermo nunc momentis instituit: ut ipse videlicet longa seruitute correctus, iam deuotionē incipiat fratris imitari, quā ille tēpore Assyriæ obsidionis ostendit. *Nec dicemus, inquit, ultra, Dei nostri opera manuum nostrarū*. Id est, desinemus quæ manu artificum fiunt simulachra venerari, post quā & fratres teste cognouimus, quia populi in tuo cultu permanentis misereri bonus arbiter nō desistas. Huic autē vestræ confessionis oblatui quid a Deo nostro referatur, accipite. *Sanabo contritiones eorum, diligam eos spontaneē: quia auersus est furor meus ab eis. Ero quasi ros Israeli, germinabit quasi liliū, & erumpet radix eius quasi libani: cōuertentur sedentes in umbra eius, vident tritico, & germinabūt quasi vinea, memoriale eius sicut vinū libani*. Diuersis comparationibus & liberationis dulcia, & libertatis insignia, & amœnitatē excultorum describit aruorum, quæ sicut tempore nimirum quo persultat hostis squalore plurimo vestiuntur, ita cū securitas pacis cultorum exercet industriam, & vbertas passim visitur & venustas. Sic ergo, Israel, cū captiuitatem tuam prospera quæ sunt promissa depulerint, pulchritudo te libertatis, & lætitiæ dulcedo ita implebit ac vestiet, ut non vilibus quibusque germinibus sed liliis & rosetis stillātia prata visantur: meā quippe clemētia meaque gratia, instar tibi roris illabitur, ut omni pedore deposito inuocationis ornāmēta percipias. Quod ne tibi dubites pro magnitudine sui posse cōtingere, procedit in fratrem. i. in Iudæ de Assyriis manibus liberando. Qualē ergo illi gloriā † cōferret optata quidē, sed vix sperata libertas: talis etiā remanebit, si tamē dignus cui cōferatur appareas. Viuetis quippe tritico, & germinabitis quasi vinea quæ trāsata ex Ægypto Palæstinā latis finibus occupauerat, & memoriale vestrū sicut vinum erit libani: id est, gloriæ vestræ erit tanta flagrantia, quanta vini quod optimum in mōte libano generatur. *Effraim, quid mihi ultra idola: ego exaudia & dirigam cum ut abietem virentem, ex me fructus tuus inuentus est*. Quæ cū ita

Fortasse,  
contulit.

ita sint, inquit, ut disputatio nostra perdocuit: id est, vnam hanc esse viam salutis, quam cultus nostri numinis religio que patefecit. Ponite profanitatis saltem modum, cuius nunquam sentire debueratis exordium: & vni, qui verus est, domino, tota fide ac deuotione cohærescite: nec veritatem eius in mendacio tenendam putetis, ut incommunicabile nomen idolis adscribatis. Sed scitote quod nō solūm præceptis, verū ipsa negotiorum voce didicistis me vnum esse, cuius sicut cultores æterna fœlicitate potiātur, ita desertores æternis miseriis obruantur. Ego sum enim qui exaudio supplicantes, qui possum & soleo sanare contritos, dirigere contortos, facū dare steriles, inuenire pereuntes, suscitare mortuos, & in eam celsitudinem quos vegetauero sublimare, ut de palmis aut rubis in abietes & cypressos profecisse videantur. *Quis sapiens intelligit ista? intelligens, & sciet hæc? quia rectæ viæ domini, & iusti ambulabunt in eis: prauaricatores verò corruent in eis*. Meritò volumen suum admiratione conclusit, cuius vtilitatem & per præcepta, & per exempla monstauerat. Simul, ut doceret causam omnem peccatorum & miseriarum de stultitia contigisse, laudauit sapientem, qui omnia quæ sunt disputata perpendens, vtilitatem viarum sacrarum finēque cognosceret: quod per eas iusti videlicet cum securitate graderentur, prauaricatores autem quique corruerant, admittendo videlicet sacrilegia, & exitia sustinendo. Notandum sanè quod etiam loca ista, quæ secundum prædictam à propheta historiam, prout captus noster ferebat, exposui, etiā ad maiorum rerum significationē possint valere. Nam illud quod de Sennacherib dictum est, *Ero mors tua O mors, ero morsus tuus inferne*. etiam de ampliore negotio, secundum quod gentium magister ostendit, accipi potest. Nam cū ad Corinthios super manifestanda resurrectione loqueretur: *Vbi est mors, inquit, aculeus tuus? vbi est mors victoria tua?* Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Iesum Christum Dominum nostrum. Hic enim quasi ventus vrens, quippe qui ignem venerit mittere super terram, de deserto ascendisse perhibetur, quia de vtero virginis, ad quam secundum naturæ leges vir quasi cultor cesserat, germinauit: & venas mortis fontēque eius fecit arefcere, ut non haberet ius secundo rependi eos, quos semel in æterna gaudia redemptor suscitasset. Incarnationis siquidem ipsius sacramento, ros gratiæ in ecclesiarum arua descendit, ut passim diuersis virtutibus fructuosa vitis liliæque prodirent, & fieret multiplicationis fidelium tāta fœlicitas, quanta esset agri pleni frugibus, fructibus, floribus gloriantis. Sicque conuertentur sedentes in umbra eius, id est, diuersæ nationes sub protectione ecclesiæ requiescere cōcupiscēt, ut & corporalis, & spiritalis vigoris alimoniā in vino & tritico consequantur. Igitur illa, quæ sub Ezechia est, impleta liberatio, à libertate quam Christus tradidit, & cumulatus explicetur, & gratius. *Quis sapiens & intelligit ista? intelligit, & sciet hæc? Quia videlicet positus sit Dominus in ruinam & resurrectionem multorum: nec per calles eius confidenter incedant, in quibus sectatores criminum collabuntur, nisi qui ex toto pectore consententur Christum Dei esse virtutem deique sapientiam, vnusque cum eo fieri spiritus, votis studiisque contendunt.*

RUFFINI AQUILEIENSIS  
PRESBYTERI IN IOHEL PROPHETAM  
COMMENT.



VM ad hæc prophetica vel abdita, vel si cōpetētius nemo-  
ra dixerim, audax quidem, sed ammiculis religionis po-  
tius quàm temeritatis innexus, percūctator accederē: si frui  
sensibus liceret, aut plebeia luce perspicuis sed arcano splē-  
dore reuerendis, quam editionem assumerem (sunt enim  
plurimæ): delegissē. Notauī videlicet vltimā quæ secundū  
hebræum vocatur, quòd in ea magis elocutionum esset integritas, quæ vel  
docētis affectū vel cōminantis exprimeret. Ipsius ergo translationis iudi-  
cio cōperimus alium esse xij. prophetarū ordinē apud hebræos, quàm quæ  
vulgatior editio contineret: per illud, quòd non in omnibus prophetis  
indices temporum tituli prælegantur, ne utiquā incertum fieri quibus æta-  
tibus eorum singuli prophetauerunt. Quandoquidē traditio per manus  
missa commendet, sub illis regibus eorum qui sine titulis legantur vi-  
guisse doctrinam, sub quibus ante eos prophetauerint qui titulis instruan-  
tur. Proinde & Beatus Ioël videris an æqueus inter coeuos S. Osee, quem  
ante eum legimus, comprobetur: eorundem videlicet regum crudelita-  
tem contumeliaque perpetuens, eadem sacrilegia populi furentis accu-  
sans, eadem impendentia criminosis tormenta denunciens. Incipit autem  
ab admirantis potius & quasi commiserantis affectu. *Verbum domini quod  
factū est ad Ioel filiū Fatuel.* Hoc, inquit, doctrinæ, imo censuræ munus im-  
posuit famulo suo doctor æternus: nomine quippe verbi totā quam visu-  
rus est doctrinam pariter indicauit. Pater quoque prophetæ non de ni-  
hilo memoratur: sed quoniam sanctitate pollentium, quotiens non so-  
lū virtutes, ceterum maiores etiam nominantur, fiat eis cum parentibus  
suis dignitatis æquatio. Sicque & illi vel iusti, vel prophetæ, vel pontifices  
iudicentur. Hæc ergo causa laudandę radicis in germine, & honesta & gra-  
uis docetur. Illud autem quòd quidam commentatores ethymologias  
etiam nominum prosequuti sunt, de his videlicet laudum semina colli-  
gentes, i. Ioel apoKe. Hoc, quod incipientem transferre possumus, bha-  
tuel latitudo dei, & reliqua in hunc modū, vt puerilia & inepta sunt, ita  
plus negotii videntur habere quàm commodi. *Audite hoc senes, & auribus  
percipite omnes habitatores terræ, si factum est istud in diebus vestris aut in diebus pa-  
trum vestrorum.* Habitu concionatoris ingreditur magnitudinem calami-  
tatis quæ israelitis contigit narraturus. Ecce, inquit, vocem vestri fletus  
anticipo, & quod ad inuidiam motura erat conquestio primus enuncio,  
non vos † vnīs, videlicet alterisque subiactis verberibus, excitatas cala-  
mitates spumantium instar vndarum nouis semper præcedentes misē-  
rias depulisse. Omnes ergo iam ad audiendum incolæ conuenite: vel  
vos qui senio vitæ istius plurima pericula collegisti, † vel vos qui minus  
licet habeatis annorum, tamen vigenti memoria potestis continere, si  
quid simile à parentibus accepistis, quale in præsentem confluit ætatem.

Immo

Immo quid dicā? solos cōsulamus annales quasi exēplorū solatia requirē-  
tes, cū in eū cumulū misērias gentis nostræ ascēdisse perpēdam, vt nihil  
tale vel apud futuros possit existere. Et senes ergo, & habitatores terrę q̄  
vel percipere auribus, vel audire iubētur, non diuersa aut merita signat aut  
studia, sed simpliciter vt audiāt imperatur: quale est illud in psalmo: Audi-  
te hæc omnes gētes: auribus percipite omnes qui habitatis orbē, quiq; ter-  
rigenæ & filij hominū, simul in vnū diues & pauper. Pluribus vtiq; modis  
nihil aliud quàm homines quos cōuocat iudicando signauit. Quod ideo  
breuiter adnotauī, quia quidā in his vocabulis multā esse differentiā credi-  
derūt, per quæ hoc plurimū inutiliū expēdere verborū. Sed nos, quid pro-  
pheta cū tātę admirationis ambitu deferat, audiamus. *Residuum eruca comedit  
locusta, & residuum locusta comedit bruchus, & residuum bruchi comedit rubigo.* Diuersi-  
tas calamitatum species cōprehēdit, quas Iudeorū populo deplorat illatas:  
quarū singulæ cū incidunt, ita fructus anni spēmque consumūt, vt agri-  
colarum pectora ærumna pariter & formido comminuant. Quæ sanē in-  
cōmoda illis non semel sed plerisque accidisse temporibus, vel ipso quem  
differimus propheta, vel Deuteromio denunciante colligimus. Vnde & il-  
lorum opinionem, qui hæc omnia de hostibus dicta æstimant, refutamus.  
Nam & erucam, & locustam, & bruchum, & rubiginem, ad Assyrii & chal-  
dæi, & macedonici, & romani populi putauerunt significationem valere:  
quorum opibus nimirum Iudæorum est attrita Respublica, sub descrip-  
tione videlicet locustarum, vicissitudinem hostium publicatam esse cre-  
dentes. Quod vti que videntur per aliquā consequentiam suspicati, si nihil  
calamitatum Iudæi nisi ab hostibus pertulissent. Cū verò & famen gra-  
uissimam, & prodigialē sicut beati Helię temporibus siccitatem, & mor-  
tem subitam variisque corruptiones pertulisse doceatur, quid fuit necesse  
eam quoque penuriam, quamuis locustarum & brucorum intulerit men-  
tionem, gentium incursionibus applicare? Intelligentes ergo simpliciter  
verba prophetica, magis quàm eadem aliò quòd libuerint transferētes, lo-  
custas & erucas non cataphractos equites aut clypeatos pedites, sed vermi-  
culos raripedes & minutas pennatasque accipiamus animantes: quæ ita  
sibi tunc in profanata gentis tormētā successerūt, vt sedulò custodirent vi-  
ces nocēdi, & si quid præcedētib; remāssisset, id totū quæ sequebātur ab-  
sumerēt. Quam sanē perniciē sanctus Ioël impēdentē magis, quàm iā illatā  
prophetali intuetur aspectu: & ideo illis de quib; agatur miserabili securita-  
te torpētibus, ipse quasi benignus & spectaculo tali cōsternatus in clamat:  
*Expergiscimini ebrii, & flete, et ululate omnes qui bibitis vinū in dulcedine: quoniam  
perit ab ore vestro.* Moraliter profus inchoata conquestio: quæ in calamitate  
te cōmuni illos primū qui grauius ceteris eadē latenti docētur appellat. Acer  
bi° enim mordet penuria deliciis assuetos, & luxuriosis nō solū inopia, sed  
etiā frugalitas ipsa tormētū est. Cū ergo egestatis esset incōmoda narratur°  
à mediocribus cœpit, & deliciarū tantū damna cōtingit, quæ non in cōmu-  
ne cunctis, sed helluantibus tātum possunt esse metuēda: eosque tā viliter  
æstimat, vt propter solam voluptatem viuere voluisse pronunciet. Proque

I iij

sola tradi-  
tio xii. pro-  
phetarum  
tempus de-  
clarat.

vnus vide-  
licet alteri  
uiue.

collegisti

vt status taliū meretur, adiungit vt diligerēt, & expurgatū eorū saltem rerū imminente dispendio quarum studuissent indormire cōsortio. Nul-la vos, inquit, studiōrū hactenus habuit cura districtos nec compunctōnis stimulū tantorū criminū conscientia suscitauit: sed seruistis omnibus de-sideriis quasi agerētis à iustitia liberi: victa est patientia iudicis æterni, im-pudētia & obstinatione peccatiū: decreuit vos debitis subiugare verberib⁹ & prima isthęc deliciarū, quibus abutimini, instrumenta subducere. Cuius sanè penuriæ quāquam processus etiam ad mediocres inopesque perue-niat, vos tamen etiam exordia ipsa cruciabunt. Quos ergo nihil docuit dis-ciplina iustitię incipiat saltem timoris stimulos experiri, & date lachrymas viciis quas officiis non dedistis: quique nunquam doluistis fauciatam in-nocentiam, flete demum temulentiam destitutam, expurgatimini ebrii & flete: vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine, quoniam periit ab ore vestro. Causas, inquit, offensionis grauissimæ cōsecratu luxurię prestistis: nec lautis tempestiuisque conuiujs aut simplici ebrietate contenti, sed vi-num permiscendis dulcibus corrupistis, & irritamentum epulis artificio comparastis, vt omne vitæ spacium inter lasciuia & temulentia disperiret. Ecce nūc tempus eiusmodi vltionis aduenit, quę populandis terrarum fru-ctibus deliciarum potissimum instrumenta subducatur. Hęc vos ergo pri-mos, inquit, ærumna vexauit, quia frugalitatis ignaris experientia pœnarū fit imminutio copiarum. Et quoniam rationis oblici, bestiarum vos simi-les reddidistis, in ipsis saltem quibus incubatis thoris & cubilibus, vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine, quia periit ab ore vestro. Cū denū ciationi prophetiæ censoris exprobratio permiscetur, ostēdit quia homo in honore constitutus non intellexerit, & iccirco brutis quibus se similem reddidit comparatur, damnū quippe, vt diximus, vitę putās detrimenta, vt quia luxurię egrē sub ipso fragore motæ vltionis euigilat, vt quia nescit flere vel vlulat: quale est illud in psalmo: Famem patietur vt canes, & circui-bunt ciuitatem. Oportuerat ergo vt ratio vos potius compunctōnis sti-mularet, quā ærumna doloris morsibus excitaret: sed quoniā eiulatu ni-mio consulentiam perdidistis, vt non iam prouidere, sed tantummodo sen-tire possitis, vlulate percussi, qui non timuistis admoniti. Et quæ est causa taliū lachrymarum? *Gens enim ascendit super terram meam fortis & innumerabilis: dentes eius vt dētes leonum, molares eius vt catuli leonis. Posuit vineam meam in de-sertum, & ficum meam decorticauit: nudans spoliavit eam & proiecit: albi facti sunt rami eius. Plange sicut virgo accincta sacco super virum pubertatis tuæ.* Temporibus quidem illis quæ beati Osee titulo continentur frequens etiam Assy-rriorum narratur eruptio: sed quia non vno genere temeratores legis suæ rerum conditor affligēbar, ideo inter hostiles populationes, has quoque lues accidisse, quas denunciat propheta, colligimus: in quarum sanè descri-ptionem, multam operam intentus expendit, cōsilio nimirum & arte me-dicatis: vt salutarem illum timorem qui illecebras cogit horrere, in au-dientium pectoribus commoueret, nec denunciati terroris stimulos sub-incidii breuitate trāscurreret, sed cōsideratione rerum immorari audito-rem

Fortasse iudicij  
m. f. Codex  
considera-  
turis

rem doceret, cuius emēdatui tota hęc plagarum ambitio parabatur. Nec solūm descripsisse contentus, pergit etiam verborum ponderibus augere quod gesserit: denique locustarum agmini gentis nomen adscripsit, quasi per turmas manipulosque gradientis, & cuius non minus esset nouitas quā magnitudo formidini. Huius enim si efficiētia potius quā mēbra cōsi-deres, videbis dentes eius leonū catulis, imo ipsis pœdandī peritis leonibus conferendos: neque enim difficilius ab his germina, quā ab illis armenta vastantur. Et quantō minus ad victum mortalibus greges constat commo-dare quā fruges, tāō ampliū frugum quā gregum populator incom-modat inhiantiaque sanguini guttura bestiarum. Sed ipsum lac frugum & graminum sæuiens locusta consumit, & ideo etiam pecora qui non man-dit interficit. Omnes enim sylvas virore despoliat, & quasi naturę ipsius cō-ditionē vi cladis imitatur: vt quemadmodum sole in hyberno diuexo hu-mor arborum ad interiora compellitur, sicque frōdium honore deposito robora nuda consistunt, quæ si rusticandi ignarus aspiciat, desperat posse reuifescere: ita istud agmē quod aduenire deploro, haud solūm mollia gra-minum, sed matura etiam vineta consumet, nec pomis albata vindemia tē-perabit, dulces quippe ficus amaro dente populabitur, & ita dedita opera totum corticem persequetur per quem vitalis nimirum poterat succus il-labi, vt alba pro viridi sylua visatur. Cū ergo, ne creditam sibi frugem ter-ra restituat, nec spōtaneus palmitem fructus inclinet, nec pomorum solatia egris annus cultoribus subministret: quid superest, noster popule, nisi vt calamitatem tuam fletibus persequaris? sed ita irriguis & plurimis, vt solent fœminæ quas luctus viduitatis oppressit, & eorum vitiorum societate priuā-tur quibus fuerant a virginitatis suæ tempore copulatæ. *Plange sicut virgo accincta sacco super virum pubertatis tuæ, periit sacrificium & libatio de domo Dei.* oportunè ad regionē migravit oratio, quia enim dixerat viduitatis luctum totius gentis planctibus exequandum, cur hanc similitudinem protulisset, commemoratu regionis, absoluit. Nam sicut sæpe aliàs, ita & apud beatum Osee quasi in locum vxoris se Deus noster synagogam adsciuisse pronun-ciat: sed illam adulterarum more coniunctionis istius pacta violasse, ac se diuerforum deorum cultui subdidisse. Ergo quoniam & hic ab impendētis calamitatis exordio in immensum narratione processit, & post dispen-dia quasi primæ temulentia quæ luxuriosis dolenda signauit, ærumna cu-mulatissimè est egestatis illata, culta pariter & lustra vastantis, per quæ, hęc non solūm communis alimonia, sed nec illa quæ secundum religionē erāt offerenda superessent. Ideo quasi ad similitudinem viduatæ mulieris con-uenitur, quippe quæ per hoc videatur mariti discessione cruciari, quod ob-lationis & ceremoniarum instrumenta perdiderit, quibus per diurna sacri-ficia & placere deo, & adhærere credebatur. *Luxerunt sacerdotes ministri domini, depopulata est regio, luxit humus quoniam deuastatum est triticum, cōsumum est vinū & elanguit oleum, confusi sunt agricolæ, vlulauerunt vinitores super frumento & or-deo quia periit metis, agri vinea confusa est & ficus elanguit malo grauata, & pal-ma, & malus, & omnia ligna agri aruerunt, quia confusum est gaudium a filiis homi-*

num. Eò vsque ad publicam inopiam peruenisse, vastante videlicet locusta, bruceo & rubigine, vt hostiarum quoque indigentia sequeretur, nec panes propositionis imponerentur altari, consequenter primi sacerdotes leuitæ que lugebant: plebs autem reliqua quasi ab æterno coniuge repulsa, viduarum instar (vt diximus) ingemiscat, quia & ipsa terra ornatu omni viriditatis ac fertilitatis amisso, squalore lugentis adoperta est. Non enim tristi huic popularui frumenta messor eripuit, non fertilitatem suam vitis qua grauata constiterat ad dulcia musta perduxit: sed tanta cultores frustratione decepit, vt mēdaciū suū videatur erubescere. Similis oleas pulsauit inuidia: elanguerunt malogranata cum ficibus: nec vllum genus pomorum meliore potuit cōditiōe subsistere: sed cum gaudiis spebusque mortalium, tam germina periere, quàm gramina. Non est dissimulandi tempus doloris, omnes lugentium habitum mentemque suscipite: terribilē enim genus impendit exitii, quibus tam spes anni lamentanda quàm res est. *Accingite vos & plangite sacerdotes, volutate ministri altaris, ingredimini, cubate in sacco ministri Dei mei, quoniam interit de domo Dei vestri sacrificium & libatio. Sacrificate ieiunium, vocate cœtum, congregate senes omnes habitatores terra in domum Dei vestri, & clamate ad dominum.* Magnitudine calamitatis exposita, omnibus quidem populis fletus impendere descripserat, sed quia lachrymarum tantummodò spectaculo commoueri, miserantis potius quàm docentis officium est, propheta autem animo parentis indutus, nihil nisi pro vtilitate conciliat: nunc quoque ordinatè ad lamenta conducit, vt non vacuis fletibus tempus absumant, miseras suas lugubribus nimirum vocibus persequētes. Quod vtiq; & religiosos & fortes animos deceret: sed ipsa lachrymarum munera secundum sacræ legis regulas ordinantes, messem præparent gaudiorum, tantumque ærumnis mentis indulgeant, quantum sufficit ad indignationem iudicis, offensionem quàm rerum amissionem dolētes. Vos proinde ait sacerdotes, asperis vestimenta mollia mutantes, habitum lugentium animumque suscipite, sed & quod ad curam vestram specialiter pertinet allegātes, deesse videlicet vnde diuino cultui seruiatis. Quod verò spectat ad populum: sanctificate ieiunium, id est, indicite sub ea denunciatione, vt si quis fortè contempserit quasi sancta, violauerit arguatur. Hoc est, quod ait, sanctificate ieiunium. Simul autē, inquit, omnes, id est, non solum ætate validos, sed quos etiam imbecilles habet vel infantia vel senectus, pro magnitudine periculi ad communionem officii conuocate. Est enim consequens, vt cunctorum repellat afflictio eam calamitatem, quæ erat in omnes communiter sequitura. Non autem debet nobis oportunitas intelligentiæ subtilis elabi: vniuersis siquidem ieiunium communiter imperatur. Conuocate, inquit, senes omnes habitatores terræ in domum Dei vestri. At si illa inopia (quæ supra descripta est) totis regionem sinibus obtinebat, ita vt nec sacrificium solenne possit offerri, quomodo iterum magnæ sanctificationis ambitu ieiunium eisdem plebibus imperatur: cum vtiq; sub tanta indigentia constitutis, difficilius factum esset cibum parare quàm continuare ieiunium? Ergo debemus

debemus aduertere, quia aliud sit esurire, aliud ieiunare: hoc ad exercitationem virtutis respicit, illud verò ad mortalitatis angorem. Ideo nō placet dominum afflictio reorū, sed correctio pœnitentium: neque opus est tabe sed compunctione curandis. Sordes enim luxuriæ nequaquā ærumna bonis malisque communis, ceterum amica tantum generosis mentibus disciplina depellit. Et ideo ieiunium peto, inquit, quod de officio venit, non esuriam quæ de supplicio plerumque contingit: vel esurientibus inquam conciliate ieiunium, vt quod inopia molestum fecerat, reddat deuotio fructuosum. Sed hæc nos pro ædificatione audientium dixerimus. Cæterum potest consequentia prophetis sententiis maiore compendio vendicari. Impendentem enim calamitatem magis quàm iam irruentem vaticinator annunciat, meritoque ammonet sacerdotes vt plebem ad ieiunia conuocent, & legitimis supplicationibus occurrāt his calamitatibus quas audiunt imminere. Denique sequitur: *AAA dies, quia prope est dies domini & quasi vastitas a potente veniet. Nunquid nō coram oculis vestris alimenta perierunt? de domo dei vestri letitia & exultatio: computruerunt iumenta in stercore suo, demolita sunt horrea, dissipata sunt apotheca quoniam cōsum est triticum. Quid ingemuit animal, mugierunt greges armenti? quia non sunt pascua eis. Sed & greges pecorum disperierunt.* Postquam lugentium habitum, vt sacco videlicet operi, id est, amicti ciliciis conuenirent propheta composuit, nunc etiam qua fungi debeant oratione subiungit, & exclamationem dolentis bis terque congeminans quasi vim ictuum quibus plagæ incutiantur expressit. Haud ob aliud profectò quàm vt formidinem & compunctionem in cordibus audientium pronūciatē calamitatis ambitio suscitaret, ac si diceret: Credite oculis meis, credite sensibus, acie prophetali non solum illata sed etiam ventura cernentibus: eius nimirum quæ tolerari nequeat calamitatis pondus insistere, & ad cuius ictus singulos quasi conuulsi visceribus collabamur. Sic enim sibi eruca & locusta, bruceo, rubigo succedet, vt cessatio præcedentis incommodi quæ respiramentum videbatur aliquod polliceri, grauiora miseris tormenta comportet. Ac dies ille domini, quo reos videlicet destinauit vlcersci, non quasi tenui sit vexatione terribilis, sed eam vastationem ferat quam potentissimus quisque vltor inucheret. Cuius videlicet viribus, nec audacia resistentium quiret obsistere, nec subtrahere quippiam calliditas oculentum. Quod igitur ait, *Vastitas a potente veniet,* vel cōparationem positam accipe, vt non minus valituram castigationem sciamus quàm si esset potentissimi alicuius regis sæuitura victoria. De quo colore etiam illud in psalmo est: Excitatus tanquam dormiens dominus, tanquam potens crapulatus a vino: & Percussit inimicos suos in posterioribus, opprobrium sempiternum dedit illis: vel certè non per exemplum sed pro singularitate factam intelligamus comme morationem potentis, neutiquam vnum aut duos sed cuncta quæ voluerit absque difficultate patrans, sicque potens omnipotentem expressisse videatur. *Quia prope dies domini, & vastitas a potente veniet. Nunquid non coram oculis vestris alimenta perierunt?* nō est, inquit, tempus vt impedimentum mediocre formides, &

colligendis tantum fructibus haud etiam collectis calamitas inferatur, sed sub ipsis oculis vestris, ut iam repositis confidatis alimentis: nec solum priuatis domibus, sed etiam templi æratio inopiam imminere prædico, ita ut lætitia, imo cōsolatio vniuersa depereat. Nec sanè ablati frugibus victum pecora ministrabunt, quia & ipsi perniciem depasti montes, & consumptio viroris indicent. Quibus utique propiantibus malis ostendit se propheta pulsari, quod vel ad spiritalium sensuum iudicium valet multum se ultra hos corporeos porrigentium, vel ad pompam (ut diximus) descriptionis, in populorum cordibus affectum formidinis commouentem. Ergo quasi speciem interrogatis assumpsit, dicendo. *Quid ingemuit animal, mugierunt greges armenti? ut à respondentis parte subiiceret, quia non sunt pascua eis. Sed & greges pecorum disperierunt.* Proinde, cum me ex omni parte intolerabilis circumdet afflictio, ad te vnicum dominum, manus, voces, vota sustollo: & ut calamitates terræ iam dexter, iam mitis aspicias, animo & corpore stratus imploro. *Ecce enim speciosa deserti flamma consumpsit.* In quo sanè loco diligens auditor inquirat, quæ in desertis pulchritudo prædicetur agrorum, quam noua hæc exustio inuidiosa consumpsit: præsertim cum nusquam incendii præcessisset querela? consequentia proinde lectionis ostendit, pulchritudinem hinc agrorum frondentes syluas & læta pascua nominari. Ideo autem non culti, sed deserti ruris amœna laudauit, quia armentorum & gregum fecerat mentionem: qui quoniam per nemora lærantur & pascua, his utique aliqua clade corruptis, illi quoque subduntur exitiis. Ignem autem posuit pro vastatione quam locusta intulisset & bruchus, sicut etiam legimus in psalmo: Posuit pluias eorum gradinem, ignem comburètem in terra ipsorum, & percussit vineas eorum, & cōtriuuit omne lignum finium eorum. Proinde cum omnium sylvarum & graminum virorem ita locusta bruchusque consumpsit, ut nō ad æsa sed exusta videantur: consequenter etiam feræ bestię ad famis pericula peruenerunt, & ad te vnum naturali magisterio doctæ suspiciunt, ut remediū periculo propiciatus apportes. Attestatibus quippe sacris cum veritate ac suauitate carminibus, omnia à te expectant, ut des illis escam in tempore: dante te, illa colligent: aperiente te manum tuam, vniuersa implebuntur iucunditate: auertente te autem faciem tuam, turbabuntur: auferes enim spiritum eorum & deficient, & in suum puluerem reuertentur. Proinde sic à te etiam ferarum greges remedium, & si liquidarum vocum inopes, tamen diuersis faucium sonis postulant: sicut terrarum area susceptis aptata feminibus, aut rorè, aut pluiiã, quò germina producantur expectat. Quod si benè consideres noster auditor, inesse videbis pondus exemplo: animarū enim sitim elemètorum naturali appetètię, quæ est utique multò vehementior, cōparauit. Sed videamus & reliqua. *Canite tuba in Siō, vlutate in mōte sãcto meo, cōturbètur omnes habitatores terræ, quia veniet dies domini, quia propè est dies tenebrarum & caliginis, dies nubis & turbinis: quasi manè extensum super mōtes.* Cum inquit tēpus magnę vastationis appropiet, ciuitatis incolę agrorumque cōueniãt, & orationibus atque fletibus tēpus dennuciatæ ca-

calamitatis antichipēs. Cuius si ego possem ante ipsa rerū experimēta acerbiter explicare dēdo, videntur mihi fore tales angorū tenebrę, quales, si cōtingat atra geminari, ut cum noctē caligo, & tenebrę faciūt densiorē: imo si his nubes dēfas, turbinēsq; cōsocies, ut solatio syderū penitus excluso, per cęcum aërem fulminum terror intermicet. Quæ tamen imagines solam mali qualitatem laborauerunt indicare, cuius de quantitate in maiore modum acerbitas augeatur. Ita enim vis, de quo loquimur, mali, vniuersa spacia nostræ regionis implebit, quasi limitibus explicatis, omnes simul montes atque colles manè nitidum, id est, rutilans aurora perfuderit. Vnā ergo rem & nocti comparauit, & lumini, ut non contrarium aliquid inferret, sed ut dilatationem eius & acerbiteratem diuersitate comparationis exprimeret. *Populus multus & fortis: similis ei non fuit à principio, & post eum non erit vsque in annos generationis & generationis.* Quod de locustis magis, quã de hostibus sit instituta narratio, processu orationis ostendit. Examen quippe ipsum locustarum & bruchorum, cuius irruptio multiplicem calamitatem peperisse describitur, nūc armato exercitui frementique composuit: quod utique per comparationem non posset inferre, si de militibus fuisset instituta descriptio. Pergit itaque effectum, inquam, mali per varias species explicare, & dicit qualē terrarum faciem cum veniret inuenerit, qualem reliquerit cum abiret. Nihil, inquit, simile maiorum nostrorū vidit ætas, nihil minorum simile videbit. *Ante faciem eius ignis vorans, & post eum exurens flamma, quasi hortus voluptatis terra coram eo, & post eum solitudo deserti: non est qui effugiat eum.* Ante faciem eius quòd dixit, ipsum locustarū incursum voluit indicare, nō utique ut faciem locustarum aliud periret incendium, & illæ exustæ deinceps rura corrumperent: sed ita, inquit, totas regiones eorum vastabit incursum, ut non minus quàm ignis abumpserit. Et quia nō efficientia probatur incendij, verum leuia quęque rerum ut frondes, ut culmos, ut paleas, crepitantibus volitantibusque flammis, celeriter solet penitusque consumere: quæ verò materiæ plus habuerint firmitatis, maiore incendij mora superat: ideo, & antè & post, flammam vigere denunciat. Augendi autem ordinem ex arte custodiens, postquam locustam incendio contulit, regionem quæ vastata sit, terris amœnis irriguisque ait potuisse conferri. *Quasi hortus voluptatis terra coram eo, & post eum solitudo deserti: non est qui effugiat eum.* Ut tunc utique vis mali grassantis appareat, ut ea quæ fuerint nimis amœna consumpsit. *Quasi aspectus equorum aspectus eorum, & quasi equites sic current. Sicut sonitus quadrigarum super capita montium exient, sicut sonitus flammæ ignis deuorantis stipulam, sicut populus fortis præparatus ad prælium. A facie eius cruciabantur populi omnes, vultus mutabuntur in ollam. Sicut fortes current, sicut viri bellatores ascendent murum: viri in viis suis gradientur, & non declinabūt à semitis suis. Unusquisque fratrem suum non coarctabit, singuli in calle suo ambulabūt: sed & per fenestras cadent, & non demolientur, urbem ingredientur, in muro current, domos conscendent, per fenestras intrabunt quasi fur. A facie eius cōtremuit terra, moti sunt cali, sol & luna tenebrati sunt, & stelle retraxerunt splendorem suū, & dominus dedit vocē suā antè faciem exercitūs sui, quia*

multa sunt nimis castra eius, quia fortia & facientia verba eius. Magnus enim dies domini, & terribilis valde: & quis sustinebit eum? Paulò antè commonui quia magis magis (que processu rationis appareret, non de armatis aciebus (sicut quidam opinati sunt) sed de bruchis & de locustis narrationem simpliciter institutam. Harum itaque vt vim effectumque signaret, armorum & equitum similitudines congregauit. Nec solùm narrandi ambitionem, sed etiam comparandi eruditionem sequutus, vt magnificè quod susceperat, ita etiam eleganter explicuit: & cursum ipsum, videlicet irruentium locustarum, incessui quadripedantium componendo, & sonitum ei crepitatui, quem in stipula solet ignis efficere, comparando. Quas quoniam imagines vidit decenter assumptas, multa in eis commemoratus industria est: & non solùm stridorem atque incursum ignibus equitatuique composuit, sed illud etiam sedulò, quòd non sparso, sed composito agmine, plenòque gradus vaderent, planè vt legiones aliquæ sub signi & centurionibus agentes (quia id poscebat terroris causa) signauit. Sicut populus, inquit, præparatus ad prælium, à facie eius cruciabuntur populi omnes, vultus redigentur in ollam. Si vim, inquit, copiarum militaris etiam disciplina componat, vt non vagi & latrocinantium similes, sed per turmas acieque compositi, constantibus & animis & ordinibus in bello procedant, ante certaminis aduentum, ipso facilè timore soluuntur hostes, vt plerumque eorum facies futuræ mortis lurido vestiantur: ita, inquit, agmina nostræ gentis, nec aspectum ipsum ferre ingruentis calamitatis valebunt, sed ad similitudinem ollæ quam fumus infecerit, non solum palefcent, sed etiam penitus attrahentur: quippe quibus nec in campo virium, nec in urbibus murorum succurrat auxilium. Locustarum siquidem agmina que ventura denuncio, officium populationis obeuntia sicut bellicosissimi viri, quocumque indignatio vel cupiditas vocauerit, excurrent. Nec solum arua vastabunt verùm etiam intra, urbium tecta penetrabunt. Nulla erit impedimento obstantium multitudo: nullum quod irruentes moretur obstaculum: inoffensis callibus victrix turba gradietur. Hoc enim ait: Unusquisque fratrem suum non coarctabit, singuli in calle suo ambulabunt: sed & per fenestras cadent, & nò demoliantur. Ne solum, inquit, ciuitatum ædibus irruentes, quasi publico erunt timore contentæ: sed in penetralia priuatarum domorum, furantum iustar, intrabunt. Sicque vniuersos regionis istius incolæ letabilis † anxietas occupabit, vt eis celi moueri, & tremere terra videatur, splendorem suum astra subtrahere, palpabilibus tenebris sol ac luna vestiri. Nequaquam autem dubitem vniuersa cum tanto malorum cumulo ventura: quando hæc agmina, ipse qui est omnipotès ductor indicet & in perniciè reorù tali abutatur exercitu: atque ipse signum præcepti, quo incitentur, attollat: eisque vires, quibus exsequantur sententiam, subministret. Magnus enim dies domini, & ipso vltionis cultu ambituque metuendus: cuius deprimentem ruinam nò posse tolerari facies prima demonstrat, Possumus autem has beati Iocelis concionantis querelas, quãuis cum ipso sæueritatis suæ fragore ad edificandum valentes

fortasse  
letalis

valentes, tamen per subtiliorem quoque intelligentiam transferre ad animorum figuras: vt per descriptionem calamitatum, quas regionibus totis ob cruciatum peccantium impendere denunciatur, squalorem criminofarum mentium signasse credatur. Neque enim censura sapientis magis miseros existimat quos ærumnis, quàm quos vitiis viderit subiugatos. Secundùm quam regulam, statum profanissimæ gentis nullis omninò sceleribus abstinentis, tum miseratus, tum indignatus arguit: denunciens primò, se nec facta meminisse, nec futura concredere, quæ suis videat accidisse temporibus, id est, exiguis quidem mole vermiculis, & qui vix capiant nomen animatum, tantam vim ad vndarum similitudinem (quæ se continuè sequerentur) illatam, vt omnem paratum regionis vultumque delerent. Residuum enim cruce comedit locusta, & residuum locustæ comedit bruchus & residuum bruchi comedit rubigo. Si ergo humanos animos indicanter inspicias, & vitia necdum punita consideres, deprehendes profectò in eis talem statum, qualem regionibus lues miseranda contulerat. Quatuor siquidem species corruptionis incommoda deferentes, quæ sibi quadam affinitate iungantur, intulit, id est, erucam, & locustam, bruchum, & rubiginem: quas quatuor illis animorum passionibus possumus competenter aptare, spei videlicet, & gaudio, timori, ac dolori. Ex his enim quatuor affectionibus, sed de vna origine motionis (videlicet qua afficiamur) emanantibus, vniuersa mala, & diuersa pariuntur incommoda. Nos autem eatali decisione signemus, vt erucam folia tantùm arborum virentia persequentem, & locustam saltibus magis quàm gressibus promouentem, ad spem referamus & gaudium, quadam nimirum sua saltatione peccantia: è regione verò bruchum & rubiginem, qui absque vlla operis alacritate insidendo inhærendòque consumat, pauori secernimus & dolori. Cùm ergo viderimus aliquè per ea quæ dicuntur læta peccantè, vtpote modestiæ & pudoris alienù, postquã honestatis ornamenta corruerit, etiã patrimoniũ suũ flagitiis victumque submittere, exclamemus licebit: Residuum cruce comedit locusta. Cùm verò ediuerso alterũ adeo ignauie seruientè, vt nullũ decus libertatis existimet, sed cū ipse nullo amictu seriæ dignitatis exulter, si eũ etiã latere cupientè deprehenderit alicuius superioris improbitas, & sceleribus suis vel adiutorè poposcerit, vel ministrũ: aut certè abnuere tētanti malũ aliquod aut quodpiam minetur incomodũ, statimque illũ videris etiã maioribus, quã putaueras, seruitũ ire criminibus, dicito cū propheta: Residuum locustæ comedit bruchus, & residuum bruchi comedit rubigo. Secundũ hæc itaque regulã, in omnẽ vitã mortaliũ si perspicaciter acie dirigamus, diuersis quidè negociis, sed in cunctis ferè studiis eorum atque tēporibus, vbi his prophete exclamationib⁹ cōgruè vtamur, offendim⁹. Tali siquidè vitiorũ multiplicatione perfectũ est, vt nò solùm gramina & germina quasi nature generofitas interiret, sed ipsa & vinearum, & olearũ, ac ficorũ quæ religionis videlicet fuerat instituta munerib⁹, & poma corrueretur, & robora. Cùm ergo etiã sub christiano, inquã, nomine cōstitutos, sacramentorũque adoptione gaudentes, tamè eos nullã virtutũ curã habere cōspexeris, imo ipsi altaris ministros ambitioni tantùm luxurięque famulari, miseranter atque

K

indignāter exclama: *Posuit vineā meam in desertū, & ficum meam decorticauit, nudans spoliavit eam & proiecit: albi facti sunt rami eius, confusum est vinum, elanguit oleum, confusi sunt agricolæ, quia messis agri perit.* Hic autem ecclesiarum status, qualem hac potissimum tempestate conspiciamus, illam indignationem Dei, quam intremuit propheta, succendit, id est, *Magnus est dies domini & terribilis valde, & quis sustinebit eum? Quo autem sit consilio proditus, qui sustineri nequeat, audiamus. Nunc ergo dicit dominus: Conuertimini ad me in toto corde, in ieiunio, & in fletu, & in planctu, & scindite corda vestra & non vestimenta vestra, & conuertimini ad dominum deum vestrum: quia benignus et misericors est, patiens, et multus in misericordia. Quis scit si conuertatur et ignoscat, et relinquat post se benedictionem, sacrificium et libamen domino deo vestro?* Ergo pompam sœueritatis, qua stipatur egrediens ad vindicandum æternus dominus, intuentes, animos desperatione prohibete, speique melioris effectu scitote, illum non sequendi, sed parcendi desiderio terruisse. Neque enim propriæ benignitatis oblitus, tam multiplici fragore moræ animaduersionis insonuit, sed ut in vobis affectū formidinis excitaret. Denique, ipsa vos rerum voce compellat, ut ad eum ægra dēmum pectora conferatis, eiusque medicinam æternis virtutibus obligantes, non solum habitum lugentium sed totum impleatis affectū, cordaque vestra potius quam vestimenta rumpatis. Quod cum exaggerenter, tum etiam eleganter ammonuit, ut quia mos plangentium est à pectoribus vestimenta diducere, illos quoque quasi ad moræ pectoribus manus, altius ut imprimerentur, ammonuit: Ac non solum videlicet indumenta, sed etiā viscera, si fieri posset, ipsa rumperent. Verbum quoque accommodatissimum rei, de qua agebatur inuenit: *Scindite corda, & non vestimenta vestra.* Quæ utique scissio præter ambitionem lugentis, discretionem quoque boni malique videtur indicare, & separationem à flagitiis, quorum commixtione sorduerāt. In melius ergo mutate propositum, vel ea quæ sunt prius male gesta deserte, quippe quibus causa sit cū benigno, & misericordi Domino, & præstabili super malicia, id est, qui eius calamitatis, quam maliciam vocat remissionē, si compunctos viderit quos comminatione terruerat, libenter indulgeat. Ex usu autem scripturarum quasi speciem dubitantis assumpsit, dicendo. *Quis scit si conuertatur & ignoscat, et relinquat post se benedictionem?* Quod utique pro reuerentia iudicantis inferitur, cuius tantum vult esse terrorem, ut etiam tuta timeantur. Relinquet autem post se benedictionem, ideo ait, *Quia supra dixerat tantam vim egestatis locustis vastantibus inferendam, ut post transitum earum remaneret terra sicut solitudo deserti.* Ergo nunc ait, *Offerte lachrymas, Offerte gemitus.* Talibus forte hostiis, vis animaduersionis denunciata lætabitur: ut si imminuit copiam, non etiam absumat alimoniam. *Et relinquat post se benedictionem, sacrificium, et libamen, Domino Deo nostro.* Per ordinem ad præmissa respondit. Supra enim dixerat: magnitudinem egestatis eo usque venturam, ut periret sacrificium & libatio de domo domini: hic itaque, cum spem solatij correctis ac pœnitentibus vendicaret, adiecit, quod relinqueret benedictionem; quæ libamentis seruiret altaris. *Canite tuba in Syon, sanctificate ieiunium*

*nium, vocate cœtum, congregate populum, sanctificate Ecclesiam, coadunate senes, congregate paruulos, & sugentes vbera: egrediatur sponsus de cubiculo suo, & sponsa de thalamo suo. Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes ministri domini, & dicenti: Parce domine parce populo tuo: et ne des hereditatem tuam in opprobrium, ut dominentur eis nationes. Quare dicunt in populis, ubi est deus eorum?* Familiare prophetis, ut non sollicitè tempora, vel quæ dicuntur genera verborum in declinatione custodiant: cæterum sensum impleuisse contenti, quasi obuiis elocutionibus abutuntur. Vnde & nunc cum dixisset, *Egrediatur sponsus de cubiculo suo, & sponsa de thalamo suo,* subiecit, *Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes,* pro eo ut diceret, plorent sacerdotes. Contentus enim officio censoris, non fuit curiosus modorum: vel certè, ut efficacem fuisse hortationem suam proderet, dixit curaturos quod ut facerent imperasset. Inter vestibulum itaque & altare, cœtus, ait, lamentantium personate: & vos præcipui sacerdotes, quibus sacrorum rituum delegata custodia est, madentes ora fletibus exclamate: *Parce domine parce populo tuo, & ne hos, quos decreuisti iure hæreditario possidere, nunc profanis (quibus cingimur) nationibus execrati fieri, despectuique patiaris: & si nihil aliud, nobis id saltem apud tuam clementiam suffragetur, quod absque tua contumelia perire non possumus. Qui ergo nos tuos credi vocarique seruos, ac filios, non solum creando sed etiam adsciscendo voluisti, noli sinere ut dicant gentes: *Vbi est deus eorum?* quo videlicet solebant propugnatores gaudere. Quæ postquam officio præceptoris explicuit, vaticinantis continuò fiducia pollicetur fuisse populi efficaces precatus, & quasi pro zelo stimulatam rerum dominum, defensionem fidelium recepit. *Zelatus est, inquit, dominus terrā suam, & pepercit populo suo.* Interesse, inquit, propriæ dignitatis aspiciens, ne gens, quæ ipsius proprie nomine cenfebatur, quasi indiga defensoris periret, & desperatione eam prohibuit, & spe iocunditatis impleuit. Ex eius ergo responsione subiungitur: *Ecce ego mitto vobis frumentum, vinum, & oleum, & replebimini ex eo, et non dabo vos ultra opprobrium in gentibus. Et eum qui ab Aquilone est, procul facia à vobis: & expellam eum in terram inuiam & desertam, faciem eius contra mare orientale, extremum eius ad mare nouissimum: & ascendet fœtor eius, & ascendet putredo eius.* Beatus quidem Ieremias & alii prophætæ, Assyrios & Chaldæos dicunt ab Aquilone venturos. Et hic ergo Assyrius posset intelligi, nisi, ut supra notauimus, alias quoque plagas, secundum quod in Deuteronomio sanxerat, prophanato populo constaret illatas. Proinde, secundum institutum ordinem, locustas accipiamus & bruchos, quarum amolitionem placatus Dominus pollicetur: qui hoc sanè ad gratiam & dulcedinem liberationis adiecit, quod illa agmina in deserto iussit occumbere, ne fœtoris magnitudo de cadaueribus excitati incolis morbum crearet. Ascendet ergo illic fœtor eius & putredo, quia superbè egit: superbè autem eum egisse pronuncians haud vicium mentis, ceterum magnitudinem calamitatis expressit. *Noli timere terra, exulta, lætare: quoniam magnificauit dominus ut faceret: Nolite timere animalia regionis: quia germinauerunt speciosa deserti, quia lignum attulit fructum**

suam, & ficus, & vinea dederunt virtutem suam. Et filij Syon exultate, & lætamini in domino Deo vestro, quia dedit vobis doctorem iustitiæ. Consequenter ad totam regionem quasi sermo dirigitur, vt ei promittatur recidiua fertilitas, cui fuerat denunciata vastatio: Et per eandem species sermo decurrit, per quas etiam sub aduersitate transferat. Dicit itaque montes pascuis vestiendos, frondosam faciem syluis redire, ficus & vites munera suæ fœcunditatis offerre. Hoc enim est, quòd earum virtutem vocauit, quæ quoniam omnia vsui sunt hominum mancipata, meritò subiecit: *Et filij Syon exultate & lætamini in Domino Deo vestro: quia dedit vobis doctorem iustitiæ.* Coronauit omnino præcedentes monitus eruditionis plena sententia: quæ post depulsionem ærumnarum, & successus optatissimos prosperorum, vsurpati à populo gaudia, sed ex qua potissimum deberent parte, signauit: Nò utique quòd fruenda appetent, sed quòd doctorem iustitiæ reperissent. *Et filij,* inquit, *Syon, exultate, & lætamini in domino deo vestro: quia dedit vobis doctorem iustitiæ.* Est quidem, inquit, misericors, & qui vna succurrendi virtute depellat tristitia, & secunda cõtribuat: Sed te popule meus in eo potissimum exultare debes, quo cæteris nationibus antecellis: quia doctores videlicet iustæ conuersationis acceperis, quorum informatu, & modestus ageres & beatus. *Quale est illud apud alium prophetam. Beati sumus Israël, quoniam quæ deo placent, nobis nota sunt. Et descendere faciet ad vos imbrem matutinum & serotinum in principio. Et sic implebuntur horrea frumento, & redundabunt torcularia vino & oleo. Reddam vobis annos quos comedit locusta, bruchus et rubigo, et eruca: fortitudo mea magna, quam misi in vos.* Per diuersas species id quòd cæpit exsequitur, & futuram mutationem de tristibus in læta describit. Promissurus ergo fœcunditatem tempestiui ac ferotini imbris, prædicauit in lapsum, *descendere,* inquit, *faciet imbrem matutinum & serotinum, in principio.* Quod Septuaginta, non in principio sed sicut à principio, transtulerunt, vt facerent sensum: quia offensionibus, quibus annuorum temporum oportunitas erat quasi perturbata, sublatis, ad morem suum annus recurrat: vt pro diuersitate seminum, vel tempestiuis, vel ferotinis arua plumis irrigentur. *Quæ tantam sane fertilitatem creabunt, vt & horrea tua superentur, & dolia.* Potest ergo hoc quòd dixit, tempestiuum imbrem & serotinum in principio, sic intelligi: vt signasse videatur ordinem commodorum, nec sit vlla in sensibus contrarietas, quasi quomodo in principio dictus sit imber, qui etiam ferotinus vocatur: sed vt fœcunditatem fructuum pluuia præcessura dicatur: sitque sensus, *Mittam primùm imbrem, & postea frugum lætitia subsequetur: Quæ cum cultores suos gaudiis viribusque compleuerit, obliuiones inopiæ præcedentis infundat, & ærumnæ pergat abolere vestigia: Ita vt non solum penuriæ molestia conquiescat, sed etiam detrimenta quæ præcesserant suppleantur.* Hoc est enim quòd dixit, *reddam vobis annos quos comedit locusta:* Non utique vt momenta temporum, sed vt fœcunditas redderetur annorum. Notandum quoque, quia fortitudinem suam & magnam erucam Deus appellauit, & locustam: haud utique, quod

quòd eiusmodi vermes ad coeternam dei potentiam aliqua ratione referantur, sed quòd earum ministerio atque populatu in afflictionē reorum munus impleuere vltionis. Erucarum ergo & locustarum ipsa exiguitas, potentiam indicat & creatoris & vindicis: qui vbi populos decreuit atterere, nec dentibus bestiarum aliquarum vititur, nec venenis, sed per bruchum & rubiginē opulēta paulò antè regna cõsumit. Et ideo virtus dei appellatur, cuius sententiã, quasi strenuus licitor, impleuerit. Cũ ergo istorũ temporũ damna, fertilitas, inquit, optata correxerit: *Et comedetis, & saturabimini, & laudabitis nomen domini dei vestri qui vobis fecit mirabilia: & non confundetur populus meus in sempiternum. Et scietis quia in medio Israelis ego sum dominus deus vester, & non est amplius: & non confundetur populus meus in aeternum.* Venit autem ex more prophetico, vt quotiens quæ sunt læta promiserit, ita etiam in sempiternum mansura denunciet. Quod vel sub conditione duntaxat, quæ scripturis celebrata est, debemus accipere, id est, Si illi studiis probitatis insistant, tunc etiam prospera mäsium ire: vel certè, quòd ad vaticinantis officium aliquid semper de optantis parte coniungat. Potest autem sensus intrò ferri, cui sanè processus ipsius orationis alludit. Nam iam suprã dixerat, *filij Syon exultate, & lætamini in domino Deo vestro, quia dedit vobis doctorem iustitiæ:* Quod quamuis multipliciter possit intelligi, tamen quantum ad rationem temporum respicit, beatum Ezechiam propriè videtur ostendere: quem magno circa cultum Dei studio ferbuisset, fides pandit annalium: cuiusque persona regis, sicut præcipue Esaias propheta demonstrat, ad significationem maioris negocij videtur electa. Ea ergo quæ per Ezechiam gesta sunt, ad redemptoris nostri negocia transferamus: vt illo quidem tempore mediocriter impleta, sub Euangelio verò ingentes cumulos adquisisse videantur. Verus quippe doctor iustitiæ ille est, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi: qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexerit propter iustificationem nostram: vt iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu, & à veteribus liberaremur erroribus, & soli iustitiæ subderemur: omnemque præteritã rerum salutarium penuriam noua fertilitate pellentes, & doctrina implemur, & copia, Euangelio pollicente: *Quærite primo regnum dei & iustitiam eius, & hæc omnia apponentur & adicientur vobis.* Sicque non confundetur acquisitionis populus in sempiternum, qui sententiæ redemptoris innititur: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi. Illo ergo duce in sui medio commorante, fidelium agmina secura semper alacriaque consistunt: & quæcumque in certaminibus aduersa tolerauerint, ea ita sentient prosperis succedētibus antiquari, vt ad lætorum tantum commendationem processisse videantur. *Et erit post hæc: effundam spiritum meum super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri, & filia vestra: Senes vestri somnia somniabunt, & iuuenes vestri visiones videbunt. Sed & super seruos meos & ancillas, in diebus illis effundam spiritum meum.* Huius loci meminit in actibus apostolorum beatus Petrus, dicens hanc prophetiam illo fuisse



se tempore, cum in apostolos Spiritus sanctus descendit, impletam. An-  
 maduertendum proinde, quia hoc solum de contextu propheticae ora-  
 tionis Apostolus, quod suo tempori congruebat, assumpserit, Id est,  
*Effundam spiritum meum super omnem carnem, & prophetabunt filii vestri, & fi-  
 liae vestrae.* Quia enim linguarum scientiam Apostoli fuerant miraculo  
 consecuti, praedictam hanc effusionem Spiritus Ecclesiae doctor ostendit,  
 & prophetiam appellauit linguarum scientiam: quae etsi non de futuris,  
 sed de recentibus dominicae incarnationis mysteriis disputaret, tamen  
 non nisi virtute sancti Spiritus contigisset. Nequaquam verò solam me-  
 tionem donorum fecisse contentus, subiungit etiam illa quae ad pom-  
 pam terroris aspicerent: *Dabo prodigia in caelo, & in terra, sanguinem, &  
 ignem, & vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem,  
 antequam veniat dies domini magnus & horribilis: & omnis qui inuocauerit no-  
 men domini saluus erit.* Ita que toto continuatu illo suadere festinat, quòd  
 cum dies domini, id est, tempus ultimi iudicii cum tanta sit potentia &  
 fragore venturum, vt trepidantibus perculsisque syderibus, machina  
 ista velut combusta diffiliat, ac sola fides sit quae agmina piorum, mun-  
 do collabente, tutetur: debere illos Euangelio credere, si peruenire  
 cupiant ad salutem. Quia ergo non explanandi prophetæ, sed prædi-  
 candi Euangelij curam beatus Petrus susceperat, tantum ex dictis eius,  
 quantum sibi conducebat arripuit: nec per hoc vtique illam explana-  
 tionem, quam facit contextus, prophetici operis abrogauit. Quòd ideo  
 breuiter ammonemus, vt illorum repudietur audacia, qui temerè impe-  
 ritæque contendunt, hoc solum tempus à propheta indicatum fuisse, de  
 quo Petrus Apostolus disputauit: cum operis, inquam, tota contextio  
 primò populi iudeorum, deinceps verò nostra tempora quasi per cumu-  
 lum doceatur amplecti. Sicut ergo non officit significatui prophetico, ad  
 Euangelij negocia transferendo, quòd historiam Iudaicam totum volu-  
 men exsequitur, ita etiam, imò longè magis apud lectorem duntaxat eru-  
 ditum, nunquam sinitur consequentia fidem negare, si qua prædicatio ex  
 gentibus, quoque credentium queat negociis applicari. Videamus ergo  
 quemadmodum tenor quasi historicæ explanationis incedat. Sub beato  
 nempe Ezechia sanctum Iohalem prophetasse colligimus: cuius regis  
 ætate, & graua insitire certamina, & ingentia miracula. Inter cæteras au-  
 tem clades, quibus & decem tribus vsque ad translationem leguntur af-  
 flictae, nonnullæ ciuitates, de Iudæa quoque & Benjamin fortibus, corrue-  
 runt: morbo quoque Iudæos, & penuria laborasse deprehendimus. De-  
 nique, cum Rapsaces alloqueretur obsessos, & denunciaret interitum nisi  
 regi Assyrio se protinus dedissent, mala quoque eis famis ac sitis toleran-  
 da promittit. Et propter hoc ergo eis misericors dominus pollicetur,  
 quia tristibus in læta mutatis, damna quoque penuriae suppleantur. Sed  
 quam feriem rerum & temporum fecerit, audiamus: *Effundam spiritum  
 meum super omnem carnem, & prophetabunt filii vestri, & filiae vestrae, Senes ve-  
 stri somnia somniabunt, & iuuenes vestri visiones videbunt. Sed & super seruos &  
 ancillas*

*ancillas in diebus illis effundam spiritum meum, & dabo prodigia in caelo sursum.*  
 Prophetico nempe ore instructa promissio. Nam postquam vite præsentis  
 commoda percucurrit, spiritualia iunxit insignia, quibus vtique populus  
 Dei præcipuè gloriabatur. Consequenter itaque pollicetur, quia præter ista,  
 vt diximus, corporalia bona, reuelationum quoque sint ornamenta cap-  
 turi, & spiritualium donorum abundantiam consequantur. Ergo quòd ait,  
*Effundam spiritum meum super omnem carnem, & vtrumque sexum, & variâ signa-  
 uit ætatem.* Denique sequitur. *Prophetabunt filii vestri, & filiae vestrae: & senes  
 vestri somnia somniabunt, & iuuenes vestri visiones videbunt.* Diuersis videlicet  
 reuelationum speciebus, ea quae sunt ventura conspicient. *Sed et super seruos,  
 et ancillas effundam spiritum meum,* id est, ab his sanctitatis insignibus sicut  
 nulla ætas, ita nec conditio, quae vilis putatur, excludetur. Cæterum & in  
 seruos, si donorum talium inueniuntur capaces, sacra hæc inundatio com-  
 meabit. Omnia beati Ezechiae temporibus, quasi primo duntaxat gradu  
 dicuntur implenda. Quia enim ingruentibus periculis in graues est coar-  
 ratus angustias, & contra spem vicinarum gentium sola religione defen-  
 sus, ideo tempus ipsum cum magno ambitu, & sub pari scemate propheta  
 describit, ad exprimendam nimirum potentiam Dei, cuius ope ex tanto di-  
 luuio, ciuitas potuisset emergere. Secundum quæ sensum, ordinata nimi-  
 rum vatis nostri cucurrit oratio. Nam præter consolationem redeuntium  
 copiarum, etiam dona spiritus id est, reuelationum promisit insignia,  
 quibus ille populus ad Deum specialiter pertinere proderetur: & ideo  
 deberet inter aduersa confidere, quando quidem non possit viliter dis-  
 perire, qui carus Deo perque etiam preciosus existeret. Ipso autem  
 de quo loquimur attestante propheta, colligimus etiam somniis aliquid  
 quasi minoribus & familiaribus oraculis, quòd ad consolandum vale-  
 ret fuisse monstratum. Cuius loci sanè occasione, distinguendum vi-  
 detur quòd in Deuteronomio legimus, id est, ne somniis crederemus.  
 Quomodo enim nunc somnia ad sancti Spiritus dona referuntur, si illic  
 eis penitus fides abrogata crederetur? Vnde apparet, cū vtraque sit pari au-  
 thoritate sententia, discrimen rationis adhibendum, ac si personæ som-  
 niantis causa congruerit: vt sicut illa reuerenda de meritis, ita ista sit de suis  
 æstimata ponderibus: intelligamus amminiculū aliquod per somnia con-  
 tigisse. Si verò nihil adsit testimonij, quòd vel tempus, vel persona merca-  
 tur, imagines somniorū legali esse authoritate temnendas. Sed quæ iā ab eo  
 latè adiecta diximus, audiamus. *Dabo, inquit, prodigia in caelo & in terra, sangui-  
 nem, & ignem, & vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras, luna in sanguinem,  
 antequam veniat dies domini magnus et horribilis: & omnis qui inuocauerit nomen  
 domini saluus erit.* Consuetudo prophetica est: vt quotiens annunciat  
 deus vel ad propugnandum, vel ad vlciscendum cum indignatione con-  
 surgens, mutata colorum facies, & elementa ipsa trepidantia describun-  
 tur. Quale est illud apud beatum Dauid, qui occursum & habitum æthe-  
 rei propugnatoris effugiens, Ascendens, inquit, fumus in ira eius, & ignis  
 à facie eius exardescet, carbones succensi sunt ab eo, inclinavit caelos, &

descendit: & reliqua. Secundum hunc ergo modum, ut diximus, ex legis more venientem, etiam nunc propheta sub tempus animadversionis cęlitus inferendę, elementa ignibus peruadenda, sydera vel fumo vestięda vel sanguine, natura pręmittit. Non quod ita hæc ut dicuntur effecta sint, sed vel quod eiusmodi apparatus cęlorum pręfusi conueniret, vel ita facilem effectum eius sententia duceret, quasi eam consternatus orbis, & cur sitantia elementa perducerent: quod tanta postremò reorum animos occuparet anxietas, ac si polorum machina solueretur, atque luna sanguesceret, terrę cineresceret, astra nigrescerent. Quod ergo metuendum animis accidebat, sic narratur, quasi ipsis eueniret elementis: vltima siquidem illa creditur & vna conuulsio, sub ipso videlicet fine mundi, vel terris vel sideribus inferenda. Illo autem propheta (de quo differimus) in tempore, non cęlo ac terris (ut supra dixi) eiusmodi perturbatio, sed solis reorum mentibus insidisse credenda est. Cuius quoniam speciem modumque deprehendimus, narrationis quoque seriem inuestigemus. Pronunciat ergo illa omnia, quę beati Ezechię temporibus leguntur impleta. Quia enim decem tribubus ad Medorum arua translatis, in Iudę fines Assyrius irrupit exercitus: & cum Sennacherib vrbes alias obsideret, ad Ierusalem Rapsacem quendam cum magna copiarum parte direxit, qui ad deditioem populos (ut supra dicere cęperamus) Hębraico sermone, cuius erat peritus, illiceret: cęperunt impendio hi qui muris pręerat postulare, ut Syro sermone & non Hębraico loqueretur. Tunc Rapsaces pondus maximi terroris adiecit, asserens se clades maximamque perniciem, non paucis stemmatibus, cęterum vniuersę genti, nisi imperium Assyriorum reciperet, attulisse. Quibus minis adeo & beatus Ezechias, & reliquię sunt ipsius populi comminutę, ut ad Isaiam prophetam toto lachrymarum ambitu verterentur, dicentes: Venerunt filij vsque ad partum, & virtus non est parienti, id est, in eam se coarctationem spiritus peruenisse, quam tempore partus edendi vsu filij, si virtus nõ esset in pariente, sentirēt. Sub illo ergo æstu imminētis discriminis Ezechia Iudeis que positis, & sol nimirum videbatur in tenebras, & in sanguinem luna conuerti, antequam veniret dies Domini magnus & horribilis, qui illam videlicet molem atrocis exitii trāsferret a populo Iudęorum, & ad Assyrios subita virtute comuerteret. Horribilem proinde diem domini & magnum vocauit, non quod tristis esset fidelibus sed quod operis maiestate reuerendus. Denique sequitur. *Et erit: omnis qui inuocauerit nomen domini saluus erit: quia in monte Syon, & in Ierusalem erit saluatio.* In illo inquam monte, in quo minimum defensionis ferē paulò ante viriũ pollicebatur attritio: in illa inquam vrbe, quę populos suos libertati, sicut edēdos mūdo huic filios mater timbecilla cōceperat, imo quę pariedī viribus destituta, indubitatum fœtui minaretur exitium. Apparuit subito ram gloriosa defensio, ut pręter eam nusquam esset certa saluatio. *Et erit: omnis qui inuocauerit nomen domini saluus erit: quia in monte Syō & in Ierusalē erit saluatio, sicut dicit dominus, & in residuis quos dominus vocauerit.* Hęc autem vniuersa, quę cum summa propugnatoris Dei nostri laude perfecta sunt; tempore

Imbecillis:

pore incarnationis Dominicę cumulatius in donis spiritalibus docentur impleta: ita ut ipsa quę patrum temporibus præcessere miracula, nõ solum historicam, sed etiam propheticam vim habuisse videantur: quippe ad eorum significationem valentia, quę longē post venturis seculis redderentur. Sic enim tempore dominicę passionis, cum acerbissimam mortem vitę author intraret, diem medium nox improuisa subduxit: A sexta, inquit, hora tenebrę factę sunt vsque ad horam nonam: ut quod splendoris ingeniti decus atro sydus ore deposuit, ad officium videretur vel lugentis respicere, vel timentis: quia nolent contumeliam creatoris, vel Iudęorum facinus intueri, antequam dies domini magnus & horribilis adueniret. Videlicet, antequam gloria resurrectionis emicaret: vel certē dies ille quem dominus noster in Euangelio, quasi sub gemina narratione digesserit. Nam cum vltimi temporis signa contraderet, prius Ierosolimatorum descripsit exitium, & quibus calamitatibus Iudęorum regio completeretur. Sicut ergo illic euersioni Ierosolimatorum finem orbis adiunxit, ita etiam omnis ista apud prophetam elementorum astrorumque concussio, plenē sub mundi fine peragetur: Quando, ut ait Beatus Petrus, cęli ardentē magno imperu transibunt: & elementa ignium ardoribus decoquentur. Nunc enim fides sola proteget suos, & qui inuocauerit nomen domini saluus erit: quia in monte Syon & in Ierusalem erit saluatio, sicut dixit dominus: & in residuis quos dominus vocauerit. Ierusalem, inquit, cęlestis, quę est mater piorum, municipatui adscribētur omnes qui ad gaudia ęterna migrabunt: qui tamen omnes residui nominantur, quia multi sunt vocati, pauci autē electi. Sed videamus & reliqua. *Quia ecce in diebus illis & in tempore illo cum conuertero captiuitatem Iudę & Ierusalēm: congregabo omnes gentes, & adducam eas in vallem Iosaphat: & disceptabo cum eis ibi super populo meo, & hereditate mea Israel, quos disperferunt in nationibus, & terram diuiserunt meam: et super populum meum miserunt sortem, et posuerunt puerũ in prostibulũ, et puellam vendiderunt pro vino ut biberent.* Terminato illius quę in longum præcesserat significationis excursu, reuertitur ad tempora de quibus vaticinium fuerat exorsus, & immoratur eis quę propediem cernit implenda: ut vel eorum attestatione, confirmet etiam illorum fidem quę longē post ventura promissit: vel ut ostendat se non deposuisse studiũ consulendi, per hoc quod impetum vaticinantis assumpserit: ac si diceret, Si illa quę olim ventura sunt temporis sui rationibus inuitētur, nunc verò quod instat & imminet exsequamur. Nempe iam decem tribus Assyrio transferente migrarunt, Iudę in sortem infestus populatur exercitus, nec spes vlla virium quibus obstitamus remansit. Denuncio ergo quod nunc potissimum propugnator occurrat, & captiuitatem populi sui Iudę scilicet, quę iam videbatur inhiare, depellat, ac post desperationem salutis eius, vltionis gloriam quę toto celebretur orbe contri- buat. Cum enim ad obsidionem Ierosolimitarum Assyria multitudo conuenerit, ita eos, inquit, faciamus subiacere vindictę, ut non tam ad bellum concitati, quàm ad tribunal videantur exhibiti. Cum ergo cę-

pero disceptationem mouere in vallem Iosaphat, remunerabo Assyriis diuersisque hostibus quod merentur: vt & proceres absumat immissa perniciēs, & malis captiuitatis gens relicta subiaceat: atque populi mei filios qui in seruitutem aut turpitudinem vendiderunt, ipsi quoque patiantur arbitria nundinantium: sentiantque quales sint antea fructus audacię, qui ob hoc quod mea nuper arua peruaserint, patiuntur agrorum suorum acerbissimos diuifores. *Verum quid vobis & mihi Tyrus & Sidon, & omnis terminus palęstinarum? Nunquid ultionem vos redditis mihi, et vlciscimini vos contra me? Cito velociter reddam vicissitudinem vobis super caput vestrum. Argentum enim meum et aurum tulistis: et desiderabilia mea et pulcherrima intulistis in delubra vestra. Et filios Iudę, et filios Ierusalem vendidistis filiis Gręcorum, vt longę faceretis eos de finibus suis. Ecce ego suscitabo eos de loco in quo vendidistis eos: et conuertam retributionem vestram in caput vestrum. Et vendam filios vestros, et filias vestras in manibus filiorum Iudę, et venundabunt eos Sabęis genti loquinquę, quia Dominus locutus est.* Vicinorum, quibus circumdati erant Iudęi, iniquitatem & odium, vel leuis sepe detegebat occasio. Nam quoniam propriis viribus Iudęos oppugnare non poterant, maiorum hostium iungebantur agminibus. Quod eorum facinus carnę accusans, Tabernaculum, inquit, Idumęorum, & Ismaelitę, Moab & Aggareni, Gebal, & Amon, & Amalech, & alienigenę cum habitantibus Tyrum. Etenim Assur venit cum illis: facti sunt in susceptionem filii Loth. Secundum hunc ergo morem, conterminę nationes ad euertendam Syon cum Assyriis copias miscuissent, conuenit eos diuini censura sermonis, & quasi causam ab eis talis poscit iniurię. Deinceps verò, conuictorum & tacentium parti respondit, ne fortę memoriam pręteriti doloris assumpserint: quando videlicet filij Israhel egressi de ægypto, Iesu Naue duce terram repromissionis intrarunt, & traditam sibi certis dimensionibus possederunt. Nunquid ergo rebeli spiritu illud, ait, tempus paratis vlcisci? & quasi inuenta oportunitate occupatos fines recuperare contenditis? Sed si eiusmodi vos meditatio concitauit, & imbecillitatem, & profanitatem vestram irrucens vindicta conuincet. Non solum enim nihil valebitis de antiquis mutare decretis, sed sub ipsorum potestate sistetis, quos oppressum ire vestris cõspirationibus æstimatis. Per species autem varias mala captiuitatis enumerat, quę pro nocentium nimirum arbitriis inferuntur. Atque ideo, cum dixisset quia aurum & argentum auiditate prædantium sustulissent, addidit, *& desiderabilia mea & pulcherrima intulistis in delubra vestra*, vt vel reliquam videlicet supellectilem, vel monilia diuersa signaret. Cum his etiam domorum ornamentis etiam pignora miserorum venundedistis: quod qualem orbatis parentibus creet dolorem, illatum vicissitudinis sentietis. Eo quippe, cuius iudicia conuulsum ire tentatis, vindicante, tempus adueniet, vt non solum gaudia Iudęi liberationis adquirent, sed etiam vindictę voluptate pascantur, dentque venum vestros filios non vicinis gentibus (a quibus sperent recursum) sed populis Saba, quem gentiles literę Meroën vocarunt. Quod totum sane vel statim post Assyriorum

fyriorum exitum, vel post reuersionem de captiuitate Babylonia Machabęorum temporibus videtur impletum. Notandum autem, quia non omnia quę illis sunt gesta temporibus ad spiritalem intelligentiam, id est, significationem Euangelici muneris probabiliter transferuntur, sicut alia quę paulò antè diximus de cõmotione syderum, de magnitudine prodigiorum, de effusione donorum: quę & illis videlicet temporibus cõtigerunt, & sub Dominica passione, vel ultimo eius iudicio cumulatius impleta implendaque creduntur. Haud ergo, inquam, eo modo cuncta, quę his propheta subtexit, ad spiritalem intelligentiam copulantur. Quos enim tyrios, quosue Sydonios, vel reliquos Palęsthinorum terminos ambientes, præter simplicem intelligentiam suspicabimur, vt eos fidelium liberos vendidisse fingamus? Quos si tamen quia pellexerunt ad vitia, venam etiam tradidisse fingatur, quomodo eis eandem vicissitudinem cõminabimur, vt nos videlicet mercatoribus Sabęis, eorum denuo filios contradamus? Proinde tenenda illa intelligentię regula, vt cum tenore simplici instituta currat oratio, per excessus interdum vaticinio congruentes, ea intersonent quę futuris etiam possint conuenire mysteriis. Sed peracto rursus officio, ad propositum sui temporis res ducatur, ac per cõsequentiã vel comminationis, vel exhortationis incedat. Vnde & beatus Iohel, postquam impetu prophetandi extremis etiam seculis vectura sed breuiter indicauit, ad temporis sui rationem reuertitur: conterminisque hostibus exitia comminatus, pergit ea gaudia quę iam adpropiare conspexerat explicare, vt & longè post ventris fidem faciant, quę propediem denunciat exhibenda, & eos, quibus consolationem parat, percipienda iucunditate perfundat. Pompam autem subrogat, vt instituerat, nunciandis. *Clamate hoc in gentibus, sanctificate bellum, suscite robustos: ascendant omnes viri bellatores, concidite aratra in gladios, & ligones vestros in lanceas. Infirmus dicat, Quia fortis ego sum. Erumpite, et venite omnes gentes de circuitu, et congrega mini: ibi occumbere faciet robustos tuos. Et consurgant, et ascendant gentes in valle Iosaphat.* Quata belli cupiditate ad euersionem Iudę conscenderent, imagine exhortationis huius, vim iudicii cõtinentis, expressit. Omnis, inquit, cultor agrorum arma corripuit, in gladios falces, & vomeres in pila mutarunt. Nonnulli etiam vel imbecillitate corporis, vel præiudicio senectutis negociis bellicis abnuentes, tamen sponte ad prelia cucurrerunt: præ multitudine videlicet copiarum, quas tam Assyrius belli princeps, quàm reliqui minuti & contermini hostes trahebant, indubitata se potituros victoria suspicantes: qui sane propugnatoris nostri profundum consilium noscitis. Nam cum ad vallem Iosaphat, id est, ad obsidionem Ierosolimarum superbo, inquit, ac truci spiritu omnis vestra conuenerit multitudo, tunc in vos capiet versuram iusta perniciēs. Et quoniam sic in me contumelias direxistis, sicut solebatis in obuios tela iaculari: inde trepidabit, id est, sentietis exitium, vnde ne utiquam suspicari omnino poteratis. Id est, nullę acies laborabunt aduersum vos signa proferre, nec aliquis clamor pugnantium personabit: cæterum omnes vna nocte feriente angelo corruetis: Et quasi magni certaminis incapaces, cum quodam despe-

pepulerunt.

Textus &amp; expositio- nis pars quedam videtur esse.

etuatque derisu, nocturna atque iocunda antea quies æterno deceptos tradet sopori. *Populi populi in valle concisionis: quia iuxta est dies Domini in valle concisionis. Sol & luna obtenebrati sunt, & stella retraxerunt splendorem suum, & Dominus de Syon rugiet & de Ierusalem dabit vocem suam. Et movebuntur celi & terra, & Dominus spes populi sui & fortitudo filiorum Israël.* Ritè, inquit, Iosaphat vallis concisionis locus vocatur: sicut enim opinabantur hostes, istic erat Iudæorum futura concisio. Verùm quia eos spes profana destituit, & in ipsos est directa sententia ultionis, vallis hæc concisionis, sed Assyriæ nominabitur: ad quam primò cum hostiles copiæ conuenissent, tanta in Ierosolimis conclusos anxietas & formido peruasit, vt eis neque magna quicquam astra lucerent. Verùm cum vlciscendi operam omnipotens propugnator assumeret, illæ tenebræ quas angor animi creabat, barbarorum & animis & oculis inciderunt: atque ad vindicandum Deus noster tanta maiestate profiliuit, vt nò solum clamorem instar bellantium ducum, sed rugitus quosdam videretur & fremitus edidisse. Quorum videlicet virtutem & magnitudinem haud solum corda hominum, sed nec ipsa possent elementa proferre. Ait quippe: *Dominus de Syon rugiet & de Ierusalem dabit vocem suam, et movebuntur celi ac terra. Et Dominus spes populi sui, et fortitudo filiorum Ierusalem.* Fiet ergo, vt diximus, ista cõuersio, vt tenebras quas nequaquam astris, sed timentium pectoribus infidentes Iudæorum primò gens fenserat, deinceps ita hostium turba patiat, vt videantur & astra nigrescere & elementa mutare. Filiis ergo Israël fortitudo cõtinget, sciëntque docti rerum periculis, quia Deus eorum Dominus sit vniuersæ terræ, qui tamen in monte Syon ob nimiam clementiam dignetur habitare. *Et erit Ierusalem sancta, & alieni non transibunt per eam amplius. Et erit in die illa: stillabunt montes dulcedinem, et colles fluent lacte, & per omnes riuos Iuda ibunt aquæ.* Facies, inquit, totius regionis de tristibus in læta mutabitur. Et quoniam peculiare nostræ gentis insigne est vt sancta dicatur, non solum templum, sed etiam tota vrbis mænia ita reuerenda faciet admiratio prosperorum, vt nemo eam profanus adire posse credatur. Dulcem autem libertatem tanta consequetur vbertas, vt non solum de aluariis aut arboribus, sed de ipsis montibus videantur mella defluere, atque in fontanorum riuorum gratiã torrentes quique mutari, vt continuè videlicet fluentium copiam non deponant. Hanc autem, inquit, nouam venarum fœlicitatem, de illo fonte qui de domo Dei erumpit, aditis consequentur. Quæ omnia vtique vel pro exaggeratione dicuntur, vel quòd populi recuperata salute gaudètes eiusmodi patiantur affectus: vt sicut supra tristibus, & in vltimo discrimine constitutis obscurari astra & elementa tremere videbantur: ita rursus gaudij effusione, temulentis lac videatur manare de rupibus, mella de montibus, torrentes cumulari fontibus, variisque floribus non solum prata, sed etiam saxa vernare: fontem quoque egressum iri de domo Dei, qui torrentem spinarum riget, id est, loca quæ erant vepribus occupata, faciat oportuna culturis, per id quod continuè rigationis fomenta suppeditet. Capit iam iste contextus quo Ierusalem fœlicitas prædicatur, etiam eccle-

sæ

sæ sacramenta quæ & impugnationem aduersariæ potestatis, & Iudæorum pariter gentiliumque perpeffa est, sed cunctis eis ad nihilum aquæ instar dilabentibus mirabili more conualuit, & ad fines orbis terræ vinea dilatata processit: oppressaque idolorum profanitate conualuit, atque in quodam solio perceptæ dominationis augusta dignitate confedit: quantumque ad institutionis eius regulas aspicit, ita præceptorum sanctitate vallata est, vt nemo valeat per eam alienus, id est, profanus, criminosusque transire. Quidni cum pro ea se Christus tradiderit, vt exhiberet sibi ecclesiam nò habentem maculam aut rugam, sed quæ sancta & immaculata consisteret. Hæc ergo virgo æterni regis dicata consortio, sicut in præsentia ab improbis quibusque virtutù institutione, ita in futuro seculo præmiorum quoque fœlicitate dirimitur, vt nemo in eis tabernaculis conquiescat, nisi qui ingreditur sine macula operaturque iustitiam. Cui ergo municipatus illius fœlicitas æterna contigerit, ita inebriabitur vbertate domus Dei, vt voluptatis sanctæ quodam torrente potetur, sentiatque dolorem aut mœrorem pariter aufugisse. Quæ beatitudo sicut plena resurrectionis tempore conferetur, ita & in hac vita partem eius maximam sibi Apostolorumque discipuli vendicarunt. A persecutoribus siquidem verberati, lætabantur, quia meruissent pro nomine Christi contumeliam pati. De his ergo celsis montibus doctrinarum salutarium videmus mella fluxisse. Teste enim propheta, dulcia sunt piorum faucibus eloquia Dei, super suauitatem mellis ac faui. De Apostolorum inquam pectoribus viuificantia mundo fluente manabãt, & ex dumetis in qua inciderant picta floribus ingrauata frugibus arua reddebant. Quidni cum abundantiam de illo fonte perciperent, ex quo qui bibisset nò sitiebat vterius, sed flumina de ventre illius fluebant aquæ viuentis. Per hæc itaque donorù incrementa cõspicuis ad cumulum fœlicitatis vindictæ dulcedinem pollicetur. *Ægyptus, inquit, in desolatione erit, Idumea in desertum perditionis, pro eo quod inique egerint in filios Iuda. Et effuderunt sanguinem innocentem in terra sua.* Cõclufit ad tēporis sui vaticiniũ propheta sermonẽ. Et sicut supra Tyriis ac Sydoniis denunciauit vicissitudinẽ calamitatis, ita nũc AEgyptiis & Idumeis ob eadẽ scelera cõminatur. Quod quidẽ nos ad ecclesiæ negotiũ ea poterimus ratione trãsserre, si Idumeos & AEgyptios crudeles ac tenebrosos animos nominemus. *Et Iudæa in æternum ædificabitur, & Hierusalem in generatione & generationem. Et mundabo sanguinem eorum quem non mundaueram, & dominus commorabitur in Syon.* Assyriis, inquit, aliisque populis qui cum eis arma sociauerant, mirabili vltione deletis incolæ Syon in omnibus spebus & actibus augebuntur, curamque religionis assument, meque fient protectore conspicui. Quod sicut ex parte sub Ezechia legimus effectũ, ita etiam cumulatius sub Dei & hominum mediatore prædicamus impletum. Mortuus est siquidem propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram, vt iustificati ex fide pacem habeamus ad dominum: qui commorari se in media Syon vrbe promisit dicendo. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.

L



## RVFFINI A QVILEIENSIS

PRESBYTERI COMMENTARIORVM  
IN AMOS PROPHETAM,*Liber primus.*

**E**XPLANATIONE sancti Iohelis, prout captus noster adiuuante Deo protulit, absoluta, ipsa muneris serie vocatur ad tertium prophetam qui dicitur Amos, virum non minus generis humilitate quam virtutis eminentia gloriatem. Nullis quippe parentum fultus insignibus, solis meritis ut in prophetarum numero locaretur: obtinuit prophetarum inquam, qui non solum magisterium synagogæ, sed etiam fundamentum ecclesiæ præstiterunt, teste magistro gentium, qui edificari ecclesiam super doctrinam apostolorum prophetarumque commendat. Ergo ad illum cœtum sydere luce radiantem, & si nullo adiutu clariorum natalium, morum tamen (ut diximus) ac totius vitæ sanctæ profectus est, abudè ipso etiam si nihil sermone docuisset probaturus exemplo, quia ad capescendam veram felicitatis gloriam pietas mentis deuotioque sufficeret, quandoquidem impedimentum ei nec paupertas possit nec obscuritas comparare. Et quia quantum meruit cognouimus, quid docuerit audiamus. *Verba Amos qui fuit in pastoralibus Thecæ: quæ vidit super Israel in diebus Ozia regis Iuda, & in diebus Ieroboam filij Ioas regis Israel, ante duos annos terræ motus, et dixit: animaduertendū primò quod eadem sunt huius tempora quæ etiam præcedentium prophetarum, Osee videlicet & Iohelis, tum siquidem cum maximè in decem tribubus quæ Israël appellantur feruebat impietas, & omnino quasi discernendis luminibus effossis tenebras quibus se induerat populus diligebat, ita ut nec salutaribus monitis, nec sæueris verberibus quicquam omnino respiceret, sed impietati impudentiam copulantes, ut culpas suas pariter & miseras viderentur amplecti. Quia ergo dominus noster munere se vltionis accingens, id ipsum variis prænucciabat modis, quippe cum emendandi potius quam puniendi commoueret intentio, prænucciatur quæ se nouerit illaturum. Ante duos, inquit, annos quam prodigiali motu terræ quateretur, quod factum esse licet regum non prodatur historia, tamen nos ipso propheta sumus auctore contenti, nec dubitamus indicem venturæ calamitatis terrarum commotionem præisse. Ergo per interposita temporum spacia quæ vindictam seriò differebant,*

vt de

vt de emendatione cogitet populus admonetur, & fit pompa terroris ne molem ipsam terroris incipiant experiri. Quæ sanè dispensatio cum nihil apud illos promouet, non solum securitate sed excusatione priuantur. Cōcionatoris autem ipsius qui reuelationum magnitudine sublimetur, animaduertenda mediocritas est: quia istam qua inclaruit dignitatem solum cum esset morum non etiam natalium, sicut alij, suffragio consecutus, quorum videlicet maiores in titulis colocantur, tamen vilem qua exercitus erat non celauit industriam, sed in Thecæ alendis pecoribus semper se instituisse signauit. Thecæ autem viculus esse dicitur in quo pastorum habitat multitudo, septimo a Bethleë verbe miliario separatus, post quæ vasta iam vsque ad Oceanum solitudo porrigitur. Ergo in Thecæ inter pastores loca inculta sed pecori oportuna sectantes, ideo se educatum esse commendat ne occasione noui muneris videatur elatus, & de se aliquid æstimare sublatius. Quod propositum sericæ parcitatis in processu quoque operis explicauit, dicens. Non eram propheta nec filius prophetæ, sed pastor eram ex rubis poma decerpens, & tulit me dominus: & misit ad prophetandum. Hæc autem modestiæ virtus est quam & gentium doctor ostendit, cum dicit: Reuelationum magnitudine ne extollerer datus est mihi stimulus carnis meæ, Angelus Sathanæ qui me colaphizet. propter quod ter dominum rogavi ut discederet a me, & dixit mihi, sufficit tibi gratia mea nam virtus in infirmitate perficitur. Patuit ergo prophetalibus oculis illam terrarum commotionem, ad significandam imperij comuulsionem valere, & hunc esse rugitum domini irascētis appellat. *Et de Ierusalem, inquit, dabit vocem suam.* Hanc nimirum vocem, quæ iræ eius congrua non naturæ infremuisse. Ergo æternum iudicem tremor orbis eloquitur, cuius tanta vehemētia fuit ut statim viros graminum disperiret, & non solum hominibus sed etiam gregibus subducerentur alimenta: speciosa siquidem pastorum læta pascua nominauit, & exsiccatum Carmeli verticē ad eandem voluit significationem valere. Siquidem pastores solcant æstiuas præcipuè in verticibus collium quærere pastiones: quæ omnia illo terrarum concussu arefacienda denunciāns, opinione quoque naturali videtur aliquid cōtigisse. plerique enim qui eorum curiosi in eiusmodi negotiis extiterint, opinantur probare causas terrarum motibus siccitatem, idque exemplis probare & disputationibus persuadere conantur. Quas nunc tamen vobis replicare non est necesse, sed illud breuiter adnotavi quia geminam plagam intulerit: vix dum inchoata commotio: siue autem siccitatem quasi conturbatis fontium venis creauit magna concussio, ad potentiam respicit conditoris cuius nutui elementa deseruiunt: siue præueniens defectus humoris terræ primò arefcere, postea etiam fecit intremere, sicque pereuntibus pascuis siccitatis incommoda patuisse, nihilominus eandem potentiam iudicantis ostēdit: qui ut pietate continet quæ creauit, ita eadem cum opus est indignatione conturbat. Possemus autem per tropologiam, pastorum nomine proceres ac reges diuersarum gētiū indicatos putare, verticēque Carmeliæ potētiā quam cum feliciter degerēt, obtinebāt, præsertim quia & ad diuersas

L ij

gentes prophetę istius sermo dirigitur: sed & simplicior est prior explanatio & accommodatior historiis, si diuersa afflictionum species profanis instituisse dicantur. Sed iam videamus quid infremens ultor exclamet. *Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertam eum, eo quod triturauerunt in plaustris ferreis Galaad. Et mittam ignem in Domum Azahel, & deuorabit domos Benadab, & conteram veſtem Damasci, & disperdam habitatorem de campis idoli, & tenentem sceptrum de domo voluptatis & luxurię, & transferetur, populus Syrię Cyrenem, dicit dominus.* Scimus, ait Apostolus, quia omnia quę lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur. Cũ ergo & prophetis esset propositum scelera populi sub lege degentis arguere, & beatus Amos decem præcipuè tribus quę Israël appellantur, insisteret: dispensatoria tamen ac multiplicis ratione consilij Deus noster aliarum quoque gentium intulit mentionem, quas equi iudicij ratione dispungat, sicut & Iudeorum populum, ex eo sibi plurimum contra vitę merita quod discreti ab reliquis agerent arrogantem. Cũ enim audiunt etiam vicinas gentes ad examen haud segnius quã suas tribus vocari, intelligat profecto, & omniũ nationum vnum esse conditorem dominum. In eo ergo ipso quod Israhelitarum dolor de vicinis gentibus vindicatur, superbia eorum vnã deprimatur, vt sentiant demũ quod non sit. tatum Iudeorum Deus sed etiã gentium: quando quidem nullius populi studia debitis vel cõsolationis vel vltionis precibus exuantur. Ad postremum ostendit quã sit ad parcendum promptior, qui ad irascendum cum tanta difficultate confurgat, vt nunquã cum vna culpa alteraue commoueat, nisi aliquę tres quatuorue conuenerint. Qui tamen numerus pro infinita quantitate docetur assumptus: non vt verè quatuor crimina, sed multa signaret. Idem autem se ignoscẽdi quoque studium, & iam circa alias gentes habere consignat, quando commotionem suam per similitudinem alienę iniquitatis excusat. *Super tribus, inquit, sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertam eum, eo quod triturauerunt in plaustris ferreis Galaad.* Egit, inquit, folio meo coeterna iusticia vt munus demum iudicantis assumerem & horrore mihi multiplicem pariter & impudentem crudelitatem conuerso in tristitia statu nocentium perdocerẽ. Haud semel quippe nec iterũ Damasci populus, cæterũ sæpenumero Israëlis arua populatus est. Galaad autem ita etiã plaustris ferreis tribulũque comminuit, vt gratum spectaculũ putaret instar spicarum atque culmorum passim in campis incolarum membra tererentur. Quia ergo impunitam hãc diu feritatem nec potui ferre nec debui, mittam ignem in domo Azahel regis Damasci, & deuorabit domos Benadab, qui patri suo Azahel in imperio successit, & conterã veſtem Damasci, & disperdam habitatorem de campis idoli, & tenentem sceptrum de domo voluptatis, id est, habitatores locorũ profanos vel summates quosque vel proceres, qui omne tempus in voluptatibus transigebant malis captiuitatis inuoluam. Ac ne eius captiuitatis ignorent aut spem reuersionis vsurpent, cũ edes suas in cinere viderint cõcidisse ipsi ad Cyrenis arua ducentur. In Regum autẽ volumine relegimus, hi reges quorum propheta commemorat, id est, Azahel

impendentem.

Azahel & Benadab, decẽ tribus quã frequenti incurſione vexauerint, & ad miseriarum extrema perduxerint. Ea ergo victoria ne videretur Syris feliciter contigisse † causam illic facere calamitatis pœnarumque quę describitur. Sed iam progrediamur ad reliqua. *Hęc dicit dominus, super tribus sceleribus Gazę, & super quatuor non conuertam eum, eo quod transtulerit captiuitatem perfectam vt concluderet eam in Idumęa. Et mittam ignem in murum Gazę, & deuorabit edes eius, & disperdam habitatorem de Azoto, & tenentem sceptrum de Ascalone: & conuertam manum meam super Accarum, & peribunt reliquię Philistinorum, dicit dominus.* Eodem narrationis ordine quem & supra aduersum Damascum tenuerat, Gazę quoque vrbis crimina, suppliciaque dinumerat: & quasi speciẽ percunãtantis assumit, debeatne tam longam tenere patientiam super homines adeo sceleribus inhærentes, vt putarent se nihil crudeliter perpetrasse, nisi id ter quaterque geminassent, miramque ambitionem in delinquendo tenuissent: ac non solum propriis, sed etiam alienis criminibus pascerentur. Dedit quippe operam vt de Iudeorum gente Idumęi, Esau videlicet posteri, quẽ beati Iacob fratrem fuisse prodit historia, pœnas agerẽt. Hi ergo, inquit, propheta, qui ab nobis parricidalis odio, cũ esset iunctus sanguine, dissidebat, Gazęorum auxiliis utebatur, nec in suum gens truculenta compendium sanguinem meum odiis donabat alienis: tantũ in me sæuiens, quantum satis ducerẽt parricidæ. Hęc autem professionẽ malignitatis qualiter sit expunãturus ostendit: *mittam ignem in murum Gazę, & deuorabit edes eius, & disperdam habitatorem de Azoto, & tenentem sceptrum de Ascalone: & conuertam manum meam super Accarum, & peribunt reliquię Philistinorum, dicit dominus.* Per occasionẽ vnius ciuitatis, aliorum quoque oppidorum nomina percucurrit, de quibus in regum historia frequenter legimus, quod penè continuos habuerint cum Iudeorum gente conflictus. Hi sunt autẽ qui & archã testamenti, cæso Iudeorũ exercitu, quasi captam ad fanũ idoli cui Dagõ erat vocabulum, transtulerunt. Cuius tamẽ potentiã, postquã & Dagonis statua cõminuta, & secuta populi calamitate indicauit, cũ officiis eã debitis remiserunt: nec sanẽ cultum Dei talibus miraculis suscipere, sed ingeniis & moribus, & ritibus perſtiterunt. Hi ergo iugibus odiis in Dei populũ sæuientes, quotiens suo nomine bellũ inferre non poterant, cum maioribus hostibus copias & arma miscebant, sicut ea præcipuè tempestate, qua Assirij Iudeorum finibus irruerunt: fatigatum ab eis quẽ differimus propheta conqueritur, & ostendit vniuersas nationes quibus circundabantur Iudæi, in eorum perniciem quasi certatibus studiis laborasse. quia igitur eorum aduerso tempore, vos quoque malorum cumulos addidistis, nec miseria eorum viciniorẽ in vobis affectum, id est, misericordię, cæterũ magis truculentię suscitauit, magnitudinẽ facinoris vestri quia ratione nolulistis, vltione saltem pendente noscetis: immissum quippe expugnationis incẽdium, non solum tecta, sed etiã nemora deuorabit, id est, ornãmẽta pariter & munimẽta cõsumes. Sicque incolas vestros internicione delebit, vt nec in proceribus scepra retinẽtib⁹, qui crãt verè vel potestate subnixi, vel vitæ istius deliciis & voluptate

conspicui, adeo ut possint etiam reges vocari, vlla inueniatur exceptio: sed ita super omnes manum nostræ aduersionis extendam, ut Philistinorum etiam reliquæ consumantur, & à summis ad imos insequat vna vastatio. Hoc est autem quod etiam præcedens propheta signauit, Tyrum videlicet & Sydonem atque omnes Palestinorum terminos accusando, quod argentum & aurum atque omnia quæ pretiosa erant de Israël finibus abstulissent: filiosque populi in libertate natos, græcis ac barbaris mercatoribus vendidissent, ut procul a paternis regionibus auerti, exilium simul seruitiumque paterentur. *Hæc dicit dominus: super tribus sceleribus Tyri, & super quatuor non conuertam eum, eò quod conuenerint captiuitatem perfectam in Idumæa, & non sint recordati fœderis fratrum: & mittam ignem in murum Tyri, & deuorabit ædes eius.* Eius criminis arguit Tyrum quod & Gazæ nuper obiecerat, videlicet quia non breuem aliquam portionem sed perfectam captiuitatem in Idumæa concludere festinauerit, ut periculis Iudæorum Idumæam gentem odio videlicet infensi fratris expleret. Veniet proinde vindicta quæ formam criminis tui & fingat & superet: tu quippe quasi ardentem inuidiam in perniciem fratrum tuis ammiculis incitasti, & non es recordatus: id est, noluit penitus cogitare illud fœdus quod inter germina nos natura ipsa constituit, quorum non tanta laus esset diligere, quantum crimen odisse: sed quasi externissimos, & nec sermone sibi nec opinione compertos, non solum in iurgia, sed etiam in prælia commouisti. Consequenter itaque ardens vindicta corripietur & ingêtes voluptates quibus famosa gestieras, horribili squalore mutabuntur: tatumque vastationi adhibebit, ut tam fundamenta quam culmina turris celsæ muri que cinerescant. *Hæc dicit dominus super tribus sceleribus Edom, & super quatuor non conuertam eum, eò quod persequutus sit in gladio fratrem suum, & violauerit misericordiam eius, & tenuerit ultra furorem suum, indignationem suam seruauerit usque in finem: mittam ignem in Theman & deuorabit ædes Bosræ.* Instituti ordinem sermonis exsequitur, & diuersas gentes sub increpatione compellat, quas Iudæorum duntaxat tam criminibus nouerat coherere quam finibus. Ordinatè autem post Tyrum posuit Idumeos, quia & ipsi parricidali aduersum Iudæos impietate feruebant. Quod ergo in tyriis denunciauerat esse plectendum, cur videlicet Idumeos sequentes vel consiliis adiuuissent, quod facilius fraternis miseris pascerentur, consequenter nunc ipsos quoque Esau ob eadè crimina compellat, & destinat ultioni: ne qui eorum sociis denūciauerat precia reddenda culparum, ipsis qui auctores criminis erant pepercisse videretur. Dicit ergo eum populum non semel sed sæpe parricidali animo deliquisse, ut & si culpa nimirum veniam mereretur, exigeret assiduitas funesta vindictam. Fratrem quippe non iurgio, cæterum gladio persequutus: misericordiæ vel claritatis, quam germanitas poscebat oblitus est. Nec per indignationis quendam impetum furuisse contentus, longum, inquit, sceleri tempus impendit. Grande autem accusationi pondus adiecit, dicendo: Et tenuit ultra furorem suum, & indignationem suam seruauit usque in finem. Non solum enim discessit à moribus germanorum, fratrem

fratrem præliis insequendo, sed nec ipsorum consuetudinem, quos in sanguinolenta certamina indignationum facibus incitat, custodiuit. Nam ita furuit quasi celeriter desiturus, ita in odio perseuerauit quasi iusticia magis quam furore commotus. Iustè ergo immoraturum sibi usque ad consummationem patietur incendium: ut & vrbes & castella, sicut vnus criminibus sorduerant, ita eisdem calamitatibus atterantur. Multis autem nominibus, id est, Edom & Theman & Bosra, vnum indicat populum, videlicet Esau qui Bosra vocabulo habuerant metropolim ciuitatem. Hos ergo dicit & prælio & obsidione vincendos, & vincendum arbitriis sequa passuros, & cædibus exustionibusque perituros: quæ omnia partim à Chaldæis, partim à Machabæis docetur illata. *Hæc dicit dominus: super tribus sceleribus filiorum Ammon, & super quatuor non conuertam eum, eò quod disseuerit pregnantem Galaad ad dilatandum terminum suum. Et succendam ignem in muro Rabba, & deuorabit ædes eius in ululatu et in die belli & in turbine, et in die commotionis. Et ibit Melchō in captiuitatem, ipse et principes eius simul, dicit dominus.* Nec isti populi, Ammon videlicet & Moab, de Loth stirpe venientes à parricidali inuidia liberantur Israelitarum: sic quidem proximi deteguntur, qui tamè eorum pristinam gloriam non ferentes, nullam prætermiserunt occasionem nocendi Galaad. Denique regionem quam ultra Iordanem duæ in dimidia tribus, sicut narrat scriptura, susceperant, finitimam sibi Ammanitæ inuadere festinantes, nec ad grauidarum, inquit, mulierum cædibus abstinebant ipsam videlicet Iudæorum sobolem interficere cupientes, ut habitatore consumpto, regio Galaditarum eorum tota finibus iungeretur. Remunerabo ergo, inquit, & huic populo quod meretur: faciamque ut hostili igne Rabbe, quæ metropolis fuit, ædificia cōsenescant. Quo sanè belli turbine ita conternabuntur, ut videantur & præmori: non solum autè principes eius, sed etiam Melchom, id est, simulachrum, cuius se numine muniendos credebant in captiuitatis ludibrium transferetur. *Hæc dicit Dominus: super tribus sceleribus Moab, & super quatuor non conuertam eum: eò quod incenderit ossa regis Idumææ usque ad cinerem. Et mittam ignem in Moab, et deuorabit ædes Camoth, et morietur in sonitu Moab et clāgore tubæ. Et disperdam iudicem de medio eius, & omnes principes eius, & interficiam cum eo dicit dominus.* Animaduertendum quoniam cum omnibus quas annumerauit gentibus contumelias & pericula quæ Israël congererat imputasset, nunc Moabitarum populo obiicit, quod in Idumeum regem sæuus extiterit: eosque ita furuisse causatur, ut non cōtenti bellum agere cum viuento, odium suum etiam circa eius funus ostenderit. Per quod utique & Iudæorum arrogantia qui solos se ad dominum pertinere credebant cōpressa est: & gentibus vel spei solacium vel intelligentiæ lumen obiectum: ut sentirent se sub vna creatoris sui prouidentia & gubernatione consistere, qui videlicet non solas Iudæorum, sed etiam aliarum gentium iniustias vltum iret. *Hæc dicit dominus: super tribus sceleribus Iuda, & super quatuor non conuertam eum, eò quod abiecerit legem domini, et mandata eius non custodierit. Deceperunt enim eos idola sua post quæ abierunt patres eorum. Et mittam ignem in Iudam, et deno-*

rabit *ædes Ierusalem*. Cùm facinora truculentia diuersis gentibus obieciſſet, venit ad Iudam, & diſſimulatæ religionis facinus imputauit eodem quo cœperat ſcemate deliberationis: enuncians neceſſariam conuerſionem de lætis ſcilicet triſtia ſubituros, qui obſtinatè fuiſſent turpia quæque & profana ſectati. Non autem exiſtimare debemus quia eos populos: quorum paulò antè crimina percucurrit, probabiles in religionis parte cenſuerit, de qua eis nihil obiiciendum putarit: ſed quoniam erat milles conſeſſa profanitas, qui ſemper fuiſſent idolorum cultibus mancipati, nec de pietate rituum noſcent competens habere iudicium, nequaquam utique eis crimen diſſimulatæ religionis obiecat: cæterum illa morum vulnera, quæ etiam extra veram religionem poſiti, dignoſcere ac vitare potuerunt. Iudæ verò id principio obiecit quod & cæteris flagitiis eſſet horridius, & de qua ſtirpe meritò etiã alia ſcelera pullulaſſet. Abiecerunt enim, inquit, legem domini per quam ſolam erant in toto orbe conſpici: neque abieciſſe contenti, ad idolorum quoque tranſiere culturam. Recipient ergo ſtipendium quod merentur, ut Iudam videlicet & Ierusalè incendium hoſtile conſumat, quod Babylonio vincente completum eſt. *Hæc dicit dominus: ſuper tribus ſcleribus Iſrael, & ſuper quatuor non conuertam eum, pro eo quod vendiderint argento iuſtum, & pauperem pro calciamentis.* Decem tribus quas nominat Ierusalem, non ſicut Iudam, ſed ſicut reliquas gentes de morum facinoribus accuſat: ut cas nimirum ita prophanitati inheſiſſe monſtraret, quatenus ſuper hac parte argui nec erubeſcerent, nec timerent. Accuſat ergo morum vulnera, non quòd eſſent grauiora quàm rituum: ſed vel quòd hi fructus fœdæ religionis liquidò viderètur, vel quòd in illa quoque actuum portione oſtenderentur cæteris gentibus nequiores. Haud ergo diutius, inquit, cenſura noſtra tolerabit, ut in eo ſtatu maneat in quo impudens nequaquam ad meliora reſpirans, ſed ſuperueniet eis de proſperis in aduerſa mutatio, ut quod noluerint diſcere moniti, incipiant noſce damnati: agere me videlicet curam pauperum, nec prouidentia meæ deſenſione priuari eos qui ſeculi iſtius ſunt opibus deſtituti. Vigeat apud illos tãtùm cura probitatis, & ipſa (qua humiliiores cæteris erant) acceptos mihi reddet caro ſque mediocritas. Id autem dixi, quia Iſraelis populus neglexit aduertere iuſtum & pauperem quaſi gemino apud me ſuffragio nitentè: ſed meis ſemper iudiciis inſenſus proterebat pauperes, & pedum calciamentis ornamèta ſeculi vilia æſtimabat, i. vel in officiis vel in negociis tãta fœlicitate peccãtes ut nò ſolum breuibus illecti plerùmque cõpeditis, ſed ſæpe etiã gratuitis iuſtorum ſupliciis paſcerètur quandã voluptatè putantes ſui, viroꝝ virtute humiliuꝝ, id eſt, ſuperbiæ malum innocentiæ ſanctitate vitatium, capita ipſa pulueri mixta calcarent. Quod autem ait, viam humilium declinant, dupliciter accipi poteſt, id eſt, vel deſcedunt ab ea & lóge diuerſum vitæ iter ſequuntur, vel certè in iudiciis iuſtam inopum cauſam fraude commaculant: quale eſt illud in pſalmo, Si videras furem ſimulcurrebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas. Sedens aduerſus fratrem tuum loquebaris, & aduerſum filium matris tuæ offenſionem cal-

lidus

lidus inſtruebas. Exaggeratur autem illo ſenſu delinquentium reatus, quia *dedita opera* quæ erant funeſta ſectantes, non ſolum negligere ſed etiam odiſſe iuſtitiam deteguntur. Pergit autem propheta crimina diuerſa memorare, nam poſt iniuſtitiam & ſuperba libidinis peccata cõtingunt. filius, inquit, & pater eius introierunt ad vnam puellam ut violarent nomen ſanctum meum. Oſtendit in quos cumulos delinquentium conſuetudo proeedat. Primò, inquit, ciuibus iuſtitia in iudiciis, affectum in calamitatibus negauit: ſequutum eſt continuò, ut neque naturæ ipſius apud vos iura conſiſterent, ſed de flagitiis ad inceſta venientes, in ſorta filij cum patribus irruerant, ut nullam reuerentiam, ſicut prius ciuibus, ita deinceps neque genitoribus exhiberent. Quo ſanè veſtro facinore ſecundum quoque meum nomen violabatur, colloquẽtib; inter ſe videlicet gentibus, *Qualis eſt deus ille, cuius qui peculiaris populus dicitur tã deformis apparet? Et ſuper veſtimenta pignerata accubuerunt iuxta omne altare, & vinum damnatorum bibebant in domo dei ſui.* Erat quidem conſequens ut cultores idolorum ſub multiplici fœditate conſiſteret: hinc tamen propheta in cunctis quæ arguit illud curat exprimere, quia quaſi *dedita opera* diuinis præceptionibus repugnarent, per quæ omnes ſpecies præceptorum ſcinderet. Ideo totum quod in lege prohibetur enumerans, etiam pigneratis eos veſtibus incubuiſſe pronunciat. Iuxta omne autem altare diligenter adiecit, quia aras eorum multiplicarat impietas. Et ideo vinum damnatorum bibebant, id eſt, de ea pecunia epulabantur in templis, quam acceperant ex precii innocentium nimirum de quibus paulò ante dixit, quia vendidiſſent argento iuſtum, & pauperem pro calciamentis. *Ego autem exterminavi Amorreum a facie eorum, cuius altitudo cedrorum altitudo eius, & fortis ipſe quaſi quercus: & contriui fructum eius de ſuper et radicem eius ſubter. Ego ſum qui aſcendere vos feci de terra Aegypti, & eduxi vos per deſertum quadraginta annis, ut poſſideretis terram Amorreum.* Tenet conſuetudinem ſuam ut ad exaſperandum ingratorum facinus beneficia præmiſſa commemoret. Et ideo poſtquam eorum praua & prophana ſtudia, quibus erant dediti, percucurrit, bonorum quoque mentionem, quibus eos obliuio ceperat, intromiſit. Ac ſi diceret ſatis ſe fuiſſe deceptum qui antiquas gentes robore viribusque potiõres, ut his habitatio pararetur expulerit, cum hi glorioſum certamè exiſtiment, ſi illorũ crimina & emulentur & ſuperent. Ego autem exterminavi Amorreum, cuius altitudo cedri ſimiliter & fortis ipſe quaſi quercus, contriui fructum eius de ſuper & radices eius ſuper. Syluam, inquit, gentium longa iam ætate perualidam ita cellis verticibus cõminantè, & profundis radicibus innitentè ſedulus quaſi caſtrorũ meator excidi, ne habitacionis leuia ſaltem impedimèta ſentiret. Quicquid ergo roboris fuerat ſtirpitũs amputavi, ut indigenarum ſyluæ quas amoliebatur noſtra ſententia, nequaquam vltèrius pullularent, ſed collatæ victoriæ gaudia ſecuritas cumulata ſequeretur, quidni? cum eis etiam priſcis temporibus beneficia contuliſſem? Nam cum Aegyptia eſſent ſeruitute depreſſi ad celſa eos libertatis erexi: & per inuias ſolitudines quadraginta annis cibum potumque miraculis ſufficiens circumegi, ut poſſeſ-



sio felicitium quæ fuerat decreta terrarum eò dulcius saperet, quò tardius contigisset: simulque cognoscerent quòd vita hominis non in fertilitate arborum, sed in dei providentia gubernante consisteret. Nectamen presentis vitæ contulisse tantum instrumenta contentus, reddidi vos per spiritalia quoque ornamenta conspicuos, suscitans, inquit, de filiis vestris prophetas, & de iuuenibus vestris in Nazareos, id est, vt peculiari deuotione ita etiam sacra illuminatione pollentes, quorum aliis futurorum certa cognitio, aliis delictorum esset gloriosa contentio. Hæc tamen vos omnia non solum viliter æstimatis, verum etiam impendio respuitis, audentes & prophetis ne vaticinarentur edicere, & Nazareis vinum quo inebriarentur ingerere. *Ecce strideo subter vos sicut stridet plaustrum onustum feno. Et peribit fuga à veloce, & fortis non obtinebit virtutem suam, & robustus non saluabit animam suam, & tenens arcum non stabit, & velox pedibus non saluabitur, & ascensor equi non saluabit animam suam, & robustus corde inter fortes nudus fugiet in die illa dicit dominus.* Familiare scripturis sacris est, vt imaginibus etiam de exiguis rebus fortè susceptis ad hoc quod experimentum cupiuit abutantur: sed ita vt mysticorum in his sensu medulla consistat. Vnde & nunc quia diu peccantem populum iustus arbiter sustinebat, oneratum se plaustrum instar asseruit, sed cui onus vilis materię contigisset. Quòd ergo ait, strideo subter vos sicut plaustrum onustum feno, non ita voluit intelligi vt aliter videretur plaustrum feno plenum stridere, aliter argento: sed quia sibi similitudinem plaustrum stridentis aptabat, sensus arte permiscuit, ac si diceret: si plaustrum onustum haberet discernendi aliquam facultatem, videlicet indignantius sine dubio strideret si vilia quàm si preciosa portaret. Ita ergo sicut Apostolus docet super religionis fundamentum pro diuersitate meritum: alii vt aurum, argentum, lapidesque preciosi, alii sicut fenum, ligna stipulæ congerunt: merito deus noster maiorem se farcinam pronunciat experiri eorum peccata tolerando, in quibus nihil queat de preciosis studiis reperire, sed qui omnes ad vile fenum, quod facile ignibus consumatur, accesserunt. Cum autem striduro, id est, infremuero, vestra illico vel arrogantia vel fiducia disperibit. Non enim velocitas quenquam subducet exitio, non proteget fortitudo pugnacem, non postremò peditum acies, non equitum manipuli diuinam sententiam morabuntur: sed qui erat bellandi arte clari, optabunt amissis latere regiminibus, vt vel nudis ad tuendam vitam vtantur latebris: Quæ omnia mala hostili cuenire victoria annuis magis cladibus, quàm annalibus literis comprobamus. In hoc loco sanè Iudei quandam opinionem sequuntur, diuersorum videlicet ducum diuerso apparatu signatas fuisse personas: quod nos non magni ponderis æstimantes ad alia transeamus. *Audite verbum quod locutus est dominus super vos filij Israel, super omni cognatione vestra dicens, Tunc modo vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ, ideo visitabo super vos omnes iniquitates vestras.* Nempe, inquit, hoc insigni præcipue gauderis, quòd nulli in toto orbe genti nisi vobis solis qui sum mundi creator innotui: & cum omnes nationes eadem qua vos pietate formauerim, tamen vester solum Deus appellari atque esse delegi, vniuersaque

saque vestre deuotionis officia muneribus atque miraculis anteueni, valida in vestrum honorum Ægyptiorum tum Palesthinorum regna consumes, vt vobis videlicet gloriosa egressio, opulenta possessio probaretur: nec solum feruitute depulsa gaudia contulisse contetus lumina quoque doctrine spiritualis adieci, ostendens vtique per hæc omnia quòd vos ex omnibus nationibus elegissem, quos etiam sacris informationibus erudirem, vt qui sine meritis multa susceperant, quemadmodum etiam mererentur agnoscerent. Verum non ista liberalitas negligentiorum conuersationis vestre iudicem reddidit, sed hæc magis malefacta vestra castigo quòd vos cunctis gentibus preteruli. Est enim consequens vt diligentius inspiciantur que preciosius æstimantur. Decor ergo genti vestre, vel mea indulgentia vel parentum virtutibus comparatus, nullam finit culpam incastigatam relinqui: quia vilescit concessa nobilitas, si non auferatur indignis. Haud itaque impunitatem criminum, sed custodiam mandatorum nobilitas acquisita commendat. *Nobilitatem non commendat* Sed videamus & reliqua. *Nunquid ambulabunt duo pariter, nisi conuenerit eis? Nunquid rugiet leo in saltu nisi habuerit prædam? Nunquid dabit catulus leonis vocem de cubili suo, nisi aliquid apprehenderit? Nunquid cadet auis in laqueum terræ absque aucupe? nunquid auferetur laqueus de terra antequam aliquid ceperit? Si clāget tuba in ciuitate, & populus non expanescet? Si erit malum in ciuitate quod Dominus non fecit, quia non faciet Dominus Deus verbum, nisi reuelauerit secretum suum seruis suis. Leo rugiet, quis non timebit? Dominus Deus locutus est, quis non prophetabit?* Variæ quorundam opiniones in hoc loco fuerunt, sed non satis exemplorum sensui continentes, qui nunc à nobis sub necessaria distinctione reddetur. Diuersas enim sententias oratio instituta contingit: & primus quidem versus necessariam, id est, iustam docet fuisse ingratæ gentis repulsam, quam super videlicet vnam ex vniuersis nationibus pronunciarat adscitam. Ea ergo quoniam studiis in peruersa mutatis iram iudicis accenderat, repudiata quæ subdebat, exitiis explicat cur eiusmodi dissidium contigisset. Nunquid ambulabunt duo pariter, inquit, nisi conuenerit eis? id est, Quid miraris quia comitatus nostri defensione nudata sis: cum iusta viantium coniunctio, nisi inter concordem diu manere non possit? Tu proinde qui elegisti habere meis legibus contrarias voluntates, fuisse consequens consistere vt comitatus mei auxilio nudareris, quia non meis itineribus ingredi separata cœpisti. Ego non ero te deseruisse contentus, nec hoc sine indignatio nostra claudetur, sed de præfule tuo conuertar in seuientem leonem, quem per vasta nimirum lustra gradientem haud leuitas in rugitum, sed visa eminens præda commoueat, qui cum sanè fuerit victor optati, ac destinatam venationem ad cubile retulerit, antra ipsa coget fremitu personare, ac nunquam hoc genere vacuus nisi præda semper potitus immurmurat. Quibus duobus versibus habitum vlciscentis expressit. Sequitur autem. Nunquid cadet auis in laqueum terræ, absque aucupe? Nunquid auferetur laqueus de terra antequam aliquid ceperit? Vlciscentis partibus absolutis, eos in quos vindicatur compellat, quos tanta facilitate iudicat conterendos, vt aui similes quæ laqueum sit ingressa videantur. Nunquid

cadet, inquit, auis in laqueum terræ absque aucupe? ac si diceret: Et si omnes pariter reticerent prophetæ, vox ipsa rerum satis vos posset instruere: istas quibus deterrimini calamitates non sua sponte vel casu aliquo in vestram potuisse perniciem cōuenire: nisi manus eas aucupis id est iudicis intulisset. Per denunciationem itaque prophetalem miseræ quasi laqueus docentur expositæ, vt in eas incidant callere, quique iustitiæ relinquentes, nihil proinde vos interueniens, plerumque dilatio consoletur. Positus enim laqueus, id est, publicatæ vatum ore sententiæ, non auferentur, nisi captiōnis suæ manus impleuerint. Si clanget tuba in ciuitate, & populus non expauescet: si erit malum in ciuitate quod dominus non fecit, quia non faciet dominus deus verbum nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas. Concinnare sibi expositionem vestram per subdita publicauit, & laqueum videlicet & tubam & maliciam, id est, afflictionem qua sacrilegorum vrbes perirent, nisi per diuinam indignationem non fuisse commota. Vbi tamen pariter propositum suæ pietatis, quo parcere destinabat, si per illos liceret, & reuerentiam sacri commendat examinis: quod ostendit impune non posse contempui, maliciam autem sicut sæpe alias, non peccata sed tormenta nominat, quibus videlicet cruciantur rei, non maculantur innoxij: Quia non faciet dominus verbum nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas. Oportune prorsus dignitas commendata sanctorum est, postquam reorum fuerat publicata despectio: ne hoc ipsum enim quod videbantur viliter æstimati, quippe tot supplicij obruendi, ad naturæ conditionem magis quam ad inuidiam improbæ conuersationis aspiceret. Dispensatoriè vtiliterque subiectum est, quod ad honorem hominum, id est prophetarum valeret, qui in eadem videlicet natura, qua alij quique sistentes: tamen vsque eo morum precijs differebant, vt de illis posset dicere Deus: Nec memor ero nominum eorum per labia mea. De istis verò, quia nihil faciet quod non prius ad ipsorum notitiam retulisset: sicut ergo nulla, inquit, calamitas orietur in his vrbibus, nisi quam diuina sententiā suscitauerit, ita nulla in vos animaduersio præferetur, nisi quæ prius ad conscientiam fuerit prolata sanctorum. Constrinxit autem quod egerat maiore compendio: Leo, inquit, rugiet, quis non timebit? Dominus deus locutus est, quis non prophetabit? Igitur quia supra indignationem suam imagine leonis expresserat, deinceps quod significarat absoluit, vt diceret: Leo rugiet, id est, Deo comminante & animaduersionem quæ imminet publicante, quis mortalium est quem non formido dissoluat? Sed iam quæ sit minarū species & pompa cernamus. *Auditum facite in ædibus Arozi & in ædibus terræ Egypti, & dicite: Congregamini super montes Samaria, & videte insanias multas in medio eius, & calumnias patientes in penetrabilibus eius, & nescierunt facere rectum, dicit Dominus.* Thelaurifantes iniquitatem & rapinas in ædibus suis, tenet morem suum sermo diuinus: vt quanta difficultate ad vindicandū moueatur adsignet. Ideo & nūc postquā scema terroris explicuit, repetit & retractat querelas, vicinosque populos præcipit conuocari, vt videant quibus illa plebs olim Dei squa-

leat.

leat sordibus, furiatque criminibus. Allophilis, inquit, & AEgyptiis nunciate vt congregentur quasi ad spectaculum in montes Samariæ: id est, ex eorum edicto valles vrbesque despiciat, & considerent nec flagitium vllū esse, nec facinus quod nō dico eorum studiis appropiet, sed in eorum medio quasi fundata sede consistat. Si ad eos enim cōuertas oculos qui per calumniam deprimuntur, portas vrbium in quibus iudicare consueuerant, ac penetrabilia cōferta reperias, ita vt nulla alia vox nisi erumnosorum videatur audiri. Vniuersi quippe qui susceperant officium iudicandi, in tantam obliuionē recti, vel per auariciam vel per superbiam deciderunt, vt nō solum non amare, sed neque nosse tā recta videantur. Nemo ergo inuidiam seueritati meæ faciat, qui tam longā patientiā seruis delinquentibus præstiti, vt eis censura etiā in obliuionē veniret. Vos inquam, nationes quas in istorū liberationē gloriāque contriuerā: vos inquam, denuò conuenite, vt vobis ipsis testibus, & meæ indulgētiæ magnitudo, & Effraim impietas detegatur. *Propterea hac dicit Dominus Deus, Tribulabitur, & circumietur terra, & derahetur ex te fortitudo tua, & diripiētur aedes tue.* Sæpe vt diximus de facinoribus flagitiis que cōquestus est, vt tandē possit promulgare sententiā, & ad illum quē in exordiis fecerat sensum sub expositione respōdit: Id est, super tribus sceleribus Israel, & super quatuor nō conuertā eum. Quia ergo exigēte iustitia Israel & Iudæ est decreta cōuersio, vt & letis videlicet in tristitia collabatur, nec tamē internicione pereat, ad quē modū populator sit seuiturus accipite. *Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremū auricula, si eruat filij Israel qui habitāt in Samaria in plaga lectuli, & in grabbato Damasci.* Quia corrigēdi proposito Israelitas deus noster castigaret, vt prophetis idiptum cōmendantibus, ita etiā dispensationū vocibus indicabat. Nam cū illos semper exosos faceret dilecta prophanitas, statū tamen eorū variabat omnipotēs: tum vide licet tristibus affligēdo, tū prosperis cōfouendo. Syrus ergo qui erat vicinior, id est, habitator Damasci, sicut regū prodit historia, decē tribus frequēti eruptione vexabat: ita vt quodā tēpore ad eam inopiā Samaritæ lōga obsidione peruenerint, quatenus matres filiorū carnibus vescerētur, & in toto exercitu vix x. equi potuerint inueniri. Sed cū beatus Heliseus mandasset regi Ioram quia altero die in portis Samariæ vbertas annonæ maxima visceretur, facta est subito tanta mutatio, vt fugientibus qui obsiderāt Syris, nō solum euaderent Israelitæ, verum etiam quasi triūphi opima spolia perciperēt. Hoc autem genere frequēter eis salutē & gaudia legimus cōtigisse. Parcus itaque vindicādi, & miserēdi diues Deus noster, annūciat quia quāuis munus iudicātis assumpserit, pastoris tamen officiū nō reliquerit. Ceterū & grabato Damasci, cuius quasi funibus febribusque tenebatur, & per ipsam viciniam morbū longissimum præferebat, reliquias eorū dignaretur eruere: ac sicut de faucibus leonum, id est, regū mēbra populi qui fuerat laniatus extrahere. *Audite, & contestamini in domo Jacob dicit dominus Deus exercituum: quia in die qua visitare capero prauaricationes Israel super eū, visitabo, & super altaria Bethel: & amputabuntur cornua altaris, & cadent in terram.* Quantum ad contextum quidem respicit lectionis, hostilē

M

vastationem promittit, & dicit altaris cornua quæ Ieroboam in Bethel locauerat conterenda. De duobus siquidem vitulis, vnum in Dan posuisse, alterum in Bethel legitur. Ergo est in præsentis loco sensus eiusmodi: quia licet non vos sinam internicione deleri, sed paratus sum de captiuitate reliquias vestræ gentis extrahere, nec vos vicinus hostis, Damasci videlicet regnator absumat: tamen id quod agitis, transire impune non patiar. Posset autem dici quia sub nomine Iacob, Iudam voluisset intelligi, ni processus sermonis Israël magis, id est: decem tribus, signaret & exprimeret. De hac autem destructione altaris, & in regum libris legimus: venisse iam prophetam ad Ieroboam, qui vacca fuerat fabricatus, immolanti quidem istud esse sub cōminatione pollicitum. Quem ille cum extensa manu corripere præcepisset, potentiam vatis, dextra protinus arescente persensit, statimque fractus in preces, vsu quidem manus recepit: Iosiam verò exorturum, qui illud sacrilegium vlceretur, audiuit. Ergo quæ longa tempora vel castigatio populi, vel longa captiuitas vltima comprehendit, præsentis vaticinio pariter indicantur, quæ diuersis sunt inferenda temporibus. *Et percutiam*, inquit, *domum hyemalem cum domo æstiva, & peribunt domus eburnea, & dissipabuntur ades multæ, dicit dominus.* Non vnum aliquod vitium prophanæ gentis exagitans, auaritiæ quoque & luxuriæ peccata contingit, atque ideo queritur quod diuersas habitationes ad voluptatem diuersorum anni temporum congruentes, quasi luxuriæ sibi construxerunt instrumenta: cumque essent culpis multiplicibus inuoluti, nihil de compunctione aut emendatione penitus cogitauerint, sed confectanda solum amœnitate sollicitos, alias ædes æstibus, alias parasse frigoribus, hæcque, vindictæ tempore pariter auferendas, variâque molitiones hostili incendio concremandas. *Audite verbum hoc vacca pingues quæ estis in monte Samarig: quæ calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes: quæ dicitis dominis vestris, Afferte & bibemus. Iurauit dominus Deus in sancto suo, quia ecce dies venient super vos, & leuabunt vos in contis, & reliquias vestras in ollis feruentibus. Et per aperturas exhibitis altera contra alteram, & proiciemini in Armon, dicit dominus.* Quamquam esset totius gentis prophanitas arguenda, tamen quia in diuites atque opulentos obiurgationem præcipue dirigebat, qui non vnus ædibus, sed pro tempore variandis cœnaculis vterentur, eaque eboris nitore percolerent: merito eis vaccarum quoque pinguium nomen ascribit, quia vox earum erat mugitibus destinanda, & venter eorum deus, & gloria in turpitudine ipsorum. potest etiam illud decenter adiungi, vt non solum de vitiis morum, sed de genere impietatis ipsius appellati esse dicantur: vt qui colendos receperant vitulos, vaccarum nomine signarentur. Pingues autem notantur, secundum illud quod beatus Dauid accusat: Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum, transierunt in affectum cordis: cogitauerunt & loquuti sunt nequitiam, iniquitatem in excelsis loquuti sunt. Ergo in monte Samariæ, id est in regia ciuitate sistentes, & aulica familiaritate turgentes, atterebatis pauperes, vt de eorum spoliis instrumenta luxuriæ vestræ quæreretis. Quod autem ait: quæ dicitis dominis vestris: Af-

ferte

ferte & bibemus, sic accipiendum est: vt vel Dominos suos ipsa idola nominarent, à quibus videlicet seruo precarentur copiam rerum, quippe qui omnem beatitudinem suam in intempestiuis lautisque conuiuiis collocassent, vel certe minores quique, & proceribus criminum suorum opera se locantes, hanc mercedem ab his peterent, in quorum questum sepe peccabant, vt eis potatio non deesset. Quid autem pro hac petulantia consequuntur? Iurauit, inquit, dominus in sancto suo, id est, decreuit statum sui iudicij violari nescia sanctitate: quia veniet, immo iam appropriat tempus quo carnes vestræ leuentur in contis, & reliquie in ollis feruentibus. Trāstulit autem similitudinem à vaccis, quæ conuiuantibus aut barbaris aut militibus apponuntur: Et quoniam earum vocabulo notarat prophanos ipsarum denuò exitio subiiciendos, eos esse denunciat. Cōtos ergo hinc posuit proverbus, id est, subulis, quibus inserte plerumque vaccarum carnes prunarum vapore torrentur: reliquias verò, vel intestina, vel eas accipe portiones, quæ comminutiores in ollis magis quam in subulis decoquuntur. Et quoniam dixerat quod torius honestatis & timoris obliti, etiâ precia criminum ventris metirentur in gluuie, merito subdidit quod ipsi incendio captiuitatis inuasi, luxuriantibus & quasi voraturis hostibus exponantur. Et per aperturas exhibitis altera contra alteram, & proiciemini in Armon, dicit Dominus. Superioribus versibus metaphorâ impleuerat à vaccis, conuiuioque susceptam: in vltimo autem ad simplex reuertitur iudicium: dicitque eos diruptis parietibus extrahendos, quod euerfionem indicat ciuitatis. Alteram verò contra alteram, secundum idioma hebraicum, inuicem sibi occurrentes captiuos, aut se mutuo consequentes, qui ad Armeniæ montes Assyrio vincente transferantur, ostendit. Sed videamus & reliqua. *Venite ad Bethel, & impie agite ad Galgala, & multiplicare prauaricationem, & offerte mane victimas vestras, tribus diebus decimas vestras: & sacrificare de fermentato laudem, & vocate voluntarias oblationes, & annunciate, sic enim voluistis filij Israel dicit Dominus Deus. Unde & ego dedi vobis stuporem dentium in cunctis vrbibus vestris, & indigentiam panum in omnibus locis vestris, & nō estis reuersi ad me, dicit Dominus.* Hanc fuisse præcipuam, imò vnicâ causam denunciandi per prophetas, quæ calamitates peccatibus immineret, vt in eis correctione formido generaret, totus ipse obiurgationis textus ostendit: cui quoniam cōsilio iudicis ad indulgentiâ præptioris perdelinquendi impudentiâ resistebat, quoddam inter Deum & homines videbatur certamen existere: sed quoniam nō erat æqua luctatio, hoc videlicet decernente, illis vero quæ erant acerba subeuntibus, illicò interdum eos sub derisione cōpellat, ipsam eis quod elegerint certam exprobrans. *Venite*, inquit, *ad Bethel, et impie agite.* In imperatio modo, sed per ironiâ & insultatione ea quibus offēdatur enūciat, quæ figura celebratur in liberalibus quoque literis. Ergo prophanato Israeli, insultate obiectat vt stultiis quæ elegit imminet, & Bethel atque Galgal, quas ciuitates idolis scaterere etiâ præcedentes indicauerunt prophete, frequentare nō desinat, sed præuaricationibus augmenta cōportet: & offerat victimas matutinas, & victimarum oblationi deferuat, fermentatofque panes altari, qui (vt

M ij

ita dicamus) laudatorij, vel voluntarię oblationis appellabantur, imponat. Quod totum ita intelligendum est: quoniam ceremoniarum ordines, ritusque quos ex sacra lege susceperant, idolis mancipassent, quippe que pro Deo veneranda decreuerant, sed easdem obseruationes sicut impię ad idola transtulissent, ita etiam licenter plerumque variarent: hoc proinde vtrumque pariter exprobrat, id est, quod vel institutiones legales idolis ad quę defecerant mancipassent, vel eas pro suo arbitrio corrupissent: quorũ vtrũque ad eandem impietate valeret, vel eas nimirum obseruationes, quas sibi Deus iusserat exhiberi, ad impia delubra transferre, vel certe quasi fastu & animo corrigētis aliquid ex his quę fuerant instituta mutare. Denique hoc crimen superbę mentis exaggerans, ait. Sic enim voluistis filij Israel, dicit Dominus Deus. Insistite ergo (inquit) studiis quę elegistis, vt stipēdia vos digna comitentur, quorum gustum ex maxima iam parte cepistis. Nam dedi vobis stuporem dentium in cunctis vrbibus vestris, & indigentiam panum in omnibus locis vestris, & non estis reuersi ad me dicit dominus. Ideo autem indigentiam panum post stuporem dentium locauit, vt esset sensus eiusmodi: quia in obliuionem operis sui viderentur dentes adducti, & defueuissent incidere aut emolere cibos, lōgōque interuallo temporis quendam paterentur stuporem. Verũm cũ tam acerba vos castigatio perculisset, non estis reuersi ad me dicit Dominus. Quo versu, duo pariter indicauit: & illorum videlicet in delinquendo pertinaciam, & suam in consulendo benignitatē: qui illa nimirum verbera, non vt puniret, sed vt corrigeret intulisset. Huic autem consilio infelicitate resistentes, quoddam sicut supra diximus, certamen ingressi sunt, & ideo quid adiiciat, audiamus. *Ego quoque prohibui a vobis imbrem, cũ adhuc tres menses superessent, vsque ad messem: & plui super ciuitatem vnã, & super ciuitatem alterã non plui: pars vna compluta est, & pars super quam non plui, aruit. Et venerunt duę & tres ciuitates ad ciuitatem aliam vt biberent aquam, & non sunt satiata: & non redistis ad me dicit dominus.* Ostendens supra subita lue frugum copiam disperisse, & quia emendatio nulla successerit, clariora se etiam indignationis testimonia prębuisse, atque prima pullulatione herbarum negatu pluuiarum germina suffocasse, consequenter adiunxit: quia imbrium solatia nequaquam omnibus in commune subduxerit, ne cūctui potius quàm indignationi, quod acciderat applicarent. Sed vt sentiretis (inquit) iudicio fieri siccitatem, super ciuitatem vnã plui & super ciuitatem alterã non plui, vt simul ð popule, negato tibi solatio, ex vicinõ mordereris exemplo. Tanta etiam fuit imbris exilitas, vt nec ipsorum sitim locorum, quę aspersisse videbatur, expleret. Attamen vos qui ad opinionem pluuię vt pecudes currebatis, ad me nolulistis per voluntatis emendationem redire: eoque factũ vt & vobis fixę calamitates, & mihi dispensationes meę infructuosissima redderentur. *Percussi vos in vento vrente, & in aurugine multitudinem horrorũ vestrorum & vinearũ vestrarũ, oliueta vestra & ficeta vestra comedit eruca, & non redistis ad me dicit dominus.* Iniquitatũ vestrarũ, iste cumulus ritę cęlebitur, quia cũ totiens operã seueritatis assumpserim, nihil tamen ad vestrã correctionem

correctionem promou. Pro beneficiis ergo quicquid erumnarum hausistis, enumero, & confiteor me quasi oblitum fuisse benignitatis meę, dũ perniciosam vobis delinquendi obstinationem superare contendo. Ideo geminare plagas, immo etiam multiplicare non distuli, & hominibus frugum amminiculo destitutis, pō morum quoque solatia horrořque subdixi: vt sicut longa siccitas spem messis, ita etiam autumnus, & hyemis bona vel aura pestilens, vel frequens eruca consumeret: & non redistis ad me dicit dominus. *Misi ad vos mortem in via Aegypti, percussi in gladio iuuenes vestros vsque ad captiuitatem equorum vestrorum: Et ascendere feci putredinem castrorum vestrorum in naves vestras, & non redistis ad me dicit Dominus.* Quod Aegypti commemorationem intulit, dupliciter intelligi potest. Nam cũ ille populus, qui sexcentorum milliũ fuisse narratur, ab annis xx. & suprã extra Iosue, & Caleb in solitudine docetur extinctus, meritò hic Deus Aegyptiã profectiois instar occubuisse dicit, quos pronũciat internecione delendos, vel certe quoniam imminentibus Assyriis Israelitę, sicut beatus Osee docet, ab Aegyptiis auxiliũ postularunt, nec tamẽ vllum sunt remedium consecuti. Consequenter, missam in eos mortem Aegyptiã vię propheticus sermo denunciat, per quam ad eos nimirum non arma socia, sed iratior hostis irrupit. Cui sensui magis conueniunt quę sequuntur, id est, quod & iuuenes & equos in castris obsidione corruptos, vel captiuitate iudicat comminutos. Sed cũ vos (inquit) conclusos castrorum putredo cruciaret, & videretis vobis mala captiuitatis protinus inferenda, nec sic reuersi estis ad me, dicit Dominus. Tot ergo castigationum fructum mihi per vos perisse, quomodo me ferre arbitramini? *Subuertit vos, inquam, sicut subuertit Deus Sodomam & Gomorram, & facti estis quasi torris raptus de incendio, & non redistis ad me, dicit Dominus.* Quis sapiens & cognoscit hæc? Tunc intelliget misericordias Domini, quas sane in omnibus suis dispensationibus commendare non desinit: vnde eas & in præsentibus locis, cũ certẽ magno seueritatis ambitu procedat oratio, ita tamen abundare ac supereffluere demonstrat, vt doceat quas intulit plagis, multò sibi grauiores, quàm his qui patientur, videri. *Subuertit vos, inquit, sicut subuertit Deus Sodomam & Gomorram.* Quod certẽ non accidisse Israeliticis populis spes etiam promissę liberationis affirmat: sit proinde sensus eiusmodi. Quoniam tantũ calamitates quas intuli in vestrum sanguinem seuerunt, vt videantur mihi Sodomitę ipsi non esse maiora perpeffi: iuxta modũ quippe necessitudinis, quia vos mihi adsciueram, erumnarum ista congestio illis est incendiis exequenda, quibus obscœna turba cum tectis conflauit & terris. Quamuis enim vobis spem recuperandę libertatis indulserim, tamen videmini mihi sicut torris, magis aliquis semiustus extractus de ignibus, quàm in virenti consistens firmitate. *Quapropter hæc faciam tibi Israel: Postquam autem hoc fecero tibi, preparare in occursum Dei tui Israel. Quia ecce formans montes & creans ventum, & annuncians homini eloquium suum, faciens matutinam nebulam, & gradiens super excelsa terra: Dominus Deus exercituum nomen eius.* Et quia, inquit, statuisti cum beneuolentia mea impu-

denti obstinatione certare, necessitatēque mihi exerendę seueritatis imponis, faciam tibi quod ipse castigationum ordo deposcit. Neque enim decet vt plus virium impudentia tua quā nostra censura videatur habuisse, priusque ista quasi lassata desuere, quā tua aut iniquitas finiat, aut vita. Quantum ergo ad me respicit, medendi continuabo propositum: per te verò stabit vtrum ista multiplex castigatio emendationi proficiat, an potius vltioni. Quia ergo illa numeravi nuper incommoda, id est penuriam frugum & imbrium, copiam verò locustarum & erucarum si quid vitioris reliqui fuerat absumentem luem, anni germina corporaque populaatem, mala postremo hostilis obsidionis, tota in corruptionem castra vertentis, & gladium domi forisque sauientem, quæ certe ego, inquit, per compatientem misericordiam illi exitio quo Sodoma perierat, comparavi. Ita vt ad similitudinem combustorum torrium videatur reliquias vestras redditura captiuitas, quia ista, inquam, omnia correctionis inefficacia fuerunt: hoc faciam tibi sub eiusdem sane tenore propositi, vt perniciosa sane impietate depulsa, affectum emendationis assumes. Et iccirco postquam id tibi quod denuncio inferri videris, in occursum domini tui spei melioris factus accingere, neque percussus parte sententiæ vel desperes salutem, vel iudicantis oculis apparere formides. Nam cum eo est tibi ratio qui nequaquam mortem morientis exoptet, sed qui etiam addictis, si eos commissorum videat pœnitere, succurrat. Quidam hunc locum vbi ait, Quapropter hæc faciam tibi, ita accipiendum putarunt, vt ex industria dicerēt comminationis speciem fuisse cælata, quatenus quicquid posset auditor atrocissimum suspicari, id etiam crederet fuisse promissum. Sed animaduerti licet, non suspicionibus territorum rem fuisse promissam: ceterum quid se facturum diceret, post paululum publicasse. Nam interpositis quæ ad potentiam creatoris valerent, quasi cum repetitione subiunctum est. *Audite verbum istud quod ego leuo super vos planctum, Domus Israël cecidit, & non adiciet vt resurgat: virgo Israël proiecta est in terram suam, & non est qui suscitet eam.* Sicque sensum ordo subtextitur, vt more suo sedulo deus noster causas illatæ captiuitatis absoluerit: quam nimirum velut inuitus impleuisse videatur. Sed ad lectionis ordinem reuertamur. Postquam ergo dixi: Hoc faciam tibi Israël. Postquam autem hoc fecero tibi, præparare in occursum Dei tui Israël, quia ecce, inquit, formans montes, & creans ventum, & annuncians homini eloquium suum, faciēs matutinam nebulam, & grandines super excelsa terrę, dominus exercituum nomen eius. Ob reuerentiam iudicis in reorum peccatoribus suscitandam, opera creatoris interferit: vt vel affectum erga se censoris prudens auditor intelligat, vel de effectu non dubitet vltionis, qui cum sibi videat comminantem, cuius virtute subsistat vniuersitas, id est: Otu Israël, quis sit meritorum tuorum expunctor, inspicio: ille nimirum per quem facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil, ille qui elementa iussione formauit atque distinxit: ille qui dedit syderibus vt lucerent, vallibus vt desiderent, campis vt iacerent, montibus vt tumerent: ille qui spirabilem

lem aërem quo à cælo in terras media impletur inanitas, tum densari in nubem, tum moueri in ventos præcepit, cuius prouidentię noua opera variis elementorū declarantur officiis, qui cum sit tantus virtutis eminētia, tamen homini eloquium suum, id est legem suam intimare dignatur. Et inter gubernationis miracula, quibus facit vt nebulæ de terris, vbi eas matutinus sol afflauerit, exhalētur: donec immoratu eiusdem vaporis aut cōprimantur, aut omnino siccentur. Imo cum oportuerit, concretæ in nubes ad superiora ducantur, redditæque cunctis montibus celsiores, aquas conceptorum imbrium in subiecta diffundant: atque ita sibi gubernationis ipsius vestigia impressa consignent. Ipse inquam, factor elementorum cui nomē est Exercituū dominus, id est, cuius ea potestas est vt nutui eius seruiant angelorum cateruæ, eumque regem suum conditorēque fateantur: ipse inquam, ea vobiscū benignitate contendit, quatenus inferenda vobis tormenta denunciaret, si quo modo affectus pœnitendi in vestris mentibus excitato, vel fera emendatio reos subtrahat vltioni. Quod sane remedium quoniam obstinata prauitate corrumpitis, vocem nostræ lamentationis accipite, cuius semper monita respuitis: vocem, in quā, qua suprema vestra prosequimur. Cecidit cecidit, nō adiciet vt resurgat. Virgo Israël proiecta est in terram suam, non est qui suscitet eam: id est, illa gens de clara Israël stirpe descendens, & quæ virgo appellari vel ante meruerit, vel sueuerit: quippe cuius pudicitiam, qua in consortium fuerat proprii rectoris ascita, prophanitas nulla violasset: vel cuius fœlicitatem continua integritate pollentem, captiuitas nulla corrupisset: ea nunc proculcatui vincentis exposita, probra simul & tormenta perpetitur: nec vsurpat aliquod de amouenda calamitate solatium. Cæterum in terra sua velut mulier pollutionibus subiecta decubuit, & miseriis deprimentibus, ad sepulchra peruenit, nec est qui opem ferre valeat, & subleuare deiectam, quam censura omnipotentis attriuit. Ab illo ergo versu in quo ait, formans mōtes & creans ventum, vsque in præsentem locum, ex persona dictum prophete accipi potest, de Dei videlicet potentia differētis. Quod autem dicit ita in terram suam cecidisse Israelem, vt penitus non resurgat: cum & præcedentes & sequentes sententiæ soluendarum quandoque miseriarum solatia repromittant, & in ipsius animaduersionionis tempore imminutionem magis populi quā internicionem minentur, ita debemus accipere: quod vel lugentis affectu cumulatus æstimauit illata discrimina: Sicque funditus appellasse deletos, quos ex maiore videret parte contritos: vel certè in eorum personis quos captiuitas absuimebat ire pessum. Neque à quopiam gentem Israelis suscitari posse signauerit. *Quia hæc dicit Dominus Deus, Vrbs de qua egrediebantur mille, relinquentur in ea centum: & de qua egrediebantur centum, relinquentur in ea decem in domo Israël.* Non subito captiuitatis miseria irruisse, sed multis temporibus cum expectatur emendatio, castigatum fuisse populum, regum declarat historia: atque ideo per prophetas varia eum deus noster voce compellat: tum denunciando perniciem, eamque fixam esse dicendo, tum prospera si emen-

dauerit pollicendo. Haud itaque quasi in vnum tempus coartans, aliquam in dictis esse discrepantiam suspiceris: sed prolatas sententias per longa tempora, eaque oportuna distribuens, consequentiam suam omnibus constare reperies: ac paulatim crescentibus malis, regnum profani populi comminutum, donec ad vltimę captiuitatis exitium perueniret. In illis proinde urbibus atque regionibus quę adhuc quasi stante metropoli, id est Samaria, vastabantur, gentis decimationem factam intelligamus, vt nobilibus intereuntibus partibus quę erat extrema permaneret. Quę quoniã ad hoc illata fuerat decimatio, vt sicut alios iusto dabat exitio, ita alios pereuntium emendaret exemplo. Exhortatio continuò ipsius iudicantis insonuit. *Quia hæc dicit Dominus domui Israel, Querite me & viuetis: & nolite querere Bethel, & in Galgala nolite intrare, & in Bersabee non transibitis, quia Galgala captiua ducetur, & Bethel erit inutilis. Querite dominum & uiuite, nec forte comburatur igni domus Ioseph, & deuorabit, & non erit qui extinguat Bethel.* Quia id, inquit, quod à lege & pietate debueras discere, ô tu Israël, vt vni videlicet factori tuo continuę deuotionis adhæreres officio, qui te & propitius beatum, & iratus miserrimum redderet, sæua demum pericula docuerunt: vel nunc studium pœnitentis assumito, & de correctione actuum si vis viuere, cogitato. Require me proinde, quem profanitati seruiens reliquisti: require me inquam inueniri paratum, & vbi primùm querere cœperis, obuiantem inuenies: quia omnis qui petit, accipiet: qui querit inueniet, & pulsanti aperietur. Noli sacrilegiis tuis dissimulationē nostrę quæstionis adiungere, ne horridior detegaris oblata remedia negligendo, quàm quę promulgata fuerant præcepta temerando. Querite me & viuetis, nolite querere Bethel & Galgala & Bersabee: hæc autem vrbes sicut regum prodit historia, & vitulis quos Ieroboam fecerat, & reliquis erant idolis mancipatę. Denunciat ergo consulens dominus, vt illa quę abhominabilia prophanitas reddidisset, frequentare desinerent, necum eis pariter quippe destinatis exitio disperirent. Querite ergo dominum quia non vult mortem morientis, & quærentes reuertimini ad eum, & viuetis, ne incipiat immisso tectis prophanorum incendio concremari. Sed videamus & reliqua. *Qui conueritis in absynthium iudicium, & iustitiam in terra relinquitis, facientem Arcturum & Orionem, conuertentem in mane tenebras, & diem in noctem mutantem, qui vocat aquas maris, & effundit eas super faciem terrę, Dominus nomen eius.* Eodem quo supra, ordine, vt potentiam iudicis explicaret, quod idem esset creator admonuit, propositumque eius qui quantum in se est, cunctis consultum vellet ostēdens: quippe quibus existendi causam sola eius bonitas præstitisset, dicit: quia iudicium eius quod dulce esset innoxiiis, isti sibi instar absynthij amarissimum reddidissent. Ergo quod ait, *Qui conueritis in absynthium iudicium, vel ita debemus accipere, vt diuinum iudicium quod sibi meritis suis fieri exitiabile compulerunt, conuertisse eos in amaritudinem conqueratur: vel certe ipsum humanę rationis examen in amaritudinem dicat fuisse corruptum: culturam videlicet idolorum, sacris quos per Mōysen* acceperant

acceperant, ritibus præferendo. Sequitur autem. *Et iustitiam in terra relinquitis*: quod ad ipsius electionis culpam reuocare possemus, quæ iudicandi normam quasi aliquid proculcabile reliquisset, nisi subiectis versibus quid iustitiam vocasset ostenderet. Ait enim, *Facientem Arcturum Orionem & conuertentem in mane tenebras.* Iustitiam ergo appellauit ipsum Deum nostrum, qui meritò, & virtus & sapientia nominatur: eumque à profanis esse relictum, id est spretum, conquestus, opera eius, quibus mundus gubernatur, enumerat: vt illorum nimirum crimina cumulet, qui tantæ magestatis deum non timuerint asperare. Quod autem astrorum ea vocabula intulit, quæ à gentilibus videntur imposita (quamquam alij interpretes solum sidera dixerint) possemus consequenter accipere, quia obuiis vocabulis ad distinctionem astrorum, non ad confirmationem fabularum fit vsus propheta: secundum illud quod & Apostolus poëtarum sententias nequaquam est dedignatus assumere. Notandū etiam illud, quod cum descriptionem ethereę informationis vellet amplecti, astrorum vocabulis quatuor plagas, quæ etiam climata vocantur, expresserit: id est, Arcturo Septentrionem, Orione verò Australem, quæ est è regione, constituens: diei autē & noctis vicissitudine, ortum solis, occasumque signando. Vbi pulchrè potentiam opificis admiratus, tenebras ipsas ait eum in mane conuertere: ita enim solis globus cum explicauerit giros, repentino terras splendore profundit: vt inuentas tenebras non pepulisse, cæterum in lucem mutasse videatur. *Qui vocat aquas maris, & effundit eas super faciem terrę, dominus nomen eius.* Elegantissimè & scientissimè cum de elementorum loqueretur officiis, ad creatoris institutionem & gubernationem pertinentibus, eum quidem dixit omnia facere, cuius nimirum potētia & formauit eosdem ordines & tuetur: cuius tamen præcipue sideris, ministerio ad creandas fruges vteretur, ostendit: nimirum solis, qui, discessu quidem noctem nobis regressu diem pararet. Ergo quoniam descriptionem naturalium sermo contigerat, subdidit etiam, quod vel exhalatus de terris humor, vel assumpta de marinis fluentia gurgitibus, ad superna eodem vapore raperentur, ac denuò suspēsa de nubibus, quæ ire ad summa cęli ipso iã pōdere nō valerēt, amarā salsedinem transfusione deponerent, & ita demum terris sitientibus redderentur: sicque alendis frugibus permixtu contrariorū, humoris videlicet & vaporis, vbertas admiranda cōtingeret: quod vtiq; tantæ magnitudinis negociū explicare nō posset, nisi ille qui solus vniuersorum dominus iure creationis ostēditur. Sed videam⁹ & reliqua. *Qui subridet vastitatem super robustū, & populationem super potentem affert.* Cui negotio pararetur potētis præmissa descriptio, cōsequēter aperuit, id est, vt metū in audiētium pectōribus excitaret, & intelligerēt quātus calamitatū agger impēderet his, quibus tantę potestatis iudex esset infensus. Ille, inquit, qui est vniuersorū creator, merita quęq; pergit expūgere: & licet viribus eius nemo possit obistere, tamen reorum, qui sibi videbantur esse potentes, tormenta subridet, quos ea videlicet facilitate comminuet, vt indignationē suam subrifione potius indicet quàm clamore: quidni, cum eius nutui vniuersa famulētur,

& pro diuersitate meritorum dicto obaudientia tam aduersa quam prospera consequantur. Subridet ergo vastitatem super eos qui sibi videbantur potentes, ac dicere solebant: Linguam nostram magnificabimus: labia nostra à nobis sunt: quis nosset Deus est? Aduersum eiusmodi, inquit, profanissimè sibi de prosperis viribus arrogantes, ille, inquit, vltor æternus afflictionis tormenta subridet, atque indignationem suam eiusmodi rictus, qui à tempore discrepet, vsurpatione declarat. Robustos proinde & potentes vel pro inuidia superbiæ, vel pro memoria scelicitatis antiquæ, Israëlitas vocat: quos iam denunciavit, & ex maiori parte consumptos, & captiuitate proxima transferendos. *Odio habuerunt in porta corripientem, & loquentem perfecte abominati sunt: iccirco pro eo quod diripiebatis pauperem & prædam electam tollebatis ab eo, domos quadro lapide edificabitis, & non habitabitis in eis: Vineas amantissimas plantabitis, & non bibetis vinum earum.* Prophetiæ orationis institutio custoditur, vt postquam videlicet fuerint denunciata supplicia, statim seueritatis ipsius causa subdatur, ne videlicet tantæ pietatis dominus, indignatione potius aliquid quam ratione fecisse videatur: simul etiam vt ostendat quanta consulat benignitate pauperibus, cum eorum contumelias & rapinas violatui religionis annectit. Per quod consequens esse conuincit, quia profanatis mentibus, nulla insit ciuilis cura iustitiæ, nullus humanitatis affectus: sed fociis suis quasi perciti vento furoris insiliant, & pauperes quoque professa feritate dilacerent: vnde, & hi qui ad cultum idolorum sacrilega mente defecerant, nullis penitus sceleribus abstinere, sed tam essent pestiferi sociis & ciuibus, quam ipsi domino quem auersabantur ingrati. Quod autem dicit quia in portis corripientes odio fuerint insecuti, motem iudaicæ institutionis ostendit, qui ita fuerat ordinatus, vt negociorum arbitri in portis urbium quarumque residerent: ne qui opus eorum habuisset examine, quæstione aliqua laboraret, sed in ipso ingressu apud quos experiretur offenderet. Non autem Israëlitas, maxime iam sub regum profanorum potestate degentes, hunc morem qui per beatum Moysen in sacerdotali republica fuerat cõstitutus mansisse arbitremur, sed quod ostendat illos cum ritibus etiam ciuilia iura violasse, & virtutum odium cum ipsarum prædicatoribus induisse. Ac si quis adhortari ad correctionem sanctitatẽque voluisset, eum protinus odiis conspirantibus interisse. Cur autem censorum monitis aduersarẽtur ostendit. *Diripiebatis, inquit, pauperem, & prædam electam tollebatis ab eo.* Igitur vt sine impedimento aliquo vel timoris, scilicet, vel pudoris, per damna & contumelias pauperum vaderetis, monitores sobrios estis perosi. Notandum verò quod ait, quia electam prædam ab inopibus auferrent, cum utique consequentius æstimetur alterum è duobus: vt aut non habuerint magna quæ perderent, quos pauperes confitetur, aut locupletes meritò nominentur si ab his preciosa quæquẽ prædator auferret. Intelligendum ergo quia vel appellauerit pauperes, quos illi rapinis suis ex locupletibus inopes reddidissent, vel certe ad affectum magis possidentium, quam ad damnorum momenta respiciens, & si paruas restamen pauperibus ipsa

exiguitate

exiguitate preciosas, atroci dixerit cupiditate sublatas. Ad cuius rei testimonium, vel vnus saltẽ recordemur exempli. Nabuthẽ sancti viri vineam, breuem illam spacio quidem sed domino suo gratissimam, ac ipsa iocunditate preciosam, Achab rex stolidissimus concupiuit: & cum domino de venditione mandasset, respondit Nabutha, se hæreditatem paternam non posse contemnere, nec eadem, si liceat, velle priuari. Tunc rex profanissimæ coniugis stimulatù hortatu, avaritiæ suæ facinus crudelitatis adiunxit, & interfecto Nabutha vineam quam concupierat, occupauit. Sic ergo electas prædas, quibus domini videlicet nihil preciosius æstimarent, cruentis ausibus auferabant, pro quibus factis quid eis denunciaret, audiamus. *Pro eo quod despoliatis pauperes, domos quadro lapide edificabitis, & non habitabitis in eis. Vineas amantissimas plantabitis & non bibetis vinum earum, quia cognoui multa scelera vestra, & fortia peccata vestra.* Hoc nempe deprædationum vestrarum tenebat audacia, vt suppetere instrumenta luxuriæ, atque habitationes vestras grandibus coleretis expensis, quasi & munimento & voluptati futuras. Sed duo vobis pariter euenient, vt ædificetis quidem, & in eis nequeatis habitare: & tam molitione operis quam eius amissione cruciemini, atque in eo sentiatis cumulatam dolorem: quod non tumultuariis sed elegantibus habitationibus excidatis. Nec sane de calamitate conqueri possitis, aut diuinum inter gemitus sperare subsidium, quorum precatui resistat turba culparum: quidni cum videant simul se atrociora, & in ciues, & in proximos edidisse? Hæc autem omnia vt prodit historia, decem illæ Samariticæ tribus, & à vicinis sæpe hostibus, sed potissimum ab Assyriis pertulerunt. Iudas verò vastante Babylonio, eisdem communicauit exitiis. Cum ergo domibus amplissimis, atque ornatissimis vineisque fertilibus, & proprio quod est amplius labore plantatis fueritis, addita etiam captiuitate, priuari, reputate hoc peccatis, quæ maxima commisitistis. *Hostes iusti accipientes munus, & pauperes in porta deprimentes: Ideo prudens in tempore illo tacebit, quia tempus malum est.* Per varias species, statum corruptæ ciuitatis exaggerat. Et sicut supra dixit, quoniam hortantes ad iustitiam spreuissent, imò etiam perculissent: ita consequenter eosdem iusti hostes vocat: quod sane duobus modis intelligi potest: vt iusti quasi genitui singulari iustitiæ pronuncientur inimici, id est, iustitiæ non vos negligenter arguo, sed osores: ex quo descendit affectu studiorum vestrorum funesta peruersitas, cum iniquitati impendentiam copulantes, nec optetis latere quod geritis: sed in porta ciuitatis, in locis videlicet iudiciorum spectante populo nequaquam meritis causas, cæterum precii æstimetis: & iniquitatem pecuniosorum de pauperum facultatibus adiuuetis: vel certe hostes iusti per nominatiuum pluralem appellati esse credantur, vt enumeratis multis magnisque criminibus, quasi commotus intulerit quod iusti hostes essent, id est, religioni se & deo aduersarios quasi legitimos exhiberent. Locutio est verò familiaris disertis, qui & iustos exercitus & iustas prouincias, id est, magnas appellare consueuerunt. Sed videamus & reliqua. Ideo prudens, inquit, in

tempore illo tacebit, quia tempus malum est: tempus in declinatione mutavit, vel præterita quippe vel præsentia populi gesta dinumerans, consequentius diceret: prudens in tempore illo tacebat, pro quo ait, tacebit. Quia ergo eos iustum, id est legitimum, aduersum honestatem & religionem, bellum pronunciauerat suscepisse: meritò, inquit, ad iustitiam reuocantium ora siluerunt, & prudens quisque cum gemitu ac dolore conticuit, considerans nimirum nihil loci salutari superesse doctrinæ, & ideo sibi consulere debere reticendo, cum nihil iam promoueat disputando. Ipsi sunt autem prudentes in silentium publico horrore compulsi, de quibus supra dixerat: odio habuerunt in porta corripientem, & loquentem perfectè abominati sunt. Cum ergo ita profanarum plebium conspirarit audacia, ut veritatem pietatèque doctrinæ quasi denunciato certamine persequatur, prudens quisque doctor flebit quidem, sed tacebit: videns quoniam sicut aspides surdæ obturauerint aures suas, ne quid ad eos de salutaribus possit penetrare carminibus. Id sane ipsum quæstionis aliquid videtur asserere, quod breui est expositione purgandum. Laudatur siquidem prudentia doctoris inter silentij secura redigentis, si à parte auditorum reserit aduersitas. Atque magister gentium præcipit, increpat, obsecrat oportune, eamque perseverantiam omnis ferè sacra scriptura commendat. Est proinde adhibenda distinctio, quæ concordiam possit vendicare mandatis. *Quandiu populus, & si per negligentiam multa delinquens, tamen sub discendi professione consistit. Debet legitimus magister nequaquam clandestinas aliquorum offensiones timere: cæterum omnibus qui ad audiendum cõuenerint, docendi assiduitate consulere: quippe qui pecuniam sibi commissam numulariis audierit esse credendam: alium autem venturum qui & sortem reposcat & fœnus. Si verò fuerit tanta in peius facta mutatio, ut impietate plebis ipsi discipulatu colla subducant, & prurium aurium fastinantes ineptis tantum fabulis acquiescant: tum plane iam necessarium esse silentium doctoribus cum propheta dicentibus. Obmutui, & humiliatus sum, & filii à bonis, & dolor meus renouatus est. *Querite bonum & non malum ut uiuatis, & erit dominus exercituum vobiscum, sicut dixit: Odite malum & diligite bonum, & custodite in porta iudicium: si forte misereatur dominus Deus exercituum reliquiis Ioseph.* Hi versus ex persona miserantis prophetæ interpositi videntur, Israëlitas videlicet etiam sub ipso iam exitio positos commouentis, ut in correctionis vota studiâque confitent: ne forte Deus exercituum, cuius tanta est clementia quanta potentia, eiusmodi emendationibus mitigetur, & delendis saltem reliquiis attritæ gentis abstinere. Subiicit autem quod habeat ad superiora contextum. *Propterea hæc dicit dominus exercituum dominator, In omnibus plateis erit planctus, & in cunctis quæ foris sunt dicitur: Væ væ, & vocabunt agricolæ ad luctum & planctum. Eos qui sciunt plangere: & in omnibus vineis erit planctus, quia pertransibo in medio tui, dicit dominus.* Sepositis illis versibus quos ex persona diximus prophetæ miserantis illatos, inuentionis ordo decurrit: ut post illud quod ait, hostes iusti accipientes munera, & pauperes in porta de-*

primentes,

primentes, ideo prudens in tempore illo tacebit, quia tempus malum est, cõnexè videatur illatū: propterea hæc dixit dominus deus, & reliqua quæ sequuntur: lamentationes videlicet in omnibus plateis audiendas, & in cunctis, inquit, quæ foris sunt dicitur Væ væ: quia planctus fore dixerat in plateis, addidit, & quæ foris sunt simili cum ploratione miscenda, ut nō vtrique solis videretur vrbibus cõminari. Dicitur itaque tota regione væ væ: & tam vinearum quàm campi atque mōtes, miserabilibus personabunt lamētis, quia pertransibo in medio tui dicit dominus. Diu me, inquit, quasi absentem, & quæ gereretis penitus non videntem nequicquam estis experti: nihil enim de emendatione per tã longas inducias cogitastis. Nunc iam in regionem tuâ sacrilegiis inquinatam is animaduersor ingrediar, cui vltius nō possitis illudere. Pertransire se verò dicit, ut illius memoriã temporis introducat, quo vel Ægyptum vel Sodomã legitur interisse. Ægyptia primogenita, vel Sodomitica tecta consumens. In hunc ergo modū pertransibo, ut edã quã merita exigunt vltionē. Vnde & apud beatum Osee, cum de mitigatu sententiæ disputaret, ait: quia deus ego & nō homo, in medio tui sanctus, & nō ingrediar ciuitatē. Quod ergo ibi se miseratus promiserat non esse gesturū, id nunc facturū pollicetur iratus, id est, per mediū populi vlciscentis animo transiturū. Cum autē harū calamitatum agger irruerit, agricolæ nō ad culturã sed ad lamenta cõueniēt, cõuocantes secum qui sciant plãgere. Quod secundū morē illius regionis, qui etiã apud alias gētes vigeat, illatū est: Erāt enim funebres cãtilene quas ad rithmū precinētibus aliis turba resonabat. Ergo quasi ut legitimū populi funus exprimeret, plangēdi sciētes denunciatur cõuocandos. *Væ desiderantibus diem domini, ut quid eam vobis? Dies domini, ista, tenebræ & non lux: Quomodo si fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei ursus, & ingrediatur domum, & innitatur manu sua super parietem, & mordeat eum coluber: Nunquid non tenebræ Dies Domini & non lux & caligo, & non splendor in ea?* Cõsiliū & propositum pietatis diuinæ, gentium magister ostendens: Bonitas, inquit Dei ad pœnitentiã te adducit, secundum autem duriciã tuam & cor impœnitēs, tu tibi teaurifas irã in die irę, ut ipsa dilatione cumulatã excipias vltionē. Hoc ergo proposito cõsulendi per multorū regū & tates prophetalis cõminatio personabat: & præibat describēdis calamitatib⁹ terroris ambitio, quæ in pectorib⁹ audientiū, formidinis & correctionis suscitaret affectū: sed illi qui abuti remediis adfueuissent, dilationem pœnarū atque mortuū ad mēdaci jargumentū trahebant, dicentes, videlicet prophetas cõmemorãdo, diem domini vanos excitare terrores. Ergo inter cætera quæ lasciuè improbèq; loquebantur, ista quoque cū irrisione dicebāt, videlicet se desiderare diē domini. Et ut tandē reuelaretur optare, nō quæ veris desiderijs eã postularent, sed quæ nequaquã veniente, cõminantiū prophetarū falsitas proderetur. Proinde sacri legis cõscia suæ veritatis censura denūciat, quod illã desideratē dici professionē afflictio multiplex cõsequatur, nec eis illud tēpus ad bona argumēta, sed ad stipēdia dura respondeat, talēque calamitatū orientur procellæ, ut illic acerbius discrimen semper occurrat, quocūque miseri cõfugiendū putarint. Dies (inquit) ille squalabit

N



adeo angorū tenebris, vt nullū consulentia lumen relinquat, sed à perniciē in perniciē se formidine miserrimi exagitate discurrant: vt si quis fugiēs in sequētē leonē vrsis sœuētib<sup>9</sup> obuiet, ac subitē formidinis augmēta perpessus, domū aliquā occulēdus irrūpat, cūque manū parieti, vt post tantā consternationē paululū requiescat, admouerit, morsum serpentis in foramine latētis incurrat: sicque veneno in viscera labēte, dispercat. *Nunquid nō tenebra dies domini, & nō lux & caligo & nō splendor in ea? Nō solū tenebrosam, sed etiā caliginosam illā esse nō estē denūcio, qua videlicet & lux securitati abigetur, & nulla consolationū sydera sublucebunt. Odi & proieci festiuitates vestras, & non capiam odorem cœtū vestrorū. Quod si attuleritis mihi holocaustomata, & munera vestra non suscipiam, & vota pinguium vestrorum nō respiciam. Aufer à me tumultum carminum tuorum: & cantica liræ tuæ non audiam, & reuelabitur quasi aqua iudicium, & iustitia quasi torrens fortis. Quamuis arguendo Israël id est, decem tribubus, maiore parte orationis insititit, tamen etiam Iudæ delicta contingit. Si quidem & inter principia operis cum intulisset diuersarum gentium mentionem, peruenit ad Iudam, & ait: Super tribus sceleribus Iudæ & super quatuor non cōuertam eum, eo quod abiecerit legē domini, & mandata eius non custodierit. Deceperunt enim eos idola sua post quæ abierunt patres eorum: & mittam ignē in Iudam, & deuorabit ædes Ierusalē. Quāquā ergo Israëlī vehemētior insititit, tamē postquā ad exprimendā diē domini, id est, vltionis tēpus sermo peruenit, eiusque seueritatē diuersis imaginibus explicare cōten dit, quæ utique terribilis pōpa vindictæ nō minus Iudæ, quā Samariæ plebibus imminebat: ceremonia rū quoque solatia, quæ profanato Israëlē Iudas adhuc videbatur celebrare, enervata potius & abiecta mōstrauit, cōmēdandæ videlicet occasione cēsuræ, apud quā inter dāna morū placamēta eiusmodi nihil valerēt, æquū se iudicē vtriusque fore tribubus indicauit. Ergo dilatatione sentētīe etiā Iudæ cū Israele denūciat, quoniā cœtus eorū oblatio nēscque fastidiat, & vota in quibus soleāt pingues hostias immolare contēnat: carminibusque quibus Dei canāt laudes, ita offendatur, vt tumult<sup>9</sup> magis se pronūciat sentire, quā cœtus. Hæc siquidē omnia religionis officia tūc grata esse deo, tūc placita: quādo cū bonis morib<sup>9</sup> exhibētur. Cæterū si ea vsurpēt sacrilegiis & iniquitatib<sup>9</sup> seruiētes, ita nihil promoueāt ad impetrādā salutē, vt oratio eorū fiat in peccatū. His ergo cūctis solatiis cōiuctis atque depulsis, iudiciū dei reuelabitur quasi aqua: quod ne obscurū esset, adiecit: & iustitia quasi torrens fortis. Inūdatio eas nimirū immisē calamitatis abripiet, & diluuij instar extinguet. Diuersis enim imaginibus, potētīā & cognitionē vindicātis gestit exprimere: quæ sicut potest fletibus antequā irruat mitigari, ita cū incidit nō valebit eludi. *Nūquid hostias & sacrificiū obrulistis mihi in deserto quadraginta annis, domus Israel? & portastis tabernacula Moloch & imaginem idolorū vestrorū, sydus Dei vestri, quæ fecistis vobis. Et migrare vos faciā, trās Damascū, dicit dominus, Deus exercituum nomen eius.* Huius loci etiā beatus Stephanus sub tempore gloriose meminit passionis. Nam cum furentium Iudæorum cinctus agminibus de prænunciato à sacris vatibus redēptoris nostri mysterio disputaret: Conuertit, inquit, deus & tradidit illos seruire militiæ cæli, sicut*

cut scriptum est in libro prophetarum. Nunquid victimas aut hostias obrulistis mihi xl. annis domus Israel, & suscepistis tabernacula moloch, & sydus Dei vestri rēpha: figuras quas fecistis vobis adorare eas, & transferā vos trās Babylonem. Locus verò ipse quāquā apertam habere videatur causam, id est censurā iniquas plebes increpantem, tamen ita sententias miscuit ad diuersa tēpora pertinētes, vt nō parū obscuritatis offuderit. Denique Hier. in hoc loco adeo miserā recepit opinionē, vt diceret quia xl. annis quos in solitudine referūt egisse, non deo sed idolis seruisse videātur: cum nihil vtiq; tale historia cōsignet, sed tantum q; caput vituli, moyse morante conflauerint: q; tamē statim eodē iubente contriuerint. Non ergo ceremonias legales syderibus aut angelis offerebāt, quarū ritū & ordines auctor noster proprio ore composuit, sibi que vni omnia offerenda mandauit. Secundū consuetudinem ergo scripturarum diuersa quidem tempora, cæterum similia increpantis sermo cōiunxit, vt ostenderet quia in præsentibus sacrilegiis profanos imitarentur parentes, qui sibi Deos improbe fieri postulant, in vasta solitudine concidissent. Quid ergo ait mirum si & hi de propriis finibus exigantur trans Damascum, videlicet in Babylone vtrāque perituri? Quod autē posuit sydus Dei vestri, in hebraico dicitur stellæ habere nomen, i. Luciferi, quē vsque hodie Sarraceni colere feruntur. De quo tamē nihil tale scriptura commemorat, videlicet eo tēpore quo fuit caput idoli fabricatum, ad similitudinem nimirum Ægyptij bouis quē Apim nominant, quod stellis quoque seruire decreuerint. Sed colligimus quia per imitationē Ægyptiæ superstitionis, aliis quoq; gētibus cōponantur, quasi nihil sit profanitatis, quod nō per susceptionem vnus idoli venerari & colere cēseāt. fit autē cōtextus in sensibus, si his quæ fuerāt interiecta, sepositis, ad illud quod dixerat, Væ desiderātib<sup>9</sup> diē domini, hoc respiciat quod ait, Nūquid hostias & sacrificiū obrulistis mihi in deserto, i. longanimitate & beneuolētia mea, quæ differt longis tēporib<sup>9</sup> vltionē, ita abutitur vestra profanitas, vt argumentem in nūquā vērurū esse illud exitiū, q; necdū venerit, cū fuerit sæpe promissum, quasi nō suppetant exēpla quibus agnoscaris cōsuetudinē meā, quia his nimirū qui destinatur exitio, lōgū ad pœnitēdū tēpus indulgeat. Sed vt prætermittā reliqua, saltē illud aspiciate. quia cū eductus de Ægypto populus ad montē Sinē peruenisset, & cōsiltēs inter miracula meis digna virtutib<sup>9</sup>, ad cultū tamē idolorū, quē reliquerat, reuertisset, meruit exitio destinari. ego tamē, nec sacrificiis eorū nec muneribus mitigatus, xl. annorū tēpus indulsi, neque irā subito in reos sœuire promisi. Cæterū agmina sensim iā sentētīe addicta cōsumpsi, sicque nec indulti temporis lōgitudō, q; denūciatū est, frustra iudicium. nec accēsam præcipitavit horror criminis vltionē. Cur itaque dubitatis futurū q; iam factū videtis, id est, ideo vobis denūciari vêturas calamitates, nec easdē celeriter inferri, vt emēdationis spaciū præbeat, nō vt euanescat vltio, cui nihil valebit tēpus officere. Vos autem quoniā bonitate Dei impudēter abutimini, cōsequetur finis eorum parentum quos in sacrilegiis estis imitati: vt sicut eorum cadauera in vasta solitudine corruerunt, ita & vos de patriis excussi finibus, in barbara regione moriamini.



*V*æ qui opulenti estis in Siõ, & confiditis in mōte Samariæ: optima: es capita populorum ingredientiē pōpaticē domū Israel. Ex oſam quidem deo ſemper fuiſſe ſuperbiam, frequēs ſcriptura commendat, quippe quæ initiū peccati talis fuerit, vt Angelos in demones cōmutauerit. Vnde & beatus Dauid ſollicite deprecatur ne ſubiaceat proculcatui ſuperborū: ibi enī, inquit, ceciderūt omnes operātes iniquitatē. Hic tamē propheticū ordinē in increpatione cuſtodit vt ſuperbiā quaſi fructū eſſe impietatis oſtēdat, per quē tenorē Apoſtoli quoq; ſermo videtur ingreſſus: qui cū diceret quod creaturis, creatore relicto ſeruiſſent, enumerationē deinceps facinorū flagitiorūq; ſubiecit: propterea illos nefandis actibus ſcatere pronūciās, quod pietatis erga deū iura remeraſſent. Væ, inquit, ergo vobis qui opulēti estis in Sion, & cōfiditis in mōte Samariæ, nō quo pauperū crimina leuius æſtimemus, ſed vos ſcelerū maior pulſat inuidia, quos maior extendit opulētia. Quo enim magis estis de honore ac facultate cōſpicui, hoc vos decuit maius ſtudiū religionis habuiſſe: nūc verò nō min⁹ impietate quā pecunia locupletes eſſe cōtenditis. Cōprehēdent ergo vos lamēta grauiā, quia ſecundū diuinā ſententiā exiguis poteſt miſeratio nōnulla cōferri, potentes autē potenter tormēta patiētur. Inter tātas ergo miſerias regionū, quas de vel amiſſis virib⁹, vel de irruētibus iā calamitatib⁹ experitur, in locorū præſidiis & munitione cōfiditis: in Siõ videlicet & Samaria fore vos tutos aduerſus irā iudicis æſtimātes. *Væ qui opulenti estis in Sion & cōfiditis in monte Samariæ: optimates capita populorū ingredientiē pompaticē domum Israel.* Nunquā enim vos magis quā aduerſorū tēpore publicatiſtis, quāta vos luxurię impleuiſſet ambitio, qui gentis imperio maiore iā ex parte cōſumpto, intra obſeſſas tamē vrbes opulētia tumetis luxuriaque diffluitis. *Trāſite in Calāne, et videte, et ite inde in Emath magnā, et deſcēdite in Geth Palæſtinorū, et ad optima quæq; regna horū, ſi latior terminus eorū termino veſtro eſt.* Intulit oportune externarū gētiū mētionē, & per occaſionē alterius ſermonis, oſtēdit quia & aliis regiones quas incolerēt, & regna quibus florerēt, rerū cōditor deputaſſet: illos ſiquidē populos plura nō cupere, iſtos verò & ingratos & profanos doceri, qui ita fuiſſent vrbibus peſtilētes, vt quos ante per exēpla corruerāt, eoſdē poſtea faſtu præde protererēt. Notāda verò diuini forma iudicij, apud quā nō pro afflictorū qualitibus affligētū quoq; merita pōderātur: vt ſi nocētes nō fuerint q; terūtur, excuſabilis quoq; deprimētū videatur iniuria: ſed ita rei ac ſi ſanctos violauerint arguātur. Neq; enim odio malignitatis alienæ, cæterū impetu propriæ iniquitatis inſiliūt: prædonū nō cēlorū animum deferētes, quorū vt iniquitas exprimatur, profanarū eis cōterminarūque gētiū modēſtia & quædā probitas antefertur. *Trāſite inquit in Chalāne in Emath magnā, in Geth Palæſtinorū, & diligēter inſpiciſte ſi latiores veſtris terras quas incolerēt acceperint: quarum ita ſunt forte contenti, vt nihil aliud videātur experere.* Quæ ſane exprobratio, vt illos cupiditatis accuſat, ita deſiderat explicari. Inconſequens enim videtur, vt poſtquam opulentiæ ac luxuriæ crimen obiecit, ad comprobationem adduceret eos qui breuioreſ terras viderentur incolere.

Poſſet

Poſſet enim referri, ideo iſtos plus habere iactantię quia maiores opes delatę ſibi regionis veſtigalib⁹ collegiſſent, nullāmq; ad exprobrādum vim cōparatio illata retineret, quia hoc fiebat quod ipſa conſequentia poſtularat. Quis ergo ſenſus hic eſt quē verba deſtituūt: ille nimirū qui parricidales animos in ſacrilegis plebibus fuiſſe cōuincit, quē alius propheta i. beatus Oſee euidenter oſtēdit, cū diceret: In diebus deſolationis oſtēdit fidē, facti ſunt principes Iudæ quaſi aſſumētes terminum. i. decē tribubus Aſſyrio vincēte trāſlatis. Iudę populus, miſericordiæ & cōpunctionis alien⁹ gaudebat, dilationē ſibi finiū cōtigiffe. Hoc ergo intuitu & nūc propheta nō ſolū in Iuda, ſed etiam in ipſo Iſraēle qui captiuitati prior ſubiacuit, impios principes exultaffe demōſtrat: q; popularibus incolis que regionis varia clade cōſumptis, iſtis velut inter vrbium mœnia liberādis, latior poſſeſſio proueniſſet: q; tamē tribui Iudæ magis crimen obiecit, eius quippe in ſequētibus nomē appellat. Meritò ergo & hoſtias & munera eorū vicina quoq; gentiū laudataparitate damnauit. Sed videamus & reliqua. *Qui ſeparati eſtis in diem malū & appropinquatis ſolio iniquitatis. Qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris: qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti, qui canitis ad vocem pſalterij, ſicut Dauid putauerunt ſe habere vaſa cantici bibentes in phialis vinum & optimo vnguento delibui, & nihil patiebantur ſuper contritione Ioseph.* Eorū quos ſupra optimates vocauerat, pōpaticē ingrediētes domū in diuitiis & epulis ſuis gloriantes, atque humiliū capita deterentes, fraterna etiā captiuitate gaudētes, conſequenter epulas & delicias percucurrit. Væ, inquit, vobis qui ſeparati eſtis in diē malū, quibus tēpus videlicet vltionis impēdet, cui vos eſtis ita dicati, vt videamini ad hoc proſus electi. Quod autē ait, & appropinquatis ſolio iniquitatis, vel ſic intelligere debemus, vt coniuſtiua iſta, quæ eſt prælata cōiuſtio i. appropinquātis, vim rationalis cōiuſtionis obtineat i. quiavt ſit ſeſus, ſeparatos in diē malū qui appropinquauerint ſolio iniquitatis, videlicet ideo puniēdos, quia in alios exercuerunt iniqua iudicia: vel certe ſoliū iniquitatis appellat, quo in iuſtitia examinata dānabitur: ſicut iudiciū pecuniarū & cedis vocamus, nō quo pecularus aut homicida perpetrētur, ſed cuius examine puniātur. Sub tali autē ſclerum atrocitate degētes, adeo nihil de penitēdi ſtudio cogitatis, vt omnia luxuriarū inſtrumenta generāque ſectemini, nec totos dies luſui dediſſe cōtēti, toris eburneis & ſtratis mollib⁹ incubetis: vt obſcœnitatis operi corpora ſericis ſota ſufficiāt: epulas autē veſtras etiā auriū voluptate cōditis, nā cū electos de gregibus & armētis agnos vitulōſq; cōſumitis, & vſq; ad temulētiā vina defunditis, pſalteriū & liras facitis concrepare: hiſque flagitiis, etiā cōtumeliās antiquitatis adiūgitis. Dicētes videlicet ea vos habere organa, quę Dauid beatiffimo ſuppētiuerint: neque miſeri conſideratis tātum interſtūdia quārū inter meritaveſtra atq; illius intereſſe. Dauid enim laudes creatoris legēſq; virtutis & remedia perturbationis ſacro carmine perſonabat, vos verò de cōtrario incētiualuxurię cū iniuria creatoris (cuius lex ſpernitur) concrepatis. Ille epulis ſobriis & prophetalibus delectabatur ac muniebat vnguentis, vos verò ebrietate crapulaque, oleo etiam vulgari, & quod

N iij

fit arte corruptū, madetis. Denique ille, misericordiæ plenus affectu, multis post seculis vêturas suæ genti calamitates, & fletibus prosequatur, & precibus. Vos verò easdem iam illatas iaque grassantes, ita siccis oculis intuemini, vt eas venisse parricidaliter gaudeatis. Quod ergo ait: nihil patiebantur super cōtritione Ioseph, ad cōpassionem retulit, quam in pectoribus veldiligentiū vel miserantium nouerat solere cooriri, quam duritiā etiam illud sub persona iusti carmen accusat. *Quæsiui qui simul mecū contristaretur, & nō fuit: & cōsolantes me, & non inueni.* Cū ergo Ioseph, id est decem tribus captiuitas occuparet, nullum Iuda misericordiæ, nullum cōpassionis sensit affectum: quidni, cū magis putaret augendę opulentię tempus oblatum, si suis finibus fraterna rura cōiungeret. Tale autem votū ac tale propositum, quid recipiat, audiamus. *Quapropter, inquit, nunc migrabunt in capite transmigrantium, & offerretur factio lasciuientium,* id est, inanitatem sperum suarum protinus fatebuntur, quando & ipsos comprehenderit, quæ fuerat paululum dilata captiuitas. Exigentur enim de suis finibus in capite transmigrantium, id est, inter primos isti qui se tutos fore crederāt exulabunt: sicque cateruę luxuriantium disperibunt. *Iurauit Dominus Deus in anima sua dicit Dominus exercituum. Detestor ego superbiam Iacob, & domos eius odi, & tradam ciuitatem cum habitatoribus suis. Quod si reliqui fuerint decem viri in domo vna, & ipsi morientur.* Vt grauer se horruisse despectum fraternę captiuitatis ostenderet, in proferendæ ultionis verba iurauit. Quod autem ait propheta, per animam suam Deum iurasse, more nostro dictum, quibus loquebatur intellige: vt quoniam nihil preciosius anima nostra: aut dulcius estimamus, ille quoque nō quasi animal aliquod ex anima membrisque compositum, sed qui maiestatem & vitam suam, animæ appellatione signauerit, detestari se domos Iacob superbiam que iurauit, tantisque eas esse calamitatibus subditurum, vt populo sę familiæ tam assiduis mortibus absumantur, nec super sit in eis qui possit sepelire defunctos: nomine autem Iacob, & Iudam, & Israëlem pariter indicauit, quippe quos paulò ante iam in calamitate miscuerat. Cū ergo ad eam solitudinem multæ domus venerint, vt non inueniant funerantem, vicini venient & propinquorum busta curabunt: Neque honoratis ex more condent sepulchris, sed vulgari ea incendio concremabunt, ingrediētēque ipsi quos diximus vicini ne lateat in penetralibus, vel remaneat aliquis scrutabuntur, sibi que inuicem colloquentur. *Et dicent ei, Tace, & non recorderis nominis Domini, quia ecce dominus mandauit & percutiet domum maiorem in ruinis & domum minorem in scissionibus.* Quid est quod ait, Tace, & non recorderis nominis Domini, cū vtique magnitudo miseriæ etiam obstinata corda potuerit ad recordationem iudicis & creatoris sui inflectere, perque hoc cōpetentius diceretur. Recordemur nominis Domini, cuius indignatio tam multiplici nos calamitate vastabit. Sensum ergo in hoc loco latentem de superioribus colligamus: Væ, inquit, desiderantibus diem domini, vt quid eam vobis: dies domini est vobis tenebræ, & non lux: non quo illi possent damnationis suæ tempus expetere, sed quia vt exposuimus, abutentes dilatione vindictæ

vindictæ, prophetas ipsos de mendaciis infamabant, quasi comminantes ea mala quæ nulla essent ætate ventura. Ideo nunc ait, cū noxiarum agmina promissa olim captiuitas occupauerit, & ille dies, id est, tempus aduenerit, quod se per irrisionem desiderasse iactauerant, tantus eos diuini nominis terror implebit, vt inuicem colloquantur: ne quis audeat recordari nominis domini, cuius offensi tanta seueritas apparuerit, vt putetur excitanda commotio, etiam nominati. *Quia ecce dominus mandabit & percutiet domum minorem in ruinis & domum maiorem in scissionibus* Paulò ante nomine Iacob & Iudam & Israëlem id est omnes simul tribus quæ inter se diuisa fuerant, diximus indicatas. Hoc itaque præsens versus absoluit, qui & maiorem & minorem domum percelli scissionibus, ruinisque denunciatur: diuersis autem verbis vnum videtur ostendere, id est euerisionem domorum. Quia enim ruinam scissiones parietum præcedere solent, vtramque ruituram collapsione & scissione signauit, maiorem autem domum pro numero tribuum, Israëlem, minorem vero Iudam vocauit, easque ambas sicut simili iniquitate pollutas, ita simili denunciatur calamitate perituras. *Nunquid currere queunt in petris equi, aut arari potest in bubalis quoniam conuertistis in amaritudinem iudicium, & fructum iustitiæ in absinthium:* Gratissimus sensus, & qui elocutionis sit genere contactus. Allegoricis enim verbis populo vitia quibus squalebat exprobat: neque enim hic quadrupedes simpliciter aut equos signauit aut bubalos, sed superbiam profanæ gentis exaggerat: iam enim iudiciorum dulcedinem in conterendis innocentibus, in amaritudinem verterat, rātumque sibi de viribus arrogabat, vt nullis incommoditatibus se percellendam putaret: quippe quæ tantum sibi opulentiæ comparasset, vt instar bubalorum nunquam videlicet aratri colla subdentium, continua libertate frueretur: nec per itinera equis difficilia, vt habenarum liber equus, ceterum per campos & prata discurreret. Ergo, inquit, certum est quod nec iuga bubalus portet nec per saxa equus sponte incedat: vos autem, qui vos & iuga discussisse & frenos rupisse gaudentes, equi vobis in luxuria, in virtute & libertate bubali videbimini, rebus probate quod spebus haussistis: id est, quia nullis subiaceatis imperiis. Quod cū vtique in contrarium cadit, atque ad arbitrium hostium & per itinera asperissima ingredimini, & graues labores cōfracta ceruice toleratis, confiteamini necesse est, nec equos vos esse nec bubalos, nec quicquam præsidij atque virium, vel opes vestras comparasse vel mentes. *Qui latamini in nihili: qui dicitis, Nunquid in fortitudine nostra assumimus nobis cornua? Ecce enim suscitabo super vos domus Israel dicit Dominus exercituum gentem: & conteram vos ab introitu Emath vsque ad torrentem deserti.* Adiuuit omnino expositionem præmissam, illam videlicet quod se instar bubalorum & equorum liberos fortēsque crediderant, haud de conscientia virium, sed de propria opinione & spei vanitate venisse. Lætati enim, inquit, estis in nihili, dicentes apud vos: Nunquid in fortitudine nostra assumimus nobis cornua, quæ nimirum bubalorum formam videbantur offendere. Ergo de vestris vobis tantum viribus arrogastis, vt putaretis præ-

cepta posse tutò contēnere, veniet super vos fortis exercitus, tēque priorē ō Israël, vincitium potestate vastabit: ab introitu Emath, id est, ab Antiochia vsque ad torrentem deserti, partem scilicet quæ tangit heremum: Omnes videlicet fines tuos hostili crudelitate populabitur: & te, ō Iuda, sub breui dilatione manentem, tamen vicino afflabit & consterneret incendio. *Hæc ostendit mihi Dominus Deus, & ecce fictor locustæ in principio germinantium serotini imbris, & ecce serotinus post tonsorem gregis: & factum est cū consummasset comedere herbam terræ, dixi, domine deus propitius esto obsecro, quis suscitabit Iacob quia paruulus est? miserus est dominus super hoc: Non erit dicit dominus.* Prophetali sermonem suum more contexit: Imo quid reuelationum in spiritu prophetæ conspicari solerent: vnde etiam videntes vocabantur ostendit, id est: quia eis rerum futurarum sub diuersa specie, breues illæ quidem imagines apparerent, sed quarum iam intelligentiam caperent: & ita in diuersos mouerētur affectus, vel ad censuram nimirum vel ad misericordiam pertinentes. Postquam ergo excitatū iri gentem denunciauit quæ eis esset allatura perniciem, ne ipsa iudicij breuitas non satis auditorē moueret, explicandis quas viderat imaginibus immoratur, & per earum occasionem quam sedulò pro eis precaretur ostendit, ne quis cum vel insultantis, vel nihil dolentis animo annunciare illas calamitates putaret. Audite ergo in quarum me imaginum spectacula deus noster induxerit, Stabat quidam qui in morem figuli locustarum fingeret, id est, formaret examina, eisque numeros excedentibus id negocij delegaret, vt omnes segetū fibras & cuncta germina quasi indefessis moribus pascerētur. Quod autem ait in principio germinantium serotini imbris, ad augmentum ostendit cladis valere: id est, vt tempestiui imbris tempora grauis siccitas occupare videatur, & longa pluuiarum expectatione defatigati vix que cultores luciferi imbris ceperint habere solatia, sicque raptim desperatas collocarint sementes: verum cū & ipsa semina vix & tardissime obruta germinare cepissent, priusquam in culmos spicasque cōsurgerent, locustis pascentibus disperirent: quod tamen malum, ne spes sua vel exigua temperaret, alter serotinus post locustam veniret. Ecce enim, inquit, serotinus post tonsorem gregis: id est, ea germina quæ locusta totonderant, vsque ad radices, ei qui sequebatur absumeret: cuius quoniam hic vocabulum siluit, de superiore prophetia quid signauerit, colligamus. Ait enim beatus Iohel. Residuum erucæ comedit locusta, & residuum locustæ comedit brucus, & residuum bruci comedit rubigo. Ergo & propheta Amos serotinum, tonsoris reliquias insequentem, brucum indicauit. Quod autem fictorem videt locustæ, cū potuisset, quasi extantis iā creaturæ euocator ostendi, ad illud nimirum valet vt inæstimabilis multitudo ipsarum animantium publicetur, quarum videlicet non quanta inueniri in mundo poterant examina congregentur, sed per potentiam iudicantis qui sit etiam vniuersitatis creator, noua fingantur: cū proinde causam formationis prodidisset impleta vastatio, & morientium multitudinem alimētorum consumptio: Exclamaui inquit, Domine deus propicius esto obsecro

secro: Quis suscitabit Iacob quia paruulus est? id est, Si per tuam indignationem ad tantam exiguitatem, quantam hæc pollicentur figuræ gens nostra perueniet, quis eam poterit vltius suscitare, quam tali vastitate confeceris? *Miserus est Dominus super hoc, Non erit dicit dominus,* id est, efficacē fuisse deprecationem meam, docuit sententię consecuta mutatio. Promptus quippe ad misericordiam deus, plagam illam, cuius magnitudinem vidit me expauisse, submouit: responditque hoc non fore quod ne fieret supplicarem, verum aliud quod esse iudicabat mitius intromisit. *Id enim ostendit mihi Deus. Ecce vocabit iudicium ad ignem, & deuorabit Abyssum multam, & comedet simul partem.* Nisi prudenter atque sollicitè quæ sunt dicta capiamus, non exigua in sensibus detegetur absurditas. Post ea siquidem damna, quæ depascens locusta & sequens brucus intulerat, quasi mitior plaga ignis inducitur: cū omnino non sit ambiguum multo maiorem esse calamitatem quàm immissa operetur exustio, omni illa quam germinū afferebat attonso. Quomodo ergo dicit propheta, miserum deū & quasi lachrymis interuentoris inflexum ad ignem vocasse iudicium, id est reos incendio deputasse, à quibus inopię periculum depulisset? Animaduertendum quapropter quia hęc nomine ignis transcursum flammæ voluerit indicare, quæ licet sui vehementia quod contigerit amburat: tamen quādiu non immoratur afflatis, nec in ea quæ sunt profunda descendit, nec robora quæ videbatur occupasse consumit. Igitur locustarum aut brucorum imaginibus operi quod susceperat insidentium, internecionem voluit ad dictæ gentis ostendere. Quod cū in spiritu propheta vidisset, & per affectionem populo & per reuerentiam iudici debitam consternatus occurrit: atque vt illa sententiæ mutaretur atrocitas, obtinuit. Sed quoniam cōferri plenam veniam non sinebat populi inueterata profanitas, eiusmodi pœna succedit: quæ & si magnam partem immissa consumat, tamen reliquias manere patiat. Sic enim ait: *Ecce vocabit iudicium ad ignem dominus Deus, & deuorabit abyssum multam: & comedet simul partem.* Sed propheta cū effectus primæ supplicationis animasset, huic quoque denunciatiui audet obistere, & dicit paruulum Israël, imminutas videlicet eius copias internecione delendas, si iram hostium ipse qui iudicat, quasi incastigator, accenderet. Imagine autem locustæ Assyrios, & imagine ignis Babylo-nios significatos esse quidam putarunt, non videntes quoniam repugnetur historiæ. Dicit enim propheta, & locustæ & ignis plagas suis precibus fuisse submotas, ac de vtraque respondisse dominum supplicanti. Non erit istud, id est: Nequaquam irruet ista vastatio. Assyrius verò & Babylo-nius hostes victoriarum potiti, & Israël & Iudam graui cede vastarunt. Hic ergo ostendit deus noster per prophetam, qui erat imaginum spectator effectus, & quod populus Iudæorum multò grauius quàm sustinuit mereretur exitium, & quod eum et herens arbiter posset internecione delere, si hostium vel multiplicare numerum, vel indignationem voluisset accendere: & quod necessitatem quandam affligendæ eius gentis, quam nollet penitus interire, pateretur. Verum, cū has duas species immineret

tium discriminum submouisset, *Hoc mihi ostendit ait dominus. Et ecce dominus stans super murum litum, & in manu eius trulla camentarij. Et dixit dominus ad me, Quid tu vides Amos? Et dixi, Trullam camentarij. Et dixit dominus ad me. Ecce ego ponam trullam in medio populi mei Israel: non adiciam ultra superinducere eum. Et demolientur excelsa idoli, & sanctificationes Israel desolabuntur: & consurgam super domum Ieroboam in gladio.* Magnam partem dispositionum dei sub quibus mortalium vita decurrit, prophetæ de quo loquimur, visio publicavit: Nam cum præcedentes sententiæ vel comminantem iudicem ostenderint, vel frementem & reorum mortibus leonis instar inhiantem. Qui motus utique vel affectus à natura dei continua tranquillitate gaudentis, secundum rationem dogmatis docentur alieni, præsentis loci referavit occasio, quo potissimum genere ad vlciscendum deus noster insurgeret, relinquendo videlicet potius quàm fremendo. Nam quoniam calamitatum agger protinus irruerat, si ille ægrè destitisset, dicit eos se feriente collapsos, compunctionisque gratia in reorum pectoribus excitandæ, eum sibi & habitum sumit & motum quem habuisset inimicus hoc permittente desæuiens. Ideo cum geminam eius sententiam quam pro Iudæorum meritis proposuerat, interueniens precatio sustulisset, tertiam intulit: cui quidem propheta quasi mitissimè non auderet obistere, sed quæ affectum vltionis plenissimum contineret, inquit, Super murum enim litum, id est, structoria arte compositum, stare mihi rerum dominus videbatur, habens in manu trullam camentarij, per quam munus videlicet quo fungi consueuerat, indicaret, id est, quæ & iugi eos propugnatione tueretur: & quæ frequentè medelâ per quâ sanarentur & instaurarètur adhiberet. Cæterum, si ista miseris conferentem providentiam submoueret, neminem eorum vel posse coherere vel posse subsistere. Ergo trullâ hâc, inquit, id est, curam meam qua, liniebantur & firmabantur quassa deponam, atque otium quoddam benignitati, quia ita Israël cogit, indicam, nec sustinebo vltius laborem cum impudenti nimirum prophanitate inefficaci pietate certandi. Sicque demum quid perpetrare cognoscent, cum nequaquâ feriente sed tamè nõ protegente disperseunt. Et demolietur excelsa idoli, & sanctificationes Israel desolabuntur: & cõsurgã super domum Ieroboam in gladio: Venient enim hostes ac plenû agentes triumphû ferro ignique desæuent, fana & profana cû totis vrbibus cõcremantes, atque Ieroboe familiam gladio vlciscente vastabunt. Verùm postquam hucusque concionantis prophetæ sermo processit, Amasias quidam nomine, sacerdos Idolorum misit ad Ieroboam per idem tempus decem tribuum imperio præsentem: nunciauitque ei quòd Amos spiritu potius rebellantis quàm vaticinantis instinctu & nominatim ei, id est, regi denunciaret exitium. Et totum populum ita multiplici cõminatione terreret, vt etiam sententiæ dubiæ fieret, quem videlicet regem sequeretur incertus: totiûsque voluminis prophetici propositum breuiter amplectens. Hæc enim, inquit, Amos dicit, *In gladio morietur Ieroboam & Israel captiuus migrabit de terra sua.* Ex quibus dictis consequenter aduertimus quod etiam in nostrorum temporum

temporum negociis experimur, quia pars gentis humilior, id est quique populares, quominus habebant de nobilitate superbiæ: hoc etiam prophetarum dictis facilius mouebantur. Sacerdotes vero & optimates cum regis vitiis fauere contenderent, respuebant, imo criminabantur, & si liceret, interficiebant salutes magistrorum. Sed lectionis ordinem prosequamur. Cum ergo ad Ieroboam regem quibus aduersum Dei prophetam succendi posset mandata misisset, non contentus finem excitati quasi certaminis prestolari: sed vt quocumque modo vir sanctus fugaretur exoptans, ad ipsum cõciliator accessit. *Et dixit Amasias ad Amos, Qui vides gradere, fuge in terram Iudæ, comede ibi panem & ibi prophetabis: Et in Bethel non adicies ultra vt prophetes, quia sanctificatio regis est & domus regni.* Metuens credo ne reuerentia prophetæ etiam regis indignatio frenaretur, per seipsum tentauit eum expellere, & cum honore compellans: *Qui vides abi inquit, & ad vicinam Iudæ confuge regionem, vbi & viuere tuto valeas & docere.* Hoc vero loco, id est Bethel in quo respicis aulam fabricatam & sanctificationes regis, videlicet simulacrum cuius sumus cultui cum ipso principe mancipati, ne pergas vltius eiusmodi vocibus personare, quas nequaquam tibi fore impunitas intelliges. *Respondit Amos & dixit ad Amasiam: Non sum propheta & non sum filius propheta, sed armentarius ego sum vellicans sicomoros, & tulit me dominus cum sequever gregem & dixit ad me: Vade propheta ad populum meum Israel.* De occasionibus responsionum etiam quæ tacita sunt plerumque intelligenda succurrunt, sicut nunc propheta, cum ei aruspex dixisset vt fugeret, respondit nec se de prophetarum descendere stirpe, nec hoc munus ab initio suscepisse, nec ideo tamen quasi falsa vaticinantem debuisse auditoribus esse despectui. Sed quod illi ad eius contumeliam dicere solent, hoc se etiam cum gaudio profiteri, id est, nec de choro se nec de stirpe prophetarum fuisse: cæterum pastoralis tantum officio deditum, & per saltus armenta ducentem, atque cibos ex arboribus vilissime colligentem: a Deo inspectore cordis electum & ad hoc prophetandi officium destinatum, secundum quem morem gloriatur & Apostolus cum dicit. *Quòd vbi placuerit Deo vt reuelaret filium suum, per me continuo non adqueui carnî & sanguini, neque ad antecessores meos Apostolos veni, sed abij in Arabiâ, & inde reuersus sum Damascum, id est, nec magisterium aliquod nec priuilegium requisui, sed statim vocanti me redemptori nostro ita proinde & impigre parui, vt ad opus prædicationis ingrederer.* Ergo & pastorè pecudum se beatus Amos profitetur, nulla ad opus hoc ambitione, sed sola vocantis electione venisse, qui dixit ad me (inquit) *Vade propheta ad populum meum Israel.* Ea ergo quæ supra comminatè iniecti, debuisti tu ô, Amasia & omnes tui participes non vt mea sed Dei per me loquētis dicta suscipere, nec dubitare quod Dei voluntate ea quæ ventura cognoueram, nunciarem: quod ne nescias, accipe experimentum eius qui in me loquitur christi. *Vxor tua in ciuitate fornicabitur, filij tui & filia tua in gladio cadent, & humus tua funiculo metietur. Et tu in terra polluta morieris, & Israel captiuus migrabit de terra sua.* Quid ergo tibi prodest audire nolle quod necesse habeas sustinere, cum

non te denunciatis verba crucient, sed vulnera persequentis. Proinde ut sentias nulla arte impendentem remouendam sententiam, prædico omnium te affectuum tormenta sensurum, id est: quæ maritus, quæ pater, quæ clarus ciuis excipiat. Vxor enim tua non clãdestina turpitudine polluetur, sed in medio vr̄bis vincetium libidini subiacebit, & liberos tuos gladius te spectante cui non liceat lugere vastabit: túque simul dedecore & orbitate percussus in terra polluta morieris, id est. vel in ipsa Iudeorum regione quã videlicet prius sacrilegia ciuium, deinceps verò facinora hostium polluerunt: vel certe in barbaris finibus, quos semper esse politissimos estimastis, & Israël in exilium turbine captiuitatis abigetur. Sed videamus reliqua. *Hæc ostendit mihi dominus Deus, & ecce vncinus pomorum & dixit. Quid tu vides Amos? Et dixit, Vncinum pomorum, Et dixit dominus ad me. Venit finis super populum meum Israel: non adiuciam ultra ut pertranseam eum. Et stridebunt cardines templi in die illa, dicit dominus Deus: multi morientur, in omni loco proiicietur silentium.* Usque ad præsentem locum denunciauerat calamitates quæ debebantur criminibus, fixaque æterni iudicis sententia contineri, ut profani nequiquam euaderent impuniti. Sed cum longa hoc sonuisset vis orationis, nunc iam inferendarum pœnarum, vicinum etiam tempus ostendit, ac secundum morem prophetarum imaginem quæ id ipsum exprimeret, intromisit. Sicut enim supra trulla cãmētarij curam prouidentia publicauit, quã de manu sua iudex sub indignatione deponēs docuit quod eos iam protegere cessauisset, ita nunc vicinitatem damnationis ostendens, corripuit vncinum pomorum, id est quẽ illi habere solent qui ascendunt in arbores ut poma diftringant. Et quia per teneritudinẽ ramorum progredi ad extrema non possunt, consistentes in solido ad se inflectunt capita ramorum, poma quæ matura viderint colligentes. Ergo cum & iudex æternus iam oportunitatem cerneret vltionem, quasi maturuisse ad suscipiendam eam populos fecit intelligi, pronunciatque munus suscepisse vindictę, nec vltorius impunitum Israëlẽ posse consistere. Non adiuciam ultra ut pertranseam eum, sicut videlicet collectores pomorum quæ adhuc acerba vident pertranseunt, quæ vero sunt esui apta decerpunt. Ergo iam tempus implendę sententię vncini forma monstrauit: eos scilicet qui videbantur florere diuitiis & abundare filiis ad debita supplicia pertrahētis. Stridebunt cardines templi in die illa dicit dominus, multi morientur: in omni loco proiicietur silentium. Nec ambiguum putes o tu popule quid hæc vncini forma denunciaret. Stridebunt cardines templi: id est cum vr̄bibus delubra omnia in quibus fidentis destruentur, neque enim ianux eorum sensim pro venerantium recludentur officii: cæterum vi expugnantium dissiliebunt, & profanum vulgus confusa cede morietur: sicque compita quæ multitudinẽ ciuiũ perstrepebāt, lugubri silẽtio cõplebuntur. Videretur autem nomine templi cuius ait cardines stridere, Iudæ quoque calamitatem & templi apud Ierusalem positi denunciare perniciem, nisi totus ipse contextus decem magnis tribubus conueniret. Ergo eius cardines templi conuellendos dixit, de quo & superius ait, Demolientur excelsa idoli & sanctificationes Israël desolabuntur

buntur, & post pauca apertius. Qui iurauit in delicto Samarię, & dicit: Viuit dominus Deus tuus Dan, via Berſabeę cadent & nõ resurgent vltra. *Audite hoc qui conteritis pauperem, & deficere facitis egenos terrę, dicentes: Quando transibit mensis & venundabimus merces: & Sabathum, & aperiemus frumentum, ut imminuamus mensuram, & augeamus siclum, & supponamus stateras dolosas: ut possideamus in argento egenos, & pauperes pro calciamentis, & quisquilias frumenti vendamus.* Hisdem regulis quibus institutus est prophetalis sermo contextitur, ut quanquam super omnia crimina cultum accuset idolorum, quo videlicet deferētes Deũ profanissimi reddebantur: tamẽ etiam alias vitæ partes, id est, reliqua morũ delicta nõ sileat: sicq; vel ostēdat, quia magisterium legis sacrę vitiorum amore contēperint, vel quales morũ fructus impietas proferat, quæ licet per omnes fere species improbitatis vagetur, tamen præ cæteris auaritię studet: quæ & apud Apostolũ idolorum seruitus vocatur. Ergo & hic sermo diuinus cũ sacrilegos arguisset, eisquẽ iã vicinum minaretur exitium, exclamauit subito, quasi qui prophanorũ vellet rũpere surditatẽ, ut si de studiorũ meritis iudicare negligenter, sed quæ erant fœda pulchris & vilibus anteferrent, saltẽ iam rebus in angustum redactis, & motæ vltionis fragore cominus sonãte, aspicerent in quẽ vsum pecuniã cõgregatẽ, quõue ære marsupia niterentur implere, quẽ certi essent ventura protinus in hostium potestatem. Audite, inquit, hoc qui conteritis pauperem & deficere facitis egenos terrę. Filij hominum vsquequo graues corde, ut quid diligitis vanitatem & diuitiis mendacibus impudenter inhiatis? Nihil de his auxiliij, nihil imo solacij sentietis; quẽ vobis & culparum causam faciunt & pœnarum. Quã spe credita, vobis iudicantiũ munera corrupistis, ut de oppressis necatisque pauperibus spolia cruenta reciperetis, nec vllũ industrię genus haberetis innoxium: neque enim solũ corruptione sententiarũ in iudiciis deliquistis, sed etiã cum de agrorũ fructib; pecuniã redigere pergebatis, ipsa quẽ honeste geri potuissent cõmercia polluẽtes, cõcessẽ industrię vtorũ scelera miscuistis. Quando enim aiebatis: *Transibit mensis & venundabimus merces & sabathum, & aperiemus frumentum, ut imminuamus mensurã & augeamus siclũ, & supponamus stateras dolosas: non minus ergo auaricia quã iniquitate peccantes, publicam expectabatis & optabatis inopiam: & quanquam luxuriosissimi perque hoc inertissimi, tamen fastidiebatis ferias sabathorum, quia indico ocio vno saltem die vos à fraudibus continebant.* Ergo increpabatis, inquit, transeuntis otij tarditatem: ad actiuosa nimirum tempora festinantes, in quibus esurienti populo magnis preciiis vèderetis, non solum frumenta, sed etiam quisquilias quasvtique proicere solebatis, talia apud vos mutua iniquitate meditates, ut possideatis in argento egenos, & pauperes pro calciamentis. Cũ ergo vos ita gesseritis humanitatis inimicos, ut quo eratis ceteris ditiores, hoc vos crudeliores ciuium turba sentiret: & nec ipsa vos rerum copia ad largiẽdũ vocaret, debetis profecto nullã cõsequi ab æterno iudice misericordiã, quã proximis vestris tanta obstinatione, tantaque impudentia denegastis. *Iurauit dominus in superbiam*

*Iacob si oblitus fuero usque ad finem omnia opera eorum, magnitudinem iniquitatis tuae o Israel. Creatoris indignatio publicauit, qui se etiã obtestatione cõstrinxit, quod nullus tot malorum immemor redderetur: sed donec ultimo vos finiret exitio, vim seueritatis intenderet. Simul etiam latentes eorum detexit affectus, qui cum viderentur in fraude mensurarum & ponderum per solam auaritiam deliquisse, in superbiam eorum se surrecturum minatur: ostendens profecto quia nunquam illi tot crimina, nisi per contemptum legis admitterent, atque vt pecuniam immodice, ita etiam præcepta Dei viliter æstimarent. Non est, inquit, quod eorum factum contumeliis inopum terminetis, longe vltius effrænata impiorum processit audacia: nostrum inquam hausere cõtemptum, propter quod merito, qui sum inspector animorum, superbiam eorum detestor: & iuravi in ira mea si introibunt in requiem meam. Quæ enim potest cõsuram miseratio temperare, cum tali atrocitate grassentur, vt vniuersa eorum regio mereatur intremere, cupiens eorum pondere quos degeneres aluit liberari. Nunquid super isto non commouebitur terra, & lugebit omnis habitator eius, & ascendet quasi fluius vniuersus, & euertetur & defluet quasi riuus Ægypti? Quid esset terrã moueri quod per scema vtiq; terroris edixerat, subiecto sermone patefecit dicendo. Et lugebit omnis habitator eius. Veniet, inquit, olim promissa & hæctenus delata captiuitas: iam quippe vltionis negocium. Ille quem supradixi sententiæ nostræ vncinus attraxit. Et implebitur omne quod tam contemptus protuli quam iuratus, omnisque Israël's populus non maiori difficultate, quam riuus Ægypti videlicet Nilus effluet: atque ad Assyrios transire cogetur. Cuius temporis erit tam tristis & acerba facies, vt die medio sol defecisse & nox irruisse videatur. Ita enim nulla ordinum distinctio, lux consilij nulla remanebit: ac si palpabiles tenebræ terram & cælum pariter miserorum oculis abstulissent. Et conuertam, inquit, festiuitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum: Et inducam super omne dorsum vestrum saccum, & super omne caput caluicium. Et ponam eum quasi luctum vnigeniti, & nouissima eius quasi diem amarum. Quoniam non vnã personam, sed populum simul institutus sermo designat, ideo permutatio & numeri contingit & generis: vt tum pluraliter tum singulariter alloquatur. Conuertam, inquit, festiuitates vestras in luctum, & cantica vestra in planctum: id est, æmula lætis cuncta succedent, & quæ liberi ad voluptatem parastis, luctui subiiciet immissa captiuitas: corporaque nobilium preciosis paulò ante recta ornamentis, cilicium pannique conuertent. Quod totum tẽpore captiuitatis obtingere vtinã lectione tantum indicante nossemus. Sed tam frequẽs nostris tẽporibus eiusmodi est facta cõditio, vt quidquã melius sperantiũ miremur audaciam. Inducam, inquit, super omne dorsum vestrum saccum, & super caput caluiciũ: & ornãmẽta corporũ, firmamẽta viriũ perdetis, vt cæsaries vel ludibrio vel morbo incipiat confumẽte defluer, & ponã eam quasi luctũ vnigeniti & nouissima eius quasi diem amarum, id est, gentis Israeliticæ status, ab arce fœlicitatis antiquæ ad ima descendit miseræ seruitutis: vt tam acerbo luctu digna sit, quam illa*

illa orbitas quæ de vnigenitis consuevit accidere, vbi non solum amissa pignora, sed etiam posteritas extincta lugerur. Sed videamus & reliqua. *Ecce dies veniunt dicit dominus, & mittã famem in terram: non famem panis neque sitim aquæ, sed audiendi verbum domini, & commouebuntur à mari usque ad mare, & ab Aquilone usque ad Orientem circuibunt, quærentes verbum domini & non inuenient.* Inter extremas calamitates eius populi qui legis conditione floruerat, numerandum esse monstrauit defectum salutarium magistrorum, quidni cum ea sit conditio, vt si discenda non audias, subeat imperitia, perque hoc ignorantia nocte verferis, atque in multiplices miseras velut luminibus captus incurras. Qui enim, vt alius propheta denunciat, non didicerit iustitiam super terram, veritatem non faciet, sicque mendacia loquentes peribunt. Propter quod, & populo cui per Osee prophetam exprobratum fuerat, quia scientiam repulisset, ob id quia ipse ab omnipotẽte domino mereretur repelli, etiam in præsentilocho sub denunciato pœnæ idem crimen obiicitur, vt qui pietatis magistros studiis fuerant profanitatis exosi, quantum in exitium suum laborauerint agnoscant: qui hoc videlicet peccando fecerint, quod eis iudex inter cætera imo supra cætera supplicia comminetur, id est, inter captiuitatis ærumnas doctrinæ eos egestate feriendos, vt illo insigni, quo inter omnes nationes conspicui fuerant, deserantur, nec quisquam eos prophetarum vel instruat ignorantes vel consoletur afflictos. Quod totum sub hostili damnatione contingere assidua nos pericula docuerunt. Hanc autem minarum speciem Elaias quoque beatus asseruit, auferendum videlicet à Iudæa principem atque seniore cõsiliorum, doctorẽque prænunciãns in eorum locum pueros reges & effæminatos principes subrogandos. Quod autem ait non famem panis neque sitim aquæ, sed audiendi verbum domini illis populis inferẽdum: quantum ad tenorem quidem pertinet lectionis eo sensu videtur illatum, vt dixerit non solum famẽ panis neque solum sitim aquæ, sed audiendi verbum domini eam fore penuriam, vt nusquam valeant doctorem, etiam si eum auidissimè quæserint, reperire. Neque enim quasi doctrinæ spiritalis cupidus, per quæ hoc dispendia eius grauitè æstimantes edicenda, solorum magistrorum ablatione terreret. Secundum eloquia itaque scripturis familiaria non vtiq; negauit eos fame sitique vexandos, sed subaudiendum reliquit, non his solum quæ pro conditione mortalis vitæ bonis malisque quasi promiscue interdum accidunt subiungandos, verũ alia maiore calamitate, & ea quæ ad omniũ respicit & non noxiis accidere non potest, esse plectendos, id est vt diuina eos doctrina non instruat, sed auris eorum etiam si adiurẽt se discere velle contemnat, quasi quibus conueniat illud quod apud alium prophetam legimus. Peccatori autem dixit Deus. *Quare tu enarras iustitias meas & assumis testamentum meum per os tuum, fingitur sensus ex omnibus quia pro sceleribus & religionis & conuersationis suæ captiuitati barbaræ Iudeorum gens quondam dilecta subdatur: qui tantum sane à prisca decoris arce defluerint, vt voluntatis suæ crimina recognoscant in pœnis, atque ferorum tolerantantes*

iussa dominorū doctrinam sacrae legis nusquā audiant insonantem: cuius nimirum adhuc in patriis collocati finibus, illuminantia se praecepta contempserint. Verūm vt contextus ipsius lectionis intelligentiae huius tenorem poscit, ita etiam debemus aduertere eadem quoque ad futurorum significationem valere, eorum videlicet temporum, in quibus Iudaei sceleratissime peccantes, grauissime conciderunt. Postquam enim vinea illa quae translata ex Aegypto, plantata est in regionibus opimis, & aedificato templo torcular sacri altaris accepit, expectataque vt faceret vvas fecit spinas, & non iustitiam sed clamorem: ita vt cultores eius in ipsum filium patrisfamilias efferati, crederent se absque molestia in reliquum esse tenturos, quod cum legitimi heredis interitu peruasissent. Iurauit dominus Deus in superbiam Iacob si oblitus fuero vsque ad finem omnia opera eorum, quorum tanta emerit atrocitas, vt ipsa terra eorum moueretur, ac medium diem lugubris auferret obscuritas. Sexta siquidem hora tenebrae factae sunt vsque ab horam nonam, & terra mota est, petrae scissae, sunt sicque festiuitates eorum in luctum, & in planctum cantica peruenerunt, atque impiorum dorsa sacco tecta sunt, & capita sensere caluicium: venientibusque in ultionem piaculi gentibus, Ierusalem est obsidione circumdata, atque adeo illisa terre, vt ulterius nequaquam possit adurgere. Sensit ergo quasi luctum vnigeniti, & amaro conclusa sine est gens illa, quae vnigenitum Dei contumeliis plagisque violauit, secutumque est verè tempus, in quo fame spiritalium bonorum consumatur, nec penuriam panis aut aquae sitim, sed audiendi verbum domini, videmus eos qui in verbum domini contumaces fuerant, experiri. Annon eorum ista calamitas, in ipsa rerum attestazione collucet? Nam cum spiritalis philosophiae erga dominum scilicet pietatem, erga proximos benignitatem & probitatem docentis, ab eis origo discesserit, ad tantam studiorum & doctrinae sunt inopiam deuoluti, vt à solis ortu vsque ad occasum, id est, in toto orbe terrarum dispersi, nusquam verbum Dei quo vegetentur audiant: nec coruscantis Euangelij fulgore tangantur, sed instar infantium pro virtutibus morum vitalibusque sacramentis, rebus pudendis & ludicris intumescant: carnis videlicet concisione, & sabbatibus feriis gloriantes. Consequenter ergo nec doctor apud eos aliquis eruditus, nec princeps, nec sacerdos à quo refoventur existit: quia loquente Moysè oculi eorum velamine conteguntur, quod non aliter auferretur, nisi cum in Christo qui nos redemit aboletur. Circumibunt, inquit, verbum domini quærentes, & non inuenient, quia eum qui verbum caro factus est negauerunt, sicque lux in tenebris lucet & tenebrae eum non comprehenderunt. *In die illa deficient virgines pulchrae, & adolescentes insiti, quia iurauit in delicto Samariae, & dicit: Viuit Dominus Deus tuus Dan, & viuit via Bersabee, & cadent & non resurgent ultra.* Licet sui temporis mores prophetalis accuset oratio, tamen per censuræ cumulum, etiam futura signa consequenter ostendimus, atque ideo, & si sermo progrediens ad negotia quae videbantur instare respexit, nihilominus & isti conditioni potest quae

quae nunc Iudaeos detinet conuenire. Neque enim absurdum est si de praeterita dignitate ipsae tribus pulchrae virgines nominentur, quae vt tunc idola sequendo, exitio leguntur addictae: Ita nunc cum redemptorem suum negarunt, idem commississe dicuntur, quod & cum in Dan & Bersabee locatos vitulos adorarent, vt fiat sensus: Quia frustra se Iudaei christo domino non credentes, immunes impietatis existiment, per id videlicet quod idola nulla venerentur, cum nihil apud eos de antiqua patriarcharum pietate resederit, quia nomen christi peruicaci infidelitate violando, participes & aequales idolorum cultoribus conteguntur: propter quod etiam in Euangelio pronúciat inspector animorum: Qui me odit, & patrem meum odit. Proinde eos adducit cumulata damnatio, qui negando filium, patrisque pronunciantur inimici. Quod autem ait, Viuit Dominus Deus tuus Dan, & viuit via Bersabee, vulgi consuetudinem denotauit, qui videlicet superstitione prolapsus, & itinera plerumque quibus ad delubra itur, adiurat. Cadent, inquit, & non resurgent ultra, id est, spei solatiis inniti non sinentur ulterius, vt putent vsque ad terrorem eiusmodi cōminationes sonare, statimque occursum ire liberationis gaudia, sicut leguntur frequenter expectati: sed quia ultionis tempus cōprehensus demum vnicinus attraxit, patiendū sentiant, quod haecenus didicerant audiendo: & ita cadent vt rebus ipsis deprimentibus conterantur. *Vidi dominum stantem super altare, & dixit: Percute cardinem & commoueantur superliminaria, Auaritia enim in capite omnium, & nouissimum eorum in gladio interficiam.* Altare hoc quidam super quod vltor astiterit, legitimum videlicet quod esset in Hierosolimae templo positum crediderunt, secundum illud quod alius propheta dicit. A sanctis meis incipite, videatur templi quoque ipsius exitium comminari: sed intellectum eiusmodi loci cōtextus refutat. Mētio quippe Iudae nulla praecesserat: Ceterum decē tribubus specialiter imminerebat. Denique postquam dixit, Iurant in delicto Samariae: Et qui dicunt, Viuit dominus deus tuus da, & viuit via Bersabee: cadent, inquit, & non resurgent ultra, ac deinde subdidit: Vidi dominum stantem super altare. Cum ergo signatissime decē tribus Samariamque pulsauerit, altare quoque & delubrum quod praecipiat euerti, ipsum debemus accipere de quo paulo ante dixit: Et venit finis super populum meum Israel, non adiciam ultra vt pertranseat eum, & stridebunt cardines templi in die illa dicit dominus. Et paulo supra dixit ad Amasiam Amos. Nunc audi verbum domini: Tu dicis, non prophetabis super domum Israel & non stillabis super domum Idoli, propter hoc haec dicit dominus: Vxor tua in ciuitate fornicabit, & filij tui & filiae tuae in gladio cadent, & humus tua funiculo metietur & tu in terra polluta morieris, & Israel captiuus migrabit de terra sua. Quia ergo dixerat quod in delicto Samariae iurantes debito subderetur exitio, persequitur ipsius comminationis effectum, & dicit se vidisse dominum, ad eruenda profanorum altaria constitisse. Et quamuis sub imagine varia, tum occurrentis tum stantis appareat, tamen quia omnia iussione perfecit, & dixit, inquit, ministris vel angelis nimirum vel gentibus, ex eius voluntate venientibus, vt percuterent valuas, & commota superliminaria disfilirent,



ffique omnis edium ruina sequeretur, statimque causas comotionis ostendens: *Auaritia enim, ait, in capite omnium, & nouissimum eorum in gladio interficiam.* Quidam in elocutionibus videtur esse defectus, sed si diligenter inspicias, consilio potius quam forte susceptus. Quia enim totovolumine scelera eorum hisque debita tormenta digesserat, merito nunc compendium sermonis elegit, ut & morum vulnera vnius vicij signaret indicio, & damnationis pondera succincto nimium sermone contingeret: Percussu quippe cardinum, & superliminarium motu, ruinam fanorum: auaritia verò nomine in capite omnium commorantis, à principibus ad imos, sordibus cunctos & sacrilegiis horrere pronunciat: nouissimos verò eorum, quod interficiendos hostili mucrone signauit, ostendit neque exiguis esse parcendum: sed optimates & vulgum confusa cede perituros. *Non erat, inquit fuga eis: Fugient, & non saluabitur ex eis qui fugerit.* Fugam pro effugio nominauerat: quod ut exponeret, postquam dixit: *Nō erit in eis fuga, continuo subiecit, fugiet & non saluabitur ex eis qui fugerit.* Ergo quia nihil proderat fugisse capiendis, neque fugam eos arreptum ire pronunciat. Verū ne hoc esset incertum intulit, quod ad expositionem valeret. *Fugiet, inquit, & non saluabitur ex eis qui fugerit.* Ex quo sensu est & illud in psalmo: *Fiat via illorum tenebræ & lubricum, & angelus domini persequens eos.* Verū ne hoc ipsum breuiter indicatum sensum eluderet audiētium, pergit sententiā dilatare per species, ut affectum timoris longitudine descriptionis exasperet, simulque commendat se indignante qui sit totius orbis inspector, nullam religionem, nullam esse creaturam quæ vel auxilium aliquod vel solatium valeat præbere damnatis. Postquam ergo dixit, *Non erit fuga eis, Fugiet, & non saluabitur qui fugerit ex eis.* *Si descenderint, inquit, usque ad infernum inde manus mea educet eos: Et si ascenderint usque in cælum inde detrahā eos: Et si absconditi fuerint in vertice carmeli, inde scrutans auferam eos: Et si celauerint se ab oculis meis in fundo maris, ibi mandabo serpenti & mordebit eos: & si abierint in captiuitatem coram inimicis suis, ibi mandabo gladio, & occidet eos.* Nō quo horū aliquem quos enumerauit locorū, adire captus Israël aut posset aut cuperet, sed ut magnitudo se æterni iudicis publicaret, ab impossibilibus exempla collegit, id est: Si me insequente posset aut ad cæli ardua subuolare, aut vorari terrarum hiatus, ut laterent, aut sicut est stultitia plerumque metuentium, carmeli verticem peterent, quasi turas latebras: vel si in profunda marinorum gurgitum mergerentur, nusquam tamē posset vim nostræ ultionis effugere. Quib⁹ sanè ne hæc ipsa forte qua puniatur conditio bladiatur, putentq; se ita ferenda captiuitate defungi, ut nihil in eos reliqui iuris habeam, quos dominationi barbaræ macipauero. Denuncio quia nec captiuorum valeant forte defendi, quibus videlicet parcere solet dominantium vel lassata vel satiata crudelitas: sed ibi quoque ad nutum meum iugulos eorum tela penetrabunt, neque enim cuiquam licebit misereri eorum, in quos ego quoque fuerim sequere cōpulsus. Hunc autem colorem in laudem dei sacrorum carminum scriptor excoluit: *Quo ibo inquiens, à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Si ascendero in cælum*

tu

tu illic es, si descendero in infernum, aderis. Si sumpsero pennas meas ante lucem, & habitauero in extremis maris, illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Etiam si dicam, Tenebræ occultabunt me, nōxque mihi consolatio erit, considero rursus atque conspicio quia sicut tenebræ, ita & lumen eius: id est, oculis Dei ita sunt peruię, quamuis densæ noctis tenebræ sicut & lumen diei. Ut ergo beatus Dauid hæc cætera numerauit sub diuinæ admiratione virtutis, ita etiam nunc per Amos & ad iudicium virtutis suæ Deus noster, & ad cumulum timoris valitura proposuit: quodque nihil solatij posset inuenire monstrauit, dicendo: *Et ponam oculos meos super eos in malum, & non in bonum;* id est: hos ego puniturus aspiciam, ut sentiant in doloribus cuius potentia deum longa miseri ætate contempserint. *Et dominus Deus exercituum, qui tangit terram & tabescit, & lugebunt omnes habitantes in ea.* Videtur quidem ad iudicium potentia suæ nomine totius terræ, totius orbis mentionem fecisse: quod is videlicet, si Deus præciperet, absque vlla difficultate deflueret, secundum illud Apostoli Petri qui ait: *Quales oportet nos esse in sanctis conuersationibus, expectantes aduentum domini, in quo cæli magno impetu transibunt, & elementa ignis ardore tabescent.* fieretque sensus eiusmodi: Otu Iudeorum popule profanatis dedite, hoc quod dixi te ultionis meæ vim nullis effugiis posse vitare, ne ita accipias quasi omne quod possum in magnitudinem tuæ calamitatis expendere. Quam sit enim hic exiguus meæ virtutis effectus, hic intelligere potes, quia si vniuersa terræ molem iratus aspexero, haud difficilius quam cera ignis vapore soluatur. *Ego enim dominus Sabaoth, id est exercituum, cui nimirum militat innumerabiles angelorum cateruæ, qui mentem serò licet, demum tamen ultor accingor.* Magnitudinem proinde tuæ calamitatis expendito, quia omnia potest, cuius te nūc ira persequitur. Sed ad consequentiam magis respicit lectionis si de Iudæa id quoque dixisse regione videatur, in quam comminationes ab exordio voluminis personabant. Cum enim dixisset, *Ponam oculos meos super eos in malum & non in bonum: & quod nulla eos elementa vel auderent eos celare vel posset, consequenter adiecit: quia rex virtutum esset, Dominusque dominorum, qui illo pollutam regionem squalore vestiret.* *Et ascendet sicut riuus omnis & defluet sicut fluvius Ægypti.* Id est in captiuitatem gens tota migrabit. Et sicut alius propheta ait, *Ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens, Riuus enim Ægypti Nilum vocat, qui cum inundatu annuo Ægyptia arua cōtexerit, ita rursus in alueum suum flucta subducit, ut aquarum nulla fere in campis vestigia relinquuntur.* Ergo & Samariæ populus qui quondam Palestinæ terram quasi vberaturus impleuerat, dignitate ac libertate depositis, claustra alienæ dominationis intrabit, & nulla pristini decoris signa retinebit. *Qui edificat in cælo ascensionem suam, & fasciculum suum super terram fundauit.* De laudibus Dei pergit contexta prædicatio quæ nunc videtur: ad illud enim quod dixerat, dominus deus exercituum qui tangit terram & tabescit, & lugebunt omnes habitantes in ea, cohæret istud: qui edificat in cælo ascensionem suam, & fasciculum suum super ter-

O iiij

ram fundauit, id est, eius oculos nec si ad cælum ascenderes, nec si in profunda pelagi mergereris, posses effugere, qui angelorum dominus est, qui mundum quem creauit & cõtinet, qui ædificat in celo ascensionem suam, & fasciculum suum super terram fundauit. Est autem sensus, quia cum in cæli folio pro sui maiestate confidat, tamen dignatus est in terra quasi proprium habere fasciculum, videlicet Abraham Isaac & Iacob posteros, quorum vocari specialiter Deus, cum sit dominus vniuersitatis, elegit, fasciculum ergo quasi possessionem vocauit, secundum illud Deuteronomij: Cum diuideret excelsus gentes, statuit terminos earum secundum numerum angelorũ dei, & facta est pars eius Iacob, & hæreditas ipsius, Israël. Quod utique breuiter inferendo, ostendit quanta beneuolentia cum Iudæis gesserit, quantisq; eorũ sit sceleribus aspèratus. Qui ergo ædificat, i. qui ædificauit & ab initio creaturæ sacris legibus ordinauit ut ipse in cælũ quasi in excelsa mũdi eius rector ascenderet, & æterna illic damnatione consideret, terram verò famulorum suorum fancolatui deputaret, secundum illud quod beatus Dauid eloquitur: Cælum cæli domino, terram autem dedit filiis hominum. Cum ergo ita sit throno sublimis & sceptro, cumque non solum sydera sed cæli cælorum cum tremore suscipiant, tamen ad infima oculos suæ pietatis inclinat, & humilia ita respicit, ut nullam creaturam prouidentia suæ gubernatione destituat. Nam si fasciculum ut diximus, videlicet gentem sacris ritibus imbuendam in honorem Abrahæ Isaac & Iacob habere dignatus est, tamen secundum quod sacrum carmen eloquitur: Bonus est dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius: solemque suum facit oriri super bonos & malos, pluit super iustos & iniustos, non solum hominibus, sed etiam auibus & iumentis alimenta suppeditans, secundum illud Dauidicum: Omnia à te expectant, ut des illis escam in tempore: dante te illis colligent, aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate: Auertente te autem faciem tuam turbabuntur. Et alibi, Qui dat escam iumentis & herbam seruituti hominum, ut exhilaret faciem in oleo, & pane confirmet corda hominum. Ut ergo in victum hominum fruges & fructus terræ pariant, lapso de nubibus imbre fætatur, quarum est ad hoc creata mollicies, ut missæ in fluctus quasi spongiæ compleantur: & eisdem aquis à genuina falsedine ipsa transfusione purgatis, atque in dulcedinem potabilem transeuntibus, sitientia arua perfundant, diuersitatemque seminum mirabili vbertate multiplicent: vnum esse certo iure dominum, qui hæc videlicet ordinauerit consistentes. Sed videamus quo proficiat diuinæ virtutis præmissa descriptio: *Nunquid nõ ut filij Aethiopum vos estis mihi filij Israel ait dominus? An Iudæorum deus tantum? nonne imo & gentiũ: vnus enim deus qui iustificat circumcisionem ex fide, & preputium per fidem. Quamuis ergo prouidentia meæ testimonio quæ consulit omnibus in commune mortalibus, potueritis & debueritis agnoscere, vestrum me quidem genus in honorem sanctorum parentum præcipue delegisse, non tamen alias gentes à mea consulentia repulisse, saltè me esse vniuersorum dominum ex his quæ sunt gesta cognoscite, neque tantum vobis*

vobis cum decideritis in crimina vindicate, ut solos vos anteferri cæteris æstimetis, pro hoc quod de Ægyptia seruitute mirabiliter estis educti, & regionem vberem, eiectis quod est amplius incolis, possidetis: neque enim circa vos tantum eiusmodi dispensationis munus exercui, sed sicut Israëlita de terra Ægypti, ita & Palæstinos de Capadocia, & Siros de Cirenen assumptos, in eorum locos qui expelli meruerant, intromisi. Haud ergo vestras credatis meruisse virtutes, quod ego iustitiæ meæ semper impendi: videlicet ut polluta sacrilegiis regna delerem, legitimi domini hanc præcipuã curam esse cõtestans, ut neminem impunitum relinquat, quem nihil cogitare de correctione perspexerit. *Ecce, oculi domini Dei super regnum peccãs, & conteram illud à facie terræ.* Discite proinde rerum saltem periculis, nullum mortalium vel opibus tutum esse vel viribus, qui non fuerit innocentia prauitate circumdatus. Mea ergo iustitia semper exposcit, ut non solum vnus aut duo, sed etiam totum regnum si peccatis est subditum, deperat. Veruntamen, parentum a me vestrorum sanctitas impetrauit, ut vos non patiar internicione deleri, sed etiam si meritorum momenta perpendens in crimina vestra vltionem suscitauero, miserendi etiam mihi nunquam subrepat obliuio, sed etiam si conteram reos, non etiam sinam Israelitarum nomen perire. Erit ergo inter vos reliquosque discretio, quod vos castigati, illi autem docebuntur extincti. Et quoniam in ipso indignationis impetu Deus tamè prodidit reliquis se esse parsurum, quæ sunt læta persequitur. *Ecce enim ego mandabo, & concutiam in omnibus gentibus domum Israel, sicut concutitur in cribro, & non cadet lapillus super terram. In gladio morientur omnes peccatores populi mei, qui dicunt: Non appropinquabit & non veniet super nos malum.* Hoc proinde quod toto volumine indignatio mea fremuit non effusa pernecitate grassabitur, sed quasi cauta manu & sollicita vos inspectione concutiet, instar videlicet cribri quo frumenta purgantur: cuius angusta foramina nec grana sinunt decidere nec lapillos, sed solum puluerem ac lolium, ac reliqua quæ sunt inutilia secernunt. Quod autem lapillos ait inter frumenta residere, ad consuetudinem videtur respexisse purgantium, qui plerumque ad hoc in cribrum mittunt lapillos, ut vim concussui addant marginibus illisi, & nihil de quisquiliis remanere patiantur. Secundum subtiliorem vero sensum, propius eam rem pro qua fuerat suscepta tangentem nomine lapillorum, eorum indicat firmitatem, qui malis haud facile corrumpantur exemplis, ut illis temporibus & prophetas & alios iustos fuisse legimus: qui cum reliquum vulgus ut ligna ac stipulæ deperirent, illi velut solidi perque hoc preciosi lapides permanebant, super quos merito ecclesia fundaretur, quoniam nulla posset procella subruere. Ergo etsi omnes ait pariter abripiat immissa captiuitas, tamen nequaquam vos viliter æstimabo, ut confusa videlicet cede pereatis: sed exercebitur libra iudicij, ut nullum gladius contingat innoxium, nullum prætereat criminofum. In gladio morientur omnes peccatores populi, mei, qui dicunt: Non appropinquabit & nõ veniet super nos malum, id est qui sacris vatibus restiterunt, & eos quasi conuincere gestientes, affirmabant nihil calamitatum quas illi

denunciabāt esse venturum, neque se vlla malorum experimenta capturos, hos, inquit, vindicta persequetur, sc̄uiens. Ceterum omnes vel innocentia vel examinata virtute conspicuos ita manus nostra defendet, vt exercitati quidem, nec tamen doceantur extincti. Sed videamus & reliqua. *In die illa dicit dominus suscitabo tabernaculum David, quod cecidit: & reedificabo aperturas murorum eius, & ea quæ corruerant instaurabo: & reedificabo illud sicut in diebus antiquis, vt possideant reliquias Idumæ & omnes nationes, eò quod innocatum sit nomen meum super eos dicit dominus faciens hæc.* Quia promiserat se etiam sub tempore indignationis accensæ circa Iudæorum tamen gentem ita misericordiam habere respectum, vt nō eos vsquequaque pateretur aboleri. Sed in ipso captiuitatis turbine, cum iā eos fera barbaries possideret, mirabili tamen auxilio innocentia vel iustitia præditos defensurum iri, vt potestatem in eos nō haberet interit⁹, quod vtique videbatur esse difficile, oportune & necessarie prospera quæ essent vêtura subiunxit, vt clementiæ videlicet suæ, cuius signa promiserat, euidentiora etiam documēta congereret, & eorum se habere curam, de quorum meritis iudicabat, ostēderet. Sicque intelligerēt, quia neminem sine iudicio pateretur perire, quando quidem nō solum erga personas, sed etiam inter gentes hoc crimen exereret. Iam enim decem tribubus Assyria dominatione possetis Iudam & Beniamim, qui vna tantum modo, Iudæ videlicet commemoratione signantur, à Sennacherib expugnatione defendere. Dicit ergo prophetali more tempus appellans. *In die, ait, illa suscitabo tabernaculum David quod cecidit, & reedificabo aperturas murorum eius, & ea quæ corruerant instaurabo, & reedificabo eum sicut in diebus antiquis.* Quibus verbis vtique illam signat ætatem, quæ & Iudæ tribusum reliquis de Babilonia captiuitate liberata est. Ea enim, sicut omnes pene prophetæ concinenter prædixerant, ita etiam rerum exitus comprobauit. Hic ergo cum tristitia omnia sub persona decem tribuum narraffet, vbi ad prædictionem lætorum ventum est, per Iudæ occasionem, eorum seriem percucurrit: simul indicans Ierosolimitas sub aduersa venturos, de quibus nimirum eos educendos esse promittit: cuius sane libertatis sub Ezechia signa perierunt, quando videlicet in Hierusalem à manibus obsidentium, graui penuria laborātes, mirabili Deus protectione defendit. cunctis ergo quæque fuerant aduersa depulsis, illam, inquit, quam indignatus posueram cémentarij opificis trullam, resumam, vt ædificem interrupta murorum, quæ hostium fuerant impugnatione quassata, ædesque omnes quæ cōsenuerant suscitabo, & in vigore antiquæ fœlicitatis reducam: nec solum libertatis dulcia, sed etiam vltionis attribuā, id est, vt possideāt reliquias Idumæ gentis, scilicet de Esau stirpe veniētis: cuius assidue parricidalis odio laborauerant, cunctasque nationes ita sub propria ditione cōstituant, vt appareat quātum pietatis fructum fuerint cōsecuti, qui opimas crebra sane victorias nominis mei inuocatione perceperint. Notādum verò quoniā huius loci in actibus Apost. B. Iacobus ad prædicādū mysteriū redēptoris nostri, sub intelligētia subtiliore fuerit recordatus, tabernaculū videlicet David corpus Christi appellās: q̄. cum pro ipsa cōditione

trione naturæ cecidisset in mortem, resurrectionis est virtute ac mysterio suscitatu: & verè sanctificatio David fidelis, id est, æterna resplenduit, quando non permisit sanctum suum Deus videre corruptionem, sed clarificauit eum ante faciem omnium populorum, ad gloriam plebis suæ Israël. Apostolorum ergo doctrinam sequentes, sic esse intelligenda prophetarum volumina nouerimus, vt per contextum sui temporis gesta complexi, & per excursus subitos vel sensuum cumulos etiam futura signauerint, eorumque magnitudinem docuerint spectari in narratione præuiorum. Sic enim forma loci præsentis instituit: quia quantum ad historiam respicit, & Babiloniorum soluta damnatio, & quam Iudæi pertulerant rescisa captiuitas est, atque resplenduit anxii, vt sæpe promissa tui longum expectata libertas: quam tamen si ad regulam virtutis examines, quippe mortalibus & vitæ istius amara tolerantibus, nimis exiguam fateberis contigisse. Hæc autem liberario, quam Christi mysteria fidelibus contulerunt, cum semel venerit absque fine, lōgior est, & absque cōparatione sublimior: cui ita mœnia firmitatis & dulcedinis comparantur, vt repositæ in eis diuitiæ nec oppugnationem possint timere nec fraudem. Idumææ autem reliquias possessura credatur, quando corpus hoc quod per rufum Iudæorum colorem videtur ostendi, quemadmodum seminatū est in ignominia, sic consurget in gloria, nec aliquas de infirmitate molestias aut intellectu generabit aut sensui. Ceterum, erit Deus omnia in omnibus: verū his breuiter explicatis reuertamur ad seriē lectionis. *Ecce dies veniūt, dicit dominus, et cōprehendet arator messorum, & calcator vna mittentem semen: & stillabunt montes dulcedinē, & omnes colles culti erunt.* Non solum, inquit, libertatem restituisse contentus, frugum quoque vos faciam vbertate gaudere, ita vt toto anno colligenda suppeditent, & ad vindemiam tempus messis nimium opima procedat: vindemiam sementis excipiat, secundum illud quod apud beatum David canitur: Benedices coronę anni benignitatis tuę, & campi tui replebunt vberate. Pinguescent fines dēferti, & exultatione colles accingentur: Sic ergo & hīc post præmissa subiecit. Stillabunt montes dulcedinem, & omnes colles culti erunt. Aduerforum siquidem tempore raritas erat magna cultorum, nunc e contrario, multiplicabit incolas restituta tranquillitas, & bonum pacis publicæ montium cultura testabitur. Ita vt stillent dulcedinem, id est, videantur effluere vina de rupibus, mella de montibus. *Et conuertam captiuitatem populi mei Israel, & edificabunt ciuitates desertas, & habitabunt: & plantabunt vineas & bibentem vinum earum: & facient hortos, & comedent fructus eorum.* Quod per exaggerationem dixerat, id est quasi passim de montibus eruptum ire nectar, subdita narratione composuit, dicendo videlicet: quod bonis libertatis vtentes, exstruerent vrbis mœnia, ædesque repararent: pangerent vineas, nec prædatorem timerent, sed optatis earum fructibus implerētur. Nec solum diuites, sed etiā mediocres hortos sedulò colerent, & libenter indeptis eorum copiis vescerentur. *Et plantabo eos super humum suam, & non euellam eos ultra de terra sua quam dedi eis dicit dominus Deus tuus.* Id est, populum quem captiuitatis flagella correxe-

rint, cum ad possessionem terrarum suarum respexero, ita faciam continua securitate gaudere, ut non experiatur ulterius superbiorum iussa dominorum, nec amarum iterum gustet exilium, sed in regionibus propriis sempiterna possessione consistat. Quod dicendo vtrique non est pollicitus illos in pravam voluntatem nunquam esse mutandos, quos constat postea & redemptorem humani generis tam negasse, quam persequendo violasse, & de illis terris quas acceperant, usque eo fuisse depulsos, ut ab earum incolatu iugiter arceantur. Sed suum propositum rerum dominus publicavit, quod eos scilicet ita restituerit finibus paternis, ut nunquam eos vellet expelli, si eorum vita pateretur: sicque ad intelligendum pateret aduersa omnia quae sunt deinceps consecuta, illorum esse moribus imputanda: in Christi autem corpore, id est, ecclesiae membris, haec omnia fideliter & cumulate apparent impleta, quibus scilicet ea est spei collata foelicitas, ut cum tempus resurrectionis aduenerit, & beatitudinem quae est vera contigerint, bona sua ut suauitate, ita fateantur aeternitate preciosa.

EXPLICIT LIBER SECVNDVS  
COMMENT. IN AMOS PROPHE TAM.



## RVFFINI AQVILEIENSIS

PRESBYTERI COMMENTARIORVM

IN SYMBOLVM.

**M**hi quidem fidelissime papa Laurēti ad scribendum animus tam non est cupidus quam nec idoneus, scienti non esse absque periculo, multorum iudiciis ingenium tenue & exile committere. Sed quoniam, ut cum venia tui dixerim, id temere in epistola tua per Christi me sacramenta, quae a nobis maxima cum reuerentia suscipiuntur, astringis, ut aliquid tibi de fide secundum symboli traditionem rationemque componam: quamuis supra vires nostras sit pondus praeccepti (non enim me latet illa sententia sapientum, quae probe admodum dicit, quia de Deo etiam vera dicere periculosum est) tamen si petitionis a te impositae necessitatem orationibus iuues, dicere aliqua obedientiae magis reuerentia, quam ingenij praesumptione tentabimus: quae quidem non tam perfectorum exercitiis digna videantur, quam quae ad paruulorum in Christo & incipientium librentur auditum. Equidem comperi nonnullos illustrium tractatorum aliqua de his pie & breuiter edidisse. Fotinum verò haereticum scio eatenus scripsisse, non ut rationem dictorum audientibus explanaret, *Rem. 6.* sed ut simpliciter fideliterque dicta, ad argumentum sui dogmatis trahe- ret, cum in his verbis sanctus spiritus prouiderit, nil ambiguum, nil obscurum, nil a reliquis dissonans poni: quia in his verè comperitur prophetia quae dicit. Verbum enim consummans & breuians in equitate: quia verbum breuiatum faciet dominus super terram. Nos ergo simplicitatem suam *Act. 2.* vel verbis apostolicis reddere & signare tentabimus, vel quae ommissa videntur a prioribus, adimplere. Sed ut manifestius fiat argumentum verbi huius, ut diximus, breuiati, causam qua haec traditio Ecclesiae data est, ab origine repetemus. Tradunt maiores nostri, quod post ascensionem domini, cum per aduentum spiritus sancti, supra singulos quosque apostolos igne lingue sedissent, ut loquelis diuersis variisque loquerentur, per quod eis nulla gens extranea, nulla lingua barbaries inaccessa videretur & inuia: praecceptum eis a domino datum hoc, ad praedicandum Dei verbum ad singulas quemque proficisci nationes. Discessuri itaque ab inuicem, normam sibi prius futurae praedicationis in comune constituunt, ne forte alij alio adducti, diuersum aliquid his qui ad fidem christi inuitabantur exponerent. Omnes igitur in vno positi, & spiritu sancto repleti, breue istud futurae sibi, ut diximus, praedicationis indicium, in vnum conferendo quod sentiebat vnusquisque, componunt, atque hanc credentibus dandam esse regulam statuunt. Symbolum autem hoc multis & iustissimis ex causis appellari voluerunt.

P

1. Cor. 11.  
Act. 15

Gen. 11

Heb. 11

Symbolum enim græcè & indicium dici potest, & collatio, hoc est, quod plures in vnum conferunt. Id enim fecerunt apostoli, in his sermonibus in vnum conferendo, quod vnusquisque sensit. Indicium autem vel signum idcirco dicitur: quia in illo tempore, sicut paulus apostolus dicit, & in actibus apostolorum refertur, multi ex circumuentibus Iudæis simulabant se esse apostolos Christi, & lucralicuius vel ventris gratia ad prædicandum proficiscebantur, nominantes quidem Christum, sed non integris traditionū lineis nunciantes. Idcirco istud indicium posuerunt, per quod agnosceretur is qui christum verè secundum apostolicas regulas prædicaret. Denique & in bellis ciuilibus hoc obseruari ferunt, quoniam & armorum habitus par, & sonus vocis idem, & mos vnus est, atque eadem instituta bellandi: ne qua doli surreptio fiat, symbola distincta vnusquisque dux suis militibus tradit, quæ Latinè signa vel indicia nuncupantur, vt si forte occurrerit quis de quo dubitetur, interrogatus symbolum prodat si sit hostis vel socius. Idcirco denique hæc non scribi chartulis aut membranis, sed requiri credentium cordibus tradiderunt, vt certum esset hæc neminem ex lectione, quæ interdum peruenire etiam ad infideles solet, sed ex apostolorum traditione didicisse. Discessuri igitur vt diximus ad prædicandum, istud vnanimittatis & fidei suæ apostoli indicium posuere, non sicut filij Noë discessuri ab alterutrum turrim ex latere cocto & bitumine cōstruentes, cuius cacumen vsque ad cælum pertingeret: sed monumenta fidei, quæ starent aduersus faciem inimici, è lapidibus viuis & margaritis dominicis ædificantes: quam neque venti impellerent, neque fulmina subruerent, neque tempestatum ac procellarum turbines permouerent. Merito igitur illi abinuicem separandi, turrim superbiæ ædificantes, linguarum confusione damnati sunt, ne vnusquisque posset aduertere proximi sui loquelā. Isti verò qui turrim fidei construebant, omniū linguarum scientia & agnitione donati sunt, vt illud peccati, hoc fidei probaretur indicium. Sed iam nobis etiam de ipsis aliquid tractandum est margaritis, in quibus primo in loco fons & origo omnium ponitur, cum dicitur, credo in Deum patrem omnipotentem. Verum prius quam incipiam de ipsis sermonum virtutibus disputare, illud nō importunè commonedum puto, quòd in diuersis ecclesiis aliqua in his verbis inueniuntur adiecta. In ecclesia tamen vrbes Romæ hoc non deprehenditur factum: quod ego propterea esse arbitror, quòd neque hæresis vlla illic sumpsit exordium: & mos inibi seruetur antiquus, eos qui gratiam baptismi suscepturi sunt, publice, id est, fidelium populo audiente, symbolum reddere: & vtique ad adiectionem huius saltem sermonis eorū qui præcesserūt in fide nō admittit auditū. In cæteris autē locis, quantum intelligi datur, propter nonnullos hæreticos addita quedā videntur, per quæ nouellæ doctrine sensus crederetur excludi. Nos tamē illū ordinē sequimur, quē in Aquileiesi ecclesia lauacri gratia suscepim⁹. Credo igitur primò omniū ponitur, sicut Paulus Apost. ad Heb. scribens dicit. Credere enim primò omniū accedentē ad Deū oportet, quia est: & credentibus remunerator sit. Sed & propheta dicit: Nisi credideritis nō intelligetis.

Vt

Vt ergo intelligentiæ tibi aditus pateat, rectè primò omnium te credere profiteris: quia nec mare quis ingreditur, & liquido ac profundo sese committit elemento, nisi se prius credat posse saluari: nec agricola semina sulcis obruit & fruges spargit in terram, nisi crediderit venturos imbres, affuturum quoque solis teporem, quibus terra cōfota, segetes multiplicata fruge producat, ac ventis spirantibus nutriat. Nihil denique est quod in vita geri possit, si non credulitas antè præcesserit. Quid igitur mirum, si accedentes ad Deum credere nos primò omnium profiteamur, cū sine hoc ne ipsa exigi possit vita communis. Hæc autē idcirco in principiis præmissimus, quia pagani nobis obiicere solent, quòd religio nostra, quia rationibus deficit, in sola credendi persuasione cōsistat: & ideo ostendimus, nec agi, nec stare aliquid posse, nisi præcesserit vis credēdi. Denique & matrimonia contrahuntur, quia creditur successura posteritas: & pueri discēdis artibus traduntur, quia magistrorum in discipulos transfundēda creditur disciplina: & imperij insignia vnus suscipit, dū credit sibi populos & vrbes & armatum etiam exercitum pariturū. Quòd si hæc singula, nisi prius crediderit futura, nullus aggreditur, quomodo nō multo magis ad agnitionē Dei credendo veniatur? Sed videamus, quid iam breuius hic sermo symboli proponat. Credo, inquit, in Deum patrē omnipotentem. Orientales ecclesiæ omnes pene ita tradunt. credo in vnum Deum patrem omnipotentē. Et rursus in sequenti sermone, vbi nos dicimus: Et in Christū Iesum vnicum filium eius dominum nostrum: illi tradunt. Et in vnum dominū nostrum Iesum Christum vnicum filium eius, vnum scilicet Deum & vnum dominum, secundum auctoritatē Pauli apostoli profitētes. Sed de hoc in sequentibus locis <sup>1. Cor. 8</sup> repetemus: nunc interim quod ait, in Deum patrē omnipotentem, videamus. Deus secundum quod opinari potest humana mēs, naturæ ipsius vel substantiæ, quæ est super omnia, appellatio est. Pater arcani & ineffabilis sacramenti vocabulum est. Deum cum audis, substantiā intellige sine initio, sine fine, simplicē, sine vlla admistione, inuisibilem, incorporeā, ineffabilem, inæstimabilem, in quo nihil adiūctum, nihil creatum sit. Sine auctore est enim ille, qui est omnino omniū auctor. Patrē cum audis, filij intellige patrem, qui filius supra dictæ sit imago substantiæ. Sicut enim nemo dicitur dominus, nisi habeat vel possessionē, vel seruum cui dominetur, & sicut nemo magister dicitur, nisi discipulum habeat: ita & pater nullo pacto quis dici potest, nisi filium habēs. Hoc igitur ipso nomine quo Deus pater appellatur, cum patre pariter subsistere etiā filius demonstratur. Quomodo autem deus pater genuerit filium, nolo discutias, nec curiosius ingeras in profundo arcani, ne forte dum in accessū lucis fulgore pertinacius perscrutaris, exiguū ipsum, qui mortalibus diuino munere concessus est, perdas aspectum. Aut si putas in hoc omni indagationis genere vtendū, prius tibi propone quæ nostra sunt: quæ si consequenter valueris expedire, tunc à terrestribus ad cælestia, & à visibilibus ad inuisibilia properato. Expedi primò si potes, quomodo mens, quæ intra te est, generet verbum, & qui sit in ea memoriæ spiritus: quomodo hæc cum diuersa sint rebus &

P ij

actibus, vnum tamen sint vel substantia vel natura, & cum è mente procedant, nunquam tamen ab ipsa separentur. Et si hæc, quamuis in nobis, & animæ nostræ substantia habeantur: tamen tanto nobis occulta videntur, quanto aspectui corporeo inuisibilia. De apertioribus requiramus. Fons quomodo ex se generat fluuium, quo autem spiritu rapidus fertur in fluētum. Quid est quod dum vnum & inseparabile sit fluuius & fons, tamen nec fluuius fons, nec fons fluuius intelligi aut appellari potest: & tamē qui viderit fluuium, videt & fontem. Exerce te prius in horum explanatione, & discute si potes quæ habentur in manibus, & tunc ad horum sublimiora venies. Nēc putes quod te statim de terra ascendere suadeam super cælos, sed prius te si placet ad istud firmamentum, quod oculis videtur educam, & ibi si potes naturā huius visibilis luminis discute, quomodo ignis iste cælestis generet ex semetipso splendorem lucis: quomodo etiam producat vaporem, & cum tria sint in rebus, vnum tamen sunt in substantia. Quod & si hæc singula inuestigare potueris, scito adhuc diuinæ generationis mysterium tanto esse differentius & eminentius, quanto creator creaturis potentior, quanto artifex opere suo præstantior, quanto ille qui semper est, eò qui ex nihilo cœpit esse, nobilior est. Credendus est ergo Deus esse pater vnici filij sui domini nostri, non discutiendus. Neque enim fas est seruo de natalibus domini disputare. Contestatus est pater de cælis, dicens. Hic est filius meus dilectus; in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Pater ipsum dicit esse filium suum, & ipsum audiri iubet. Filius dicit. Qui videt me, videt me, videt & patrem meum. Ego & pater vnum sumus: & Ego ab eo exiui, & veni in hunc mundum. Quis est qui inter has patris & filij voces medius se discussor interferat, & deitatem diuidat, affectum separet, substantiam rumpat, spiritum secet, neget esse verum, quod veritas dicit? Est ergo Deus pater verus, tanquam veritatis pater, non extrinsecus creans, sed ex eò quod ipse est filium generans, id est, quia sapiens sapientiam, quia iustus iustitiam, quia sempiternus sempiternum, quia immortalis immortalē, quia inuisibilis inuisibilem, quia lux splendorem, quia mens verbum. Quod autem diximus, Orientis ecclesias tradere vnum verum Deum patrem omnipotentem, & vnum dominum: hoc non intelligendum est vnū numero dici, sed vniuersitate. Verbi gratia. Si quis dicat vnum hominem, aut vnum equum, hic vnum pro numero posuit: potest enim & alius homo esse & tertius, vel equus. Vbi autem alius vel tertius non potest iungi, vnus si dicatur nō vnitatis, sed vniuersitatis est nomen. Vt si exempli causa, dicamus, vnum solem: hic vnus ita dicitur, vt vel alius, vel tertius addi non possit: vnus est enim sol. Multo magis ergo Deus cum vnus dicitur, vnus non numeri, sed vniuersitatis vocabulo nuncupatur, id est, qui propterea vnus dicitur quod alius non sit. Similiter & de domino accipiendum est, quod vnus sit dominus Iesus Christus, per quem Deus pater dominatum omnium tenet. Vnde & sequens sermo omnipotentem pronunciat Deum. Omnipotens autem ab eo dicitur, quod omnium teneat potentatum. Tenet autem omnia pater per filium, sicut & Apostolus dicit: quia per ipsum

creata

creata sunt omnia visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Et iterum ad Hebræos scribens dicit. Quia per ipsum secula instituit, & ipsum constituit hæredem vniuersorum. Quod si per ipsum secula instituit pater, & per ipsum creata sunt omnia, & ipse est heres omnium, per ipsum ergo & potentatū omnium tenet. Quia sicut lux de luce, & veritas de veritate, ita de omnipotente omnipotens natus est, vt in Apocalypsi Ioannis scriptum est. Et requiem non habebant die ac nocte, dicentes. Sanctus, sanctus, sanctus dominus Deus sabaoth, qui erat, & qui est, & qui venturus est omnipotens. Omnipotens ergo dicitur, qui venturus est: & quis est alius qui venturus est, nisi Christus filius Dei? His additur inuisibilem & impassibilem. Sciendum quod duo isti sermones in ecclesiæ Romanæ symbolo non habentur. constat autem apud nos additos, hæreseos causa Sabellij illius profectò, quæ à nostris Patripassiana appellatur, id est, quæ & patrem ipsum, vel ex virgine natum dicit, & visibilem factum esse vel passum affirmat in carne. Vt ergo excluderetur talis impietas de patre, videntur hæc addidisse maiores, & inuisibilem patrem atque impassibilem dixisse. constat enim filium, nō patrem incarnatum, & ex carne natum: & ex natiuitate carnis, filium visibilem & passibilem factum. Quantum autem spectat ad illam deitatis immortalē substantiam, quæ vna ei eademque cum patre est: ibi neque pater, neque filius, neque spiritus sanctus visibilis aut passibilis creditur. Secundum dignationem verò carnis assumptæ, filius visus & passus est in carne. Quod & propheta prædixerat, vbi ait: Hic Deus noster, non reputabitur alter ad eum, qui inuenit omnem viam disciplinæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo: post hæc in terris visus est, & inter homines conuersatus est. Sequitur post hoc. Et in Iesum Christum, vnicum filium eius dominum nostrum. Iesus Hebræi vocabuli est nomen, quod apud nos Saluator dicitur. Christus à chrismate, id est, ab vnctione appellatur. Legimus enim in libris Moyse, quod Auses Nauæ filius, cum electus esset dux populi, commutato nomine de Ause Iesus cognominatus sit, quo scilicet ostenderetur hoc esse nomen, quod principibus & ducibus conueniret, his dūtaxat qui salutem sequentibus se populis darent. Itaque & ille Iesus appellatus est, qui eductum de terra Ægypti populum, & de erroribus eremi liberatum in terram repromissionis induxit. Et hic Iesus, qui populum de ignorantia tenebris eductum, & de mundi erroribus reuocatum, introduxit ad regna cælorum. Christus quoque vel pontificale vel regium nomen est. Nam prius & pontifices vnguento chrismatis consecrabantur & reges. Sed illi veluti mortales & corruptibiles, vnguento materiæ corruptibilis vngebantur: hic verò sancto spiritu perunctus Christus efficitur, sicut scriptura de eo dicit. Quem vnxit pater spiritu sancto misso de cælis. *Act. 10* Et Esaias præfigurauerat, dicens ex persona filij. Spiritus domini super me: *Esaiæ. 61* propter quod vnxit me, euāgelizare misit me pauperibus. Quia ergo ostēdimus quid sit Iesus, qui populum saluet, & quid sit Christus, qui pontifex factus sit in æternū, nunc ex consequentibus, de quo dicatur ista videamus.

P iij

Vnicum filium, inquit, eius dominum nostrum. Post hoc docet nos, quia Iesus iste, de quo diximus, & Christus de quo exposuimus, vnicus filius Dei & noster dominus sit, ne forte putes quod humana ista vocabula terrenum te aliquid doceat, ideo subiungit. Vnicum hunc esse filium Dei dominum nostrum. Vnus enim de vno nascitur: quia & splendor vnus est lucis, & vnum est verbum cordis: nec in numerum pluralem defluit incorporea generatio, nec in diuisionem cadit, vbi qui nascitur nequaquam à generante separatur. Vnicus est vt menti sensus, vt cordi verbum, vt forti virtus, vt sapientia sapienti. Nam sicut solus sapiens pater ab Apostolo dicitur: ita & solus filius sapientia nominatur. Vnicus ergo filius est: & cum sit gloria, sempiternitate, virtute, regno, potestate hoc quod pater est: omnia tamē hæc non sine auctore sunt patre: sed ex patre tanquam filius habet: cumque sit ipse omnium caput, ipsius tamen caput pater est. Sic enim scriptum est. Quia caput Christi Deus est. filium sanè cum audis, nolo generationem carnalis natiuitatis assumes, sed memento hoc de incorporea dici substantia & naturæ simplicis. Si enim vt supra iam diximus, vel in eo quod cor generat verbum, vel mens sensum, vel lux ex se parit splendorem, nihil horum requiritur, nec vlla in tali generatione fragilitas cogitatur: quanto purius & sacratius de horum omnium creatore censendum est? Sed fortasse dicas, ista quam memoras in substantia est generatio: neque enim lux substantiuum facit splendorem, aut cor substantiuum generat verbum: filius autem Dei substantialiter asseritur generatus. Ad hæc primò omnium illud dicimus, cum etiam in cæteris proferantur exempla, non per omnia tamen similitudinem seruare possunt rei illius, cui præbere putantur exemplum: sed vnus alicuius partis pro qua videntur assumpta, similitudinem tenent, Verbi gratia, vt cum in euangelio dicitur. Simile est regnum cælorum fermento quod abscondit mulier in farinæ mensuris tribus. Nunc quidnam putabimus regnum cælorum per omnia simile esse fermento, vt substantia illa ita palpabilis sit ac fragilis, vt & acida fieri possit & corruptata? Sed ad hoc solum exemplum istud videtur assumi, vt ostenderetur ex parua prædicatione verbi Dei humanas mentes fidei fermento posse coalescere. Similiter & cum dicitur. Simile est regnum cælorum reti misso in mare, quod ex omni genere piscium abstrahit. Et in hoc nunquid putandum est, quod naturæ lini, quo rete operamur, ac nodis quibus maculæ nectuntur, regni cælorum substantia per omnia conferatur? Sed ad hoc solum videtur assumpta comparatio, vt ostenderetur: quia sicut rete de profundo maris pisces adducit ad littus, ita de profundo seculi huius errore, humanæ animæ regni cælorum prædicatione liberantur. Ex quibus constat exempla non in omnibus his, quorum exempla sunt esse similia: alioqui si eadem essent omnia, iam non exempla dicerentur, sed ipsæ potius res, de quibus agitur, viderentur. Deinde etiam illud dicendum est, quod nulla creatura talis esse potest, qualis creator eius: & ideo sicut sine exemplo est diuina substantia, ita & sine exemplo est diuinitas. Tum etiam illud addimus, quia omnis creatura ex nihilo est. Si ergo in substantiua scintilla, quæ ignis est,

ex se

ex se creaturam quæ ex nihilo facta est gignit, & conditionem in hoc seruat originis suæ: cur illius æternæ lucis substantia, quæ semper fuit, quia in substantiuum in se nihil habuit, in substantiuum ex se splendorem proferre non potuit? Et ideo rectè vnicus dicitur filius. Vnicus enim & solus est, qui ita natus est, nec comparationem aliquam potest habere quod vnicum est: nec similitudinem in substantia cum factoris suis habere potest ille, qui factor est omnium. Hic est ergo Christus Iesus vnicus Dei, qui est & dominus noster. Vnicus & ad filium referri & ad dominum potest. Vnicus est enim & vere filius & vnus dominus Iesus christus. cæteri quippe filij, licet filij dicantur, adoptionis tamen gratia dicuntur, non veritate naturæ. Et si dicuntur alij domini, concessa tamen non ingenua potestate dicuntur. Hic verò solus est vnicus filius, & solus vnicus dominus: sicut & Apostolus ait. Et vnus dominus Iesus christus, per quem omnia. Ideo postea quàm propositus ordo fidei ineffabile sacramentum filij de natiuitate patris exposuit, nunc ad humanæ salutis dignationem dispensationemque descendit: & hunc quem supra dixit vnicum filium Dei, & dominum nostrum, nunc dicit. Qui natus est de spiritu sancto ex Maria virgine. hæc iam inter homines dispensationis natiuitas est, illa diuinæ substantiæ: hæc dignationis est, illa naturæ. De spiritu sancto ex virgine nascitur: & iam in hoc loco mundior auditus requiritur & purior sensus. Hunc enim quæ dudum de patre natum ineffabiliter didicisti, huic à spiritu sancto templum fabricatum intra secreta vteri virginalis intellige: & sicut in sanctificatione sancti spiritus nulla sentienda est fragilitas, ita & in partu virginis nullā intelligenda est corruptio. Nouus enim huic seculo datus est hic partus, nec immeritò. Qui enim in cælis vnicus filius est, consequenter & in terra vnicus est, & vnicè nascitur. nota sunt omnibus & in euangelis decantata de hoc scripta prophetarum, quæ dicunt: Quod virgo concipiet, & pariet filium. Sed & partus ipsius mirabilem modum Ezechiel propheta antè formauerat. Mariam figuraliter portam domini nominans, per quam scilicet dominus ingressus est mundum. dicit ergo hoc modo. Porta autem quæ respicit ad Orientem clausa erit, & non aperietur, & nemo transibit per eam: quoniam dominus Deus Israel transibit per eam, & clausa erit. Quid tam euidenter de conseruatione virginis dici poterat? clausa fuit ea virginis porta, per ipsam intrauit dominus Deus Israel, per ipsam in hunc mundum de vtero virginis processit, & in æternum porta virginis clausa, seruata virginitate permansit. Igitur sanctus spiritus refertur dominicæ carnis, & templi eius creator. Incipe iam hinc intelligere etiam spiritus sancti maiestatem. contestatur enim & euangelicus sermo de ipso, quod cum loquenti angelo ad virginem & dicenti. Quia paries filium, & vocabis nomen eius Iesum: hic enim saluum faciet populum à peccatis suis, illam respondisse. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? & dixerit angelus ei: Spiritus sanctus veniet super te, & virtus altissimi obumbrabit tibi: & ideo quæ nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei. Vide ergo cooperantem sibi inuicem trinitatem. Spiritus sanctus venire dicitur super vir-

P iij

ginem, & virtus altissimi obumbrare ei. Quæ est autem virtus altissimi, nisi ipse Christus, qui est Dei virtus & Dei sapientia? Cuius autem hæc virtus est? Altissimi inquit. Adest ergo altissimus, adest & virtus altissimi, adest & spiritus sanctus. Hæc est trinitas ubique latens, & ubique apprens, vocabulis personisque discreta, inseparabilis verò substantia deitatis: & quamuis solus filius nascatur ex virgine, adest tamen & altissimus: adest & spiritus sanctus, ut & conceptus virginis sanctificetur & partus. Verum hæc quia ex scripturis prophetis asseruntur, possunt fortè Iudæos, quamuis sint infideles & increduli, confutare. Sed pagani solent irridere nos, cum audiunt prædicari à nobis virginis partum: propter quod paucis eorum obtreccationibus respondendum est. Omnis partus ex tribus (ut opinor) constat, si adultæ ætatis sit femina, si virum adeat, si non sit illius vulua vicio sterilitatis occlusa. Ex his tribus in hoc partu quem prædicamus vnum defuit, vir scilicet: & hæc partē (quia qui nascebatur non erat terrenus homo, sed cælestis) per spiritum cælestem dicimus salua virginis incorruptione complectam. Et tamen quid mirum videtur, si virgo conceperit, cum Oriētis autem quem Phœnicem vocant, in tantum sine coniuge nasci vel renasci constet, ut semper vna sit, & semper sibi ipsi nascendo vel renascendo succedat? Apes certè nescire coniugia, nec fœtus nixibus edere, omnibus palam est. Sed & alia nonnulla deprehenduntur sub huiusmodi sorte nascendi. Hoc ergo incredibile videbitur diuina virtute ad totius mundi reintegrationem factum, cuius exempla etiam in animalium natiuitate cernuntur? Et tamen mirandum est, cur hoc gentilibus impossibile videatur, qui credunt mineruam suam de cerebro Iouis natam. Quid ad credendum difficilius, aut quid magis contra naturā est? Hic femina est, hic naturæ ordo seruatur, hic conceptus, hic partus temporibus suis editur: ibi nusquam femineus sexus, sed vir solus & partus. Qui illa credit, cur ista miratur? Sed & Liberum patrem dicunt de fœmore eius natum. Ecce aliud portentigenus, & tamen creditur. Venerem quoque, quam Aphroditem vocant, de spuma maris, sicut & omnis eius compositio ostendit, credunt esse progeneritam. De ouo natum Castorem Pollucemque confirmant: & ex formica Myrmidones: & alia mille sunt, quæ quamuis contra naturam rerum venientia, ipsis tamen sunt visa credibilia, ut Deucalionis & Pyrrhæ lapides iactos, & hominum ex his segetem natam. Et cum hæc tot & talia figmenta crediderint, vnum eis impossibile videtur, quod adolescens femina, diuinum germen, non hominis vicio, sed Deo spirante conceperit. Qui utique si ad credendum difficiles sunt, illis tot & tam turpibus monstris fidem nequaquam cōmendare debuerāt. Si verò faciles sunt ad credendū, multo promptius hæc nostra tam honesta & tam sancta recipere, quam illa tā indigna & tam fæda credere debuisse. Sed dicunt fortassis, quia possibile si fuerat Deo ut virgo conciperet, possibile etiam fuerat ut pareret: sed indignum eis videri, ut tanta illa maiestas per genitales feminæ transiret egressus: vbi quamuis nulla fuerit ex viri commistione contagio, fuit tamen ipsius puerperij obscenæ attrectationis iniuria. Pro quo paulisper eis secundum

cundū sensum suum respondeamus. Si quis videat paruulū in profundo cœni necari, & ipse cū sit vir magnus & potēs, extremū (ut ita dixerim) ingrediatur cœnum, ut paruulum liberet morientem, pollutusne à te accusabitur hic vir, qui paululū calcauerit luti, an ut misericors laudabitur, quod vitam contulerit morituro? Sed hæc etiam de communi homine dicta sint. Redeamus nunc ad naturam eius qui natus est. Quantū putas natura solis illo inferior est? quantū creatura sine dubio creatore. Intuere nunc, si solis radius in cœni alicuius voraginē demittatur, nunquid nā aliquid inde pollutionis acquirit? aut obscenorum illustratio, solis ducitur in iniuriā? Ignis quoque, quanto natura est inferior his de quibus sermo est, & nulla materia, vel obscœna, vel turpis adhibita ei, ignē polluisse creditur? Cū hæc ita esse in rebus materialibus cōstet, tu in illa supereminenti & incorporea natura, quæ super omnem ignē, & super omne lumen est, pollutionis aliquid putas ac obscenitatis incidere? Tunc deinde etiā ad illud aduerte. Nos hominē à Deo creatum de terræ limo dicimus. Quod si obscœnitas Deo reputatur opus suum requirenti, multo magis ei reputabitur opus istud ab initio fabricanti. Et superfluum est dicere, cur per obscœna transierit, cū non possis dicere, cur obscœna cōdiderit. Et ideo obscœna hæc esse, nō natura, sed obseruantia docuit. cæterū omnia quæ sunt in corpore, ex vno eodēque luto formata, vñibus tantū & officiis naturalibus distinguuntur. Sed ne illud quidē absolutione vacare huius quæstionis omittam, quod substantia Dei quæ omnino est incorporea, inferi corporib⁹ vel capi ab eis principaliter nō potest, nisi aliqua sit media substantia spiritalis, quæ capax diuini spiritus possit esse. Verbi gratia, ut si dicamus, lux omnia quidē membra corporis illustrare potest, à nullo tamē eorū nisi à solo oculo capi potest. Solus est enim oculus qui capax est lucis. Et filius ergo Dei nascitur ex virgine, nō principaliter soli carni sociatus, sed in anima in carnē Deūque media generatur. Anima ergo media & in secreta rationabilis spiritus arce verbū Dei capiēte, absque vlla quā suspicaris iniuria Deus est natus ex virgine. Et ideo nihil ibi turpe putandū est, vbi sanctificatio spiritus inerat, & anima quæ erat Dei capax, particeps fiebat etiā carnis. Nihil ibi ducas impossibile, vbi aderat virtus altissimi. Nihil de humana fragilitate cogites, vbi plenitudo inerat diuinitatis. Crucifixus sub Pontio Pilato, & sepultus descendit ad inferna. <sup>Ephes. 1.</sup> <sup>Ephes. 3.</sup> Docet apostolus paulus illuminatos esse debere oculos cordis nostri, ad intelligendū quæ sit altitudo diuinitatis, latitudo & profundū. Altitudo ergo & latitudo & profundū, descriptio crucis est: cuius eam patrē quæ in terra defixa est, profundum appellauit. Altitudinē verò illam quæ super terrā porrecta sublimis erigitur. Latitudinem quoque illā, quæ distenta in dexteram leuāque manus protenditur. Cum ergo tot species mortis sint, quibus de hac vita exitus dari hominibus solet, quid vult nos Apostolus illuminato corde scire rationē, cur ex his omnibus crucis potius species ad mortē delecta sit saluatoris? Vnde sciendū est, quod crux ista triumphus erat. Trophæum enim insigne: triumphus autē deuicti hostis indicium est. Quia ergo adueniens Christus, sicut Apostolus dicit, tria pariter sibi regna subiecit, <sup>philip. 2.</sup>



hoc enim indicat ubi ait: Quia in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium & infernorum: & haec omnia sua morte vincebat: Conueniens mysterio mors quaesita est, ut in aere sublimatus & aëris subiugans potestates, victoriam de his supernis & caelestibus traderet. Expansas autem manus tota die, sanctus propheta dicit eum tenere ad populum qui est in terra, ut incredulos contestaretur, & inuitaret credentes. Ea verò parte, qua sub terram demergitur, inferni sibi regna subiiceret. Etenim (ut breuiter aliqua etiam de secretioribus perstringamus) ab initio Deus cum fecisset mundum, praefecit ei & praeposuit quasdam virtutum caelestium potestates, quibus regeretur & dispensaretur mortalium genus. Quod ita factum Moyses indicat in Deuteronomij cantico, ubi dicit: Cum diuideret excelsus gentes, statuit terminos gètium secundum numerum angelorum Dei. Sed & horum nonnulli, sicut & ipse qui princeps appellatus est mudi, datam sibi à Deo potestatem, non his quibus acceperant legibus temperarunt: nec humanum genus diuinis obedire praecipis, sed suis parere praeruaricationibus docuerunt, & hinc aduersus nos peccatorum chirographa scripta sunt: quia ut propheta dicit. Peccatis nostris venundati sumus. Pretium namque animæ suæ vnusquisque consequitur, cum concupiscentiæ satis fecerit. Per istud ergo vnusquisque chirographum illis rectoribus pessimis tenebatur, quod Christus detraxit adueniens, & hac eos potestate denudauit. Idque sub ingenti mysterio Paulus indicat, cum dicit de eo: Delens quod aduersus nos erat chirographum, & affigens illud cruci suæ, traducit principatus & potestates, triumphas eos in semetipso. Rectores ergo illi quos humano generi praefecerat Deus in tyrannidis contumaciâ versi impugnare commissos sibi homines aggressi sunt, & peccati praëlis debellare: sicut Ezechiel propheta mysticis designat eloquiis, cum dicit. In illa die procedent angeli festinantes exterminare Æthiopiam, eritque inter eos perturbatio in die Ægypti, quoniam rexitudo venit. Ergo omnipotentia eorum nudata, Christus dicitur triumphasse, ablatamque ab eis potestatem hominibus tradidisse: sicut ad discipulos suos dicit ipse in Euangelio: Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici. Illos itaque qui accepta potestate malè abusi sunt, subiectis quondam suis subiecit crux christi. Nos verò, hoc est, humanum genus edocet primò omnium vsque ad mortem resistere aduersus peccatum, & libenter interitum pro pietate suscipere. Tunc deinde obedientiæ nobis in hac eadem cruce proponit exemplum, sicut in aliis qui aliquando rectores nostri fuerant, posuit contumacię pœnas. Audite ergo quomodo Apostolus vult per crucem Christi obedientiam nos docere: Hoc, inquit, sentite in vobis, quod in christo Iesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualè Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinè hominū factus, & habitu repertus ut homo, factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Quia ergo ille magnus magister est qui fecerit & docuerit, ideo obedientiam, quæ piis etiam suscepta morte seruanda est, docuit ipse pro hac prius moriendo seruari.

uari. Sed fortasse terretur aliquis in huiusmodi doctrina, quod quæ paulò antè cū Deo patre diximus sempiternū, ac de eius substantia esse progenitum: quemque regno, maiestate, æternitate, vnum cū Deo patre esse docuimus, nunc de eius morte tractamus. Sed nolo terrearis ô fidelis auditor: paulò post istum quem audis mortuum, rursus immortalem videbis. Mors enim ab eo mortem spoliatura suscipitur. Nam sacramentum illud susceptæ carnis, quod supra exposuimus, hanc habet causam, ut diuina filij Dei virtus velut hamus quidam, habitu humanæ carnis obrectus, & (sicut ap-<sup>ibidem.</sup> stolus Paulus antè dixit) habitu inuentus ut homo, principem mundi inuitare possit ad agonem: cui ipse carnem suam velut escam tradēs, hamo eum diuinitas intrinsecus teneret insertus, ex profusione immaculati sanguinis. Solus enim qui peccati maculam nescit, omnium peccata deleuit: eorum dumtaxat, qui sanguine eius postes fidei suæ signassent. Sicut ergo hamum esca contactum, si piscis rapiat, non modò escam ab hamo non remouet, sed & ipse de profundo esca aliis futurè educitur: ita & is qui habebat mortis imperium, rapuit quidem in morte corpus Iesu, non sentiens in eo hamum diuinitatis inclusum: sed ubi deuorauit, hæsit ipse continuò, & diruptis inferni claustris, velut de profundo extractus trahitur, ut esca cæteris fiat. Quod ita futurum sub hac eadem figura Ezechiel dudum propheta si-<sup>Ezech. 32</sup> gnificauerat, dicens: Et extraham te in hamo meo, & extendam te super terram. Campi implebuntur de te, & cōstituum super te omnes volucres cæli, & saturabo ex te omnes bestias terræ. Sed & propheta David dicit. Dedit<sup>Psal. 73</sup> eum in escam populis Æthiopum. Et Iob de eodè mysterio similiter protestatur: ait enim ex persona domini loquentis ad se. Aut adducis draconem in hamo, aut ponis capistrum circa nares eius. Non ergo damno aliquo, aut iniuria diuinitatis Christus in carne paritur: sed ut per infirmitatem carnis operaretur salutem, diuina natura in mortem descendit, non ut lege mortalium detineretur à morte, sed ut per sese resurrecturus ianuas mortis aperiret: velut si quis rex pergat ad carcerem, & ingressus aperiat ianuas, resoluat catenas, vincula, seras & claustra cōminuat, & educat victos in remissionem, & eos qui sedent in tenebris & in vmbra mortis, luci ac vitæ restituat: dicitur ergo rex fuisse quidem in carcere, non tamen ea conditione qua fuerant ceteri qui tenebantur in carcere: sed illi quidem ut pœnas soluerent, hic verò ut absolueret pœnas. Cautissimè autem qui symbolum tradiderunt, etiam tempus quo hæc sub pontio pilato gesta sunt designarunt, ne ex aliqua parte velut vaga & incerta gestorum traditio vacillaret. Sciendum sanè est, quòd in ecclesiæ Romanæ symbolo non habetur additum, Descendit ad inferna: sed neque in Orientis ecclesiis habetur hic sermo, vis tamen verbi eadem videtur esse in eo quòd sepultus dicitur. Sed quoniam erga scripturas tibi diuinas amor & studium subiaceret, sine dubio dicis mihi, oportere hæc magis euidentibus diuinæ scripturæ testimoniis approbari. Quantò enim maiora sunt quæ credèda sunt, tantò idoneis magis & indubitatis testibus indigēt. Vera quippe est & consequens hæc propositio. Sed nos tanquam scientibus legem loquentes, testimoniorum syl-

uam breuitatis causa derelinquimus. Pauca tamen ex multis etiam si hoc requiritur, adhibeamus, scientes studiosis quibusque in scripturis diuinis latissimum testimoniorum pelagus patere. Primò ergo omnium sciendum est, quòd ipsa ratio crucis non omnibus vna eademque est: sed aliud gentibus, aliud Iudæis, aliud credentibus sapit: sicut & Apostolus dicit. Nos autem Christum prædicamus crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis vocatis Iudæis & Græcis Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. Et ibidem. Verbum enim crucis pereuntibus stultitia est, his verò qui salui fiunt, id est, nobis, virtus Dei est. Iudæi autè quibus ex lege traditum fuerat, Christum in æternum mansurum, scàdalum patiebantur de cruce eius, quia resurrectionem eius recipere noluerunt. Gentibus autem stultitia videbatur Deum mortem suscepisse, quia ignorabant mysterium carnis assumptæ. Fideles verò qui & natum & passum in carne susceperant & à mortuis resurrexissent, meritò virtutem Dei credebant esse, quæ vicerat mortem. Primò ergo hoc ipsum quod Iudæi quibus prophete hæc prædixerant non essent credituri, sed illi qui nunquam hæc à prophetis audierant: audi quomodo per Esaiam propheticò sermone signatur. *Quibus non est, inquit, annunciatum de eo videbunt, & qui non audierunt intelligent. Quòd autem his qui meditabantur legem Dei, à pueritia vsque in senectutem non credentibus, ad gentes esset omne mysterium transferendum, idem Esaias hoc modo prædicit. Et faciet, inquit, dominus Deus sabaoth omnibus gentibus, in monte isto bibent lætitiã, bibent vinum, vngentur vnguento in monte isto. Tradet hæc omnia gentibus: hoc enim consilium omnipotentis super omnes gentes. Sed dicent fortasse nobis illi qui se iactant in scientia legis: blasphematis, qui dicitis dominum corruptioni mortis & passioni crucis fuisse subiectum. Legite ergo quod scriptum habetis in lamætationibus Hieremiæ, vbi dicit: Spiritus vultus nostri Christus dominus comprehensus est in corruptionibus nostris, in quo diximus: sub vmbra eius viuemus in gentibus. Audis quomodo propheta Christum dominum comprehensum esse dicit, & pro nobis, id est, pro peccatis nostris corruptioni traditum: in cuius vmbra, quoniam populus ille Iudæorum permansit incredulus, gentilem subiectum esse dicit: quia viuimus nõ in Israël, sed in gentibus. Quod si operosum non videtur, quàm possumus breuiter singula quæ in euangeliis referuntur, qualiter in prophetis prædicta sint designemus, vt hi qui prima fidei elementa suscipiunt, testimonia hæc habeant in corde descripta: ne vlla eis vnquam de his quæ credunt, ambiguitas inimica surripiat. Edocemur per euangelium, quòd Iudas vnus de amicis & conuiujs Christi tradiderit eum. Audi hoc quomodo prænunciatur in psalmis: *Qui manducauit, inquit, panes meos, ampliauit aduersum me supplantationem. Et alibi: Amici, inquit, mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt. Et iterum: Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi erunt iacula. Vis audire, quomodo molliti sunt? Venit, inquit, Iudas ad Iesum, & dixit ei: Ave rabi, & osculatus est eum. Per molle igitur osculi blandimentum, execrabile iaculum proditoris infixit.* Vnde*

Vnde dominus ad eum dixit: Iuda, osculo filium hominis tradis? Triginta argenteis audis eum appretiatum esse cupiditate proditoris. Audi & de hoc propheticã vocẽ. Et dixi, inquit, ad eos. Si bonum est in conspectu vestro: date mercedem meã, aut abnuite. Et post hæc. Et accepi, inquit, triginta argenteos, & misi eos in domum domini in cõflatorium. Nonne hoc est quod in euangeliis scribitur. Quia Iudas pœnitentia ductus reportauit pecuniã, & proiecit eam in templo, & discessit? Bene autè mercedem suam dixit, velut imputatis & exprobrantis affectu: etenim tam multa bona opera apud eos egerat, cæcos illuminauerat, claudis pedes, paralyticis gressum, mortuis quoque reddiderat vitã. Pro his igitur omnibus bonis, mercedem ei restitunt mortem, triginta argenteorum æstimatione pensatã. Refertur item in euangeliis, quòd vincetus est: prædixit hoc sermo propheticus per Esaiam dicens. Væ animæ eorum qui cogitauerunt cogitationem pessimã aduersum semetipsos, dicentes: Alligemus iustum quia inutilis est nobis. Sed dicit aliquis. Nunquid hæc de domino intelligenda sunt? Nūquid dominus ab hominibus teneri poterat, & ad iudicium pertrahi? Et de hoc te idem propheta conuincet. Dicit enim his verbis: Dominus in iudiciũ veniet cum senioribus & principibus populi. Iudicatur ergo dominus secundum prophetæ testimonium, & nõ solum iudicatur, sed etiã flagellis cæditur, & palmis in faciem verberatur, & conspuitur, & omne pro nobis perfert opprobriũ indignitatis. Et quia hæc stupescenda erant omnibus cum prædicarentur ab apostolis: idcirco etiam ex persona ipsorum propheta exclamat & dicit: *Domine quis credidit auditui nostro? Incredibile enim est, vt Deus Dei filius passus ista dicatur & prædicetur: ergo & prædicatur per prophetas, ne qua credituris dubitatio nasceretur. Ipse ergo ex sua persona Christus dominus dicit: Dorsum meum dedi ad flagella, & maxillas meas ad palmas, & faciẽ meã non auerti à confusione sputorum. Scribitur etiam illud inter ceteras eius passiones, quòd alligantes eum duxerunt ad Pilatum. Præsignauit etiã hoc propheta, vbi dicit: Et alligantes adduxerunt eum xenium regi Iarim. Si obiiciat aliquis & dicat: sed Pilatus non erat rex. Audi ergo quid in consequentibus refert euangeliũ. Audiens, inquit, Pilatus eum esse de Galilæa, misit eum ad Herodem, qui erat tunc rex in Israël. Et bene addit nomẽ Iarim, quod est syluester. Nõ enim erat Herodes de domo Israël, nec de illa vinea Israëlita, quam eduxerat dominus de Ægypto, & plantauerat in cornu in loco vberi: sed erat syluester, id est, ex sylua alienigenarum: & ideo rectè syluester est appellatus, quia de Israëlita vitis nequaquã palmitibus pullulasset. Sed ad hoc quod dicit propheta xenium, cõuenienter aptauit. tunc enim Herodes & Pilatus (vt euangelium testatur) ex inimicis in concordiam reuocati sunt: & velut reconciliationis suæ xenium, iustum sibi inuicem mittebant Iesum. Quid interest dummodò Iesus vt saluator dissidentes reconciliet, & pacem repararet, ac etiam concordiam reddat? Vnde etiam de hoc scriptum est in Iob. Dominus reconciliat corda principum terræ. Refertur item quòd cum Pilatus velleret eum dimittere, omnis populus succlamauerit: Crucifige, crucifige eum. Prænunciat hoc*

quoque Hieremias propheta, dicens ex persona domini ipsius: Facta est, inquit, hæreditas mea mihi, sicut leo in sylua: dedit super me vocem suam, propterea exosus sum eam: & propterea, inquit, dereliqui domum meam. Et iterum alibi dicit; Supra quem aperuistis os vestrum, & aduersus quem relaxastis linguas vestras? cum iudicaretur, scribitur tacuisse. Multæ de hoc scripturæ testantur. In psalmis dicitur, Factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo increpationes. Et iterum, Ego tanquam surdus non audiebam, & sicut murus non aperiens os suum. Et iterum alius propheta dicit: Sicut agnus coram tondente se, sic non aperuit os suum: in humilitate iudicium eius sublatum est. Imposita ei scribitur corona spinea.

*Cant. 2.* Audi de hoc in Canticis canticorum, super iniquitatem Hierusalem mirantis de iniuria filij, Dei patris vocem dicentis: Exite, & videte filia Hierusalem coronam, qua coronauit eum mater sua: Sed & de spinis ita alius propheta commemorat: Et expectaui vt faceret vnam, fecit autem spinas: & non iustitiam, sed clamorem. Veruntamen vt mysterij secreta cognoscas, oportebat eum qui peccata mundi venit auferre, etiam terræ maledicta purgare, quæ peccante protoplasto sententiam præuicationis acceperat, dicente domino: Maledicta terra in operibus suis, spinas & tribulos producet tibi. Propterea ergo spinis coronatur Iesus, vt prima illa condensationis sententia solueretur. Ad crucem ducitur, & in ligno totius mundi vita suspenditur. Vis & de hoc prophetis testimoniis confirmari? Audi Hieremiam dicentem de hoc: Venite, & iniiciamus lignum in panem eius, & conteramus eum de terra viuentium. Et iterum Moses deflexus eos dicit: Et erit vita suspensa ante oculos tuos, & timebis per diem & noctem, & nõ credes vitæ tuæ. Sed transcurrendum nobis est: iam enim propositæ breuitatis modum excedimus, & breuiatum sermonem longa disertione distendimus: pauca tamē addemus, ne penitus quod cœpimus, præterisse videamur. Scribitur Iesus in latere percussus, aquam simul & sanguinem profudisse. Hoc quippe mysticum est, ipse enim dixerat: Quia flumina de ventre eius procedent aquæ viuæ. Sed produxit & sanguinem, quem petierunt Iudæi venire super se & super filios suos. Produxit ergo aquam, quæ credentes diluat: produxit & sanguinem, qui condemnet incredulos. Potest tamen etiam intelligi illud quod duplicem gratiam baptismi figurauerit. Vnam quæ datur per aquam baptismi, aliam quæ per mysterium profusionis sanguinis quæritur: vtrunque enim baptismum nominatur. Quod & si hoc quæris, cur non ex alio membro, sed ex latere potius produxisse dicatur aquam & sanguinem? Videtur mihi per costam mulier indicari. Quia ergo fons peccati & mortis de muliere prima, quæ fuit primi Adæ costa, processit, fons redemptionis ac vitæ de secundi Adam costa producit. Scriptum est, quod in passione eius ab hora sexta vsque ad horam nonam tenebræ factæ sunt. Accipe & de hoc prophetæ testimonium dicentis.

*Amos 8.* Occidet tibi sol meridie. Et iterum Zacharias propheta: In illa, inquit, die non erit lux: frigus & pruina erit vno die, & dies illa nota domino, & neque dies, neque nox, & ad vesperam erit lux. Quid tam euidenter a propheta

pheta dici poterat, vt iam tum hæc non tam futuræ prædici, quam narrari præterita videantur? Et frigus & pruina prædixit: propterea enim Petrus calefaciebat se ad ignem, quia frigus erat: & patiebatur frigus non solum temporis, sed & fidei. Addit etiam. Et dies illa nota domino, & neque dies, neque nox. Quid est neque dies, neque nox? Nonne aperte de inferis dei tenebris, & reuocata rursus luce differuit? Nõ fuit illa dies, neque enim incepit ab ortu solis. Neque integra nox fuit: non enim peracto diei cursu spatia sibi debita vel ab initio suscepit, vel ad vltimum determinata perduxit: sed fugata per impiorum facinus lux reparatur ad vesperam. Post horam enim nonam depulsis tenebris sol redditur mundo. Et iterum alius de hoc ipso testimonium dicit. Et obscurabitur super terram in die lux. Docet euangelij prædicatio, quod etiam milites diuiserunt sibi vestimenta Iesu, & super tunicam eius miserunt sortem. Hoc etiam curæ fuit spiritui sancto prophetarum vocibus protestari, cum Dauid dicit. Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Sed ne de illa quidem veste quam dicuntur milites illudentes induisse eum, id est, de veste coccinea prophetæ siluerunt. Audi enim quid dicat Esaias. Quis est hic qui venit de Edom, rubor vestimentorum eius ex Bosra? Quare rubicunda sunt vestimenta tua, & indumentum tuum tanquam in torculari calcatum? Vnde & ipse respondit. Torcular calcaui solus filia Sion. Solus est qui peccatum non fecit, & abstulit peccata mundi. Si enim potuit per vnum hominem mors introire, quanto magis per vnum hominem, qui & deus erat, potuit vita restitui? Refertur etiam quod aceto potatus sit, vel vino myrrhato, quod est amarius felle. Audi quid de hoc propheta prædixerit. Et dederunt, inquit, in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Ad quæ respondens iam tunc Moses dicebat de populo illo. Ex vineis domorum vitis eorum, & palmes eorum de Gomorris, vua eorum, vua fellis, & botrus amaritudinis ipsis. Et iterum exprobrans eos dicit. Populus itultus & non sapiens, hæc domino retribuisti? Sed & in canticis eadem prænunciantur, vbi etiam hortus, in quo crucifixus est designatur. Dicit ergo. Intraui in hortum meum soror mea, sponsa mea, & vindemiaui myrrham meam: vbi euidenter vinum myrrhatum quo potatus est declarauit. Et spiritum post hæc scribitur reddidisse. Prænunciatum fuerat & hoc per prophetam dicentem ex persona filij ad patrem. In manus tuas commendo spiritum meum. Sepultus perhibetur, & lapis magnus appositus ante ostium monumenti. Accipe etiam de hoc quid propheticus per Hieremiã sermo prædixerit. Mortificauerunt, inquit, in lacum vitam meam, & posuerunt lapidem super me. Euidētissima hæc sepulturæ eius indicia prophetis vocibus designata sunt. Accipe tamen & alia. A conspectu, inquit, iniquitatis ablati sunt iusti, & in pace est locus eius. Et alibi. Et dabo malignos pro sepultura eius. Et item alius. Recubans dormiuit vt leo, & vt catulus leonis, quis suscitabit eum? Sed etiam quod in infernum descendit, euidenter prænunciatur in psalmis, vbi dicit. Et in puluere mortis deduxisti me. Et iterum. Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendero in corruptionem? Et iterum.

*Psal. 68* Descendi in limum profundi, & non est substantia. Sed & Ioannes dicit.  
*Matth. 11.* Tu es qui venturus es (in infernum sine dubio) an alium expectamus? Vnde  
*1. Pet. 3* & Petrus dicit, quia Christus mortificatus carne, viuificatus autem spiritu  
 qui in ipso habitat, eis qui in carcere conclusi erant descendit spiritibus pre-  
*Psal. 29* dicare, qui increduli fuere in diebus Noë. In quo etiam quid operis in infer-  
 num egerit declaratur. Sed & ipse dominus per prophetam dicit tanquam  
 de futuro. Quia non derelinques animam meam in inferno, nec dabis san-  
*Psal. 15* ctum tuum videre corruptionem. Quod rursus propheticè nihilominus  
 ostēdit impletum, cum dicit: Domine eduxisti animam meam ab inferno,  
 saluasti me à descendantibus in lacum. Sequitur post hæc. Tertia die resur-  
 rexit à mortuis. Resurrectionis quippe gloria in christo clarificauit omne  
 quod prius infirmum & fragile videbatur. Si tibi paulò ante non putabatur  
 esse possibile, vsque ad mortem venisse immortalem: aspice nunc, quia qui  
 deiccta morte resurrexisset dicitur, non potest esse mortalis. Sed bonitatem  
 in hoc intellige creatoris, quia ille eoulsque te sequendo descendit, vsque  
 quo tu peccando deiectus es. Nec creatorem omnium Deum impossibili-  
 tatis accuses, vt ibi putes opus eius caduco lapsu potuisse concludi, quo ille  
 salutem operaturus peruenire non posset. Inferna & superna nobis dicun-  
 tur, qui certa corporis circumscriptione conclusi, intra regionis præscriptæ  
 nobis terminos continemur. Deo autem qui vbique est, & nusquam deest,  
 quid infernum est, aut quid supernum? Veruntamen in assumptione cor-  
 poris etiam ista complentur. Resuscitatur caro, quæ reposita fuerat in se-  
*Psal. 15* pulcro, vt adimpleretur illud quod dictum est per prophetam. Quia non  
 dabis sanctum tuum videre corruptionem. Rediit ergo victor à mortuis,  
 inferni spolia secum trahens. Eduxit enim eos qui tenebantur à morte, sicut  
 & ipse prædixerat, vbi ait. cum exaltatus fuero à terra, omnia ad me ipsum  
*Ioan. 12* traham. Attestatur autè de hoc euangelium, cum dicit. Monumenta aperta  
*Matth. 27* sunt, & multa corpora dormientium sanctorum resurrexerunt & apparue-  
 runt multis, & ingressi sunt in sanctam ciuitatem: illam sine dubio ingressi  
*Galat. 4* sunt ciuitatem, de qua Apostolus dicit: Quæ autem sursum est Hierusalem,  
*Hebr. 2* libera est, quæ est mater omnium nostrum. Sicut & ad Hebræos iterum  
 dicit. Decebat enim eum propter quem omnia, per quem omnia qui mul-  
 tos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem con-  
 summari. Igitur cōsummatam passionibus carnem humanam, quæ in mor-  
 tem ceciderat per protoplasti lapsum, resurrectionis virtute reparatam, in  
*Ephes. 2* dextera Dei sedens in altissimis collocavit, vt & Apostolus dicit. Qui simul  
 excitauit nos, simulq; sedere fecit in cælestib<sup>9</sup>. Hic enim erat figul<sup>9</sup>, qui vt  
*Hier. 18* Hier. propheta docet vas de manu sua collapsū & cōfractū, rursus eleua-  
 uit manib<sup>9</sup> suis, & reformauit, sicut placuit in cōspectu eius. placuit autè ita,  
 vt corpus q; mortale & corruptibile susceperat, de sepulcri petra leuatū, &  
 immortale atq; incorruptibile effectū, iā non in terrenis, sed in cælestibus &  
 patris dextera collocavit. Plenæ sunt his sacramētis scripturæ veteris testa-  
 mēti. Null<sup>9</sup> super hoc propheta, null<sup>9</sup> legislator, aut psalmographus siluit,  
 sed omnis penè sacra de his pagina loquitur: & ideo superfluum videtur im-

immorati nos ad congreganda testimonia. Pauca tamen admodum pone-  
 mus, ad ipsos fontes diuinorum voluminum remittentes eos, qui potare  
 abundantius cupiunt. Dicit ergo statim in spalmis. Ego dormiui, & sopo-  
 rarus sum, & exurrexi, quoniam dominus suscepit me. Item in alio. Prop-  
 ter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit domi-  
 nus. Et alibi, sicut iam superius diximus, Domine, eduxisti de inferno ani-  
 mam meam, saluasti me à descendantibus in lacum. Et in alio loco. Quo-  
 niam conuersus viuificasti me, & de abyssu terræ iterum reduxisti me. Eui-  
 dentissimè in octogesimo septimo spalmo de eo dicitur. Et factus est sicut  
 homo sine adiutorio inter mortuos liber. Non dixit homo, sed sicut ho-  
 mo. Sicut homo enim erat qui descenderat in infernum: sed inter mortuos  
 liber erat, quia à morte teneri non poterat. Et ideo in vno natura humanæ  
 fragilitatis potestas ostenditur. Osee autem propheta etiam de tertia die  
 manifestissimè pronunciat hoc modo. Sanabit, inquit, nos post biduum:  
 in die autem tertia resurgemus, & viuemus in conspectu eius. Hæc autem  
 ex persona eorum dicit, qui cum ipso die tertia resurgentes, de morte re-  
 uocantur ad vitam. Et ipsi sunt qui dicunt. Die tertia resurgemus, & viu-  
 emus in conspectu eius. Esaias verò apertè dicit. Qui eduxit de terra pasto-  
 rem magnum ouium. Sed quod & mulieres visuræ essent resurrectionem  
 eius, scribis & pharisæis & populo non credente, etiam hoc prædixit  
 Esaias his verbis. Mulieres quæ venitis à spectaculo, venite: non enim est  
 populus habens intellectum. Sed etiam de illis mulieribus, quæ post resur-  
 rectionem perrexisse ad sepulcrum dicuntur, & quæsisse eum & non inue-  
 nisse, sicut de maria Magdalene, quæ refertur venisse ad monumentum  
 ante lucem, & non inuento eo flens dixisse ad angelos. Quia tulerunt do-  
 minum, & nescio vbi posuerant eum: etiam de hoc ita prædicitur in Can-  
 tibus canticorum. In cubili meo quæsiui eum, & non inueni. De illis quo-  
 que qui inuenerunt eum & tenuerunt pedes eius, prædicitur in canticis  
 canticorum. Tenebo eum, & nō dimittam eum, quem dilexit anima mea. *Ibidem*  
 Hæc interim pauca de multis: breuitati enim studentes, plura coaceruare  
 non possumus. Ascendit ad cælos, sedet ad dexteram patris: inde venturus  
 est iudicare viuos & mortuos. Consequenti breuitate in fine sermonis hæc  
 cōtinētur, in quibus q; dicitur quidem palā est. Sed consequēter quo sensu  
 intelligi debeant quæ dicuntur, ascendisse, & sedere, & venturum esse,  
 nisi secundū dignitatē diuinitatis intelligas, aliquid per hæc humanæ fra-  
 gilitatis videbitur indicari. Consummatis etenim his quæ in terra gerebā-  
 tur, & anima de inferni captiuitate reuocata, ascendere memoratur ad cæ-  
 los, sicut propheta prædixerat. Ascendens in altum, captiuam duxit cap-  
 tiuitatem, dedit dona hominibus: illa scilicet dona, quæ Petrus in Actibus  
 apostolorum de sancto spiritu dicebat. Exaltatus igitur dextera Dei effu-  
 dit hoc donum quod vos videtis & auditis. Donum ergo spiritus sancti de-  
 dit hominibus, quia captiuitatem, quàm prius diabolus per peccatum de-  
 duxerat in infernum; Christus per mortis suæ resurrectionem reuocauit  
 ad cælos. Ascendit ergo ad cælos, non vbi verbum Deus ante non fuerat,

quippe qui erat semper in cælis, & manebat in patre, sed ubi Verbum caro factum antè non federat. Denique quia nouus iste ingressus portarum cæli æditus & principibus videbatur, videntes naturam cænis secreta cælorum penetrantem, dicunt adinuicem, sicut Dauid plenus spiritu sancto denunciat, dicens: tollite portas principes vestras & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis & potens, dominus potens in prælio. Quæ vox vtrique non propter diuinitatis potentiam, sed propter nouitatem carnis ascendentis ad Dei dexteram ferebatur. Dicit & alibi idè Dauid: Ascendit Deus in iubilatione, & dominus in voce tubæ. In voce etenim tubæ mos est victorem redire de prælio. De ipso quoque & illud dicitur. Qui ædificat in cælo ascensionem suam. Et item alibi. Qui ascendit super cherubim, volauit super pennas ventorum. Sedere quoque ad dexteram patris, carnis assumptæ mysterium est. neque enim incorporeæ illi naturæ conuenienter ista absque assumptione carnis aptatur: neque sedis cælestis perfectio diuinæ naturæ, sed humanæ conquiritur. Vnde & dicitur de eo. Parata est sedes tua Deus ex tunc, à seculo tu es. Parata igitur à seculo sedes est, in qua dominus Iesus sessurus erat: in cuius nomine omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur ei, quia dominus Iesus est in gloria Dei patris. De quo & Dauid ita refert. Dixit dominus domino meo sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Quæ tamen dicta dominus in euangelio differens, dicebat ad Phariseos. Si ergo Dauid in spiritu dominum vocat eum, quomodo filius eius est? per quod ostendit se secundum spiritum dominum, secundum carnem filium esse Dauid. Vnde & ipse dominus iterum dicit. Veruntamen dico vobis: A modo videbitis filium hominis sedentem ad dexteram virtutis Dei. Et Petrus apostolus dicit de christo, quod est in dextera Dei sedens in cælis. Sed & Paulus ad Ephesios scribens. Secundum operationem, inquit, potètiæ virtutis eius, quam operatus est in Christo, suscitans eum à mortuis, & sedere faciens in dextera sua. Quod autem veniat iudicaturus viuos & mortuos, multis quidem diuinarum scripturarum testimoniis edocemur. Sed prius quàm prophetis hæc eloquiis prædicta doceamus, illud necessariè arbitror admonendum, quod ista fidei traditio quotidie nos vult de aduentu iudicis esse sollicitos, vt actus nostros ita præparemus, tanquam reddituri imminenti iudici rationem. Hoc enim erat quod & propheta dicebat de viro beato: Quia disponit sermones suos in iudicio. Quod autem dicitur iudicare viuos & mortuos, non ideo dicitur, quod alij viui, alij mortui ad iudicium veniant: sed quod animas simul iudicabit & corpora, in quibus viuos animas, mortuos corpora nominauit. Sicut & ipse dominus loquitur in euangelio, dicens. Nolite timere eos qui possunt corpus occidere, animæ autem nihil possunt facere: sed timete potius eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Nunc iam paucis si videretur etiam per prophetas hæc prædicta esse doceamus. Plura autem testimonia cum volueris, ipse tibi de scripturarum laudine congregabis. Dicit ergo Malachias propheta. Ecce veniet dominus

mus omnipotès, & quis sustinebit diè aduentus eius, aut quis sustinebit aspectum eius? quia ipse ingreditur sicut ignis conflatorij, & sicut herba lauantium, & sedebit conflans & purgans, sicut aurum. Vt autem euidentius cognoscas, quis sit iste dominus de quo hæc dicuntur: audi quid & Daniel propheta pronunciet. Videbam, inquit, in visu noctis, & ecce cum nubibus cæli, quasi filius hominis, veniens, vsque ad vetustum dierum peruenit, & in conspectu eius oblatas est liber: & ipsi datus est principatus & honor & regnū: & omnes populi, tribus & linguæ ipsi seruiet: & potestas eius, potestas æterna, quæ nõ præteribit, & regnū eius nõ corrūpetur. Ex his ergo edocemur, non solum de aduentu & de iudicio, sed & de potestate eius & regno, quia potestas æterna sit, & sine corruptionis sine sit regnum: sicut & in symbolo dicitur. Et regni eius non erit finis. vnde valde alienus à fide est, qui regnum christi dicit aliquando finiendum. Scire tamen debemus, quod salutarem Christi aduentum hunc conatur inimicus ad decipiendos fideles callida fraude simulare, & pro filio hominis, qui expectatur venturus in maiestate patris sui, filium perditionis in prodigijs & signis mendacibus præparare, vt pro christo, mundo huic introducat antichristum: de quo & dominus in euangelij prædixit Iudæis. Quia ergo veni in nomine patris mei, & non recepistis me: alius veniet in nomine suo, & ipsum recipietis. Et iterum dicit: tunc videbitis abominationem desolationis stantē in loco sancto, sicut dicit Daniel propheta, qui legit intelligat. Daniel ergo de aduentu erroris istius plenius & latius in suis visionibus edocet, ex quibus valde operosum est nunc exempla ponere, qui satis amplis narrationibus dilatatur: & ideo scire de his plenius volentem, ad ipsas magis recensendas remittimus visiones. Sed & Apostolus dicit de eo. Ne quis vos seducat vllō modo: quoniam nisi discessi venerit primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur & extollitur super omne quod dicitur Deus, aut quod colitur: ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam ipse sit Deus. Et paulò post. Et tunc reuelabitur iniquus, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & euacuabit eum illuminatione aduentus sui, cuius est aduentus secundum opera satanæ in omni virtute, signis & prodigijs mendacibus. Et item paulò post. Et ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati. Propterea ergo prophetis & euāgelicis atque Apostolicis vocibus nobis prænunciatur hic error, ne qui pro aduentu christi, aduentum credant antichristi: sed sicut ipse dominus dicit. Cum dixerint vobis: ecce Christus hîc, aut ecce illic, nolite credere. Venient enim multi pseudochristi & pseudoprophetæ, & seducent multos. Sed quomodo demonstrauerit iudiciū veri Christi, videamus. Sicut fulgur, inquit, de Oriente resplēdet vsque in Occidētē, ita erit aduentus filij hominis. Cum ergo aduenierit verus dominus Iesus Christus, sedebit, & iudicium statuēt: sicut & in euāgelij dicit. Et segregabit oves ab hædis, iustos segregabit ab iniustis: sicut & apostolus scribit. Quia omnes nos stare oportet ante tribunal christi, vt recipiat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bona siue mala.

Q iij

Iudicabitur autē non solum pro gestis, sed etiā pro cogitatis: secundū quod ipse Apostolus dicit. Inter se inuicem cogitationibus accusantibus, aut etiā defendentibus in die quo iudicabit Deus occulta hominum. Sed & de his ista sufficiant. Post hæc ponitur in ordine fidei. Et in spiritu sancto. Ea quæ in superioribus paulo latius de Christo sunt tradita, ad incarnationis & passionis eius mysterium pertinent, quæ dum mediâ intercedunt personæ ipsius coaptata, sancti spiritus commemorationem paulo longius reddiderunt. Cæterum si solius diuinitatis ratio habeatur, eo modo quo in principio dicitur. credo in Deum patrem omnipotentem: & post hæc, in Iesum Christum filium eius unicum dominum nostrum: ita iungitur. Et in spiritu sancto. Illa verò omnia quæ de Christo memorantur, ad dispensationem carnis, ut diximus, spectant. Igitur in sancti spiritus commemoratione adimpletur mysterium trinitatis. Sicut enim vnus dicitur pater, & alius non est pater: & vnus dicitur vnigenitus filius, & alius vnigenitus filius non est: ita & spiritus sanctus vnus est, alius non potest esse spiritus sanctus. Ut ergo fiat distinctio personarum, affectionis vocabula secernuntur, quibus ille pater intelligatur, ex quo omnia, & quia ipse non habeat patrem. Iste filius, tanquam qui ex patre natus sit: & hic spiritus sanctus, tanquam de utroque procedens, & cuncta sanctificans. Ut autem in vna eademque trinitate diuinitas doceatur: sicut dictum est, in Deo patre credi adiecta præpositione, in: ita & in Christo filio eius, ita & in spiritu sancto memoratur. Sed ut manifestius fiat quod diximus, ex consequentibus approbabitur. Sequitur namque post hunc sermonem. Sanctam ecclesiam catholicam, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem. Non dixi in sanctam ecclesiam catholicam, nec in remissionem peccatorum, nec in carnis resurrectionem: si enim addidisset, in, præpositionem, vna cum superioribus eademque vis fieret. Nunc autem in illis quidem vocabulis, vbi de diuinitate ordinatur fides, in Deo patre dicitur, & in Christo filio eius, & in spiritu sancto. In cæteris verò vbi nō de diuinitate, sed de creaturis & de mysteriis sermo est, in, præpositio nō additur, ut dicatur, in sancta ecclesia: sed sanctā ecclesiā credēdā esse, nō ut Deū, sed ut ecclesiā Deo cōgregatā. Et remissionē peccatorū credant esse, nō in remissionē peccatorū: & resurrectionē carnis credāt, nō in resurrectionē carnis. Hęc itaq; præpositionis syllaba, creator à creaturis secernitur, & diuina separantur ab humanis. Hic igitur spiritus sanctus est, qui in veteri testamento legem & prophetas, in nouo euangelia & apostolos inspirauit. Vnde Apostolus dicit. Omnis scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum. Et ideo quæ sunt noui ac veteris testamenti volumina, quæ secundum maiorum traditionem per ipsum spiritum sanctum inspirata creduntur, & ecclesiis christi tradita, competens videtur hoc in loco euidenti numero, sicut ex patrum monumentis accepimus, designare. Itaque veteris testamenti, omnium primo Moyse quinque libri sunt traditi, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numerus, Deuteronomium. Post hæc Iesus Naue, Iudicium simul cum Ruth. Quatuor post hæc Regnorum libri, quos Hebræi duos numerant, Paralipomenon, qui dierum dicitur, liber, & Esdræ

dre duo, qui apud illos singuli computantur, & Hester. prophetarum verò, Esaias, Hieremias, Ezechiel, & daniel: præterea duodecim prophetarum liber vnus. Iob quoque, & psalmi dauid singuli sunt libri. Salomon verò tres ecclesiis tradidit, Prouerbia, Ecclesiastes, cantica canticorum: in his concluderunt numerum librorum veteris testamenti. Noui verò, quatuor euangelia, Matthæi, Marci, Luca, & Ioannis. Actus apostolorum quos describit Lucas. Pauli apostoli epistola quatuordecim. Petri apostoli dua. Iacobi fratris domini & apostoli vna. Iudæ vna. Ioannis tres. Apocalypsis Ioannis. Hęc sunt quæ patres intra canonem concluderunt, & ex quibus fidei nostræ assertiones constare voluerunt. Sciendum tamen est, quod & alij libri sunt, qui non sunt canonici, sed ecclesiastici à maioribus appellati sunt, id est, Sapientia, quæ dicitur Salomonis, & alia Sapientia, quæ dicitur filij Sirach, qui liber apud latinos hoc ipso generali vocabulo Ecclesiasticus appellatur, quo vocabulo non auctor libelli, sed scripturæ qualitas cognominata est. Eiusdem verò ordinis libellus est Tobia & Iudith & Machabæorum libri. In nouo verò testamento libellus, qui dicitur Pastoris siue Hermes, qui appellatur duæ viæ, vel iudicium Petri. Quæ omnia legi quidem in ecclesiis voluerunt, non tamen proferri ad auctoritatem ex his fidei cōfirmandam. Cæteras verò scripturas apocryphas nominarunt, quas in ecclesiis legi noluerunt. Hęc nobis à patribus tradita sunt, quæ (ut dixi) opportunum visum est hoc in loco designare, ad instructionem eorum qui prima sibi ecclesiæ ac fidei elementa suscipiunt, ut sciant ex quibus sibi fontibus verbi Dei hauriēda sint pocula. tenet deinde ratio fidei, sanctam ecclesiam. causam iam superius diximus, cur non dixerint etiam hic, in sanctam ecclesiam. Hi igitur qui supra in vno deo credere edocti sunt, sub mysterio trinitatis, credere etiam hoc debent, vnam esse ecclesiam sanctam, in qua est vna fides & vnū baptisma, in qua vnus Deus creditur pater, & vnus dominus Iesus Christus filius eius, & vnus spiritus sanctus. Ista est ergo sancta ecclesia, non habens maculam aut rugam. Multi enim & alij ecclesias congregauerunt, ut Marcion, & Valentinus, & Ebion & Manichæus, & cæteri omnes hæretici. Sed illæ ecclesiæ non sunt sine macula vel ruga perfidia: & ideo dicebat de illis propheta. Odi ecclesiam malignantium, & cum impiis non sedebo. De hac autem ecclesia, quæ fidem Christi integram seruat, audi quid dicat spiritus sanctus in canticis canticorum. Vna est columba mea, vna est perfecta genitrici suæ. Qui ergo hanc fidem in ecclesia suscipit, non declinet in concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introeat. concilium namque vanitatis est, quod agit Marcion, qui negat patrem christi Deum esse creatorem, qui per filium suum fecerit mundum. Concilium vanitatis est quod Ebion docet, ita Christo credi debere, ut circuncisio carnis, & obseruatio sabbathi, & sacrificiorum solemnitas, cæteræque omnes obseruantia secundum legis literam teneantur. Concilium vanitatis est quod docet Manichæus, primò quod seipsum paraclætum nominauit: tum deinde quod mundum à malo factum dicit, Deum creatorem negat, testamentum vetus repudiat: vnam bonam,

aliam malam naturam sibi inuicem asserit: coæternas animas hominum secundum Pythagoreos in pecudes & animalia & bestias redire per diuersos nascendi circulos astruit: resurrectionem carnis nostræ negat: passionem domini & natiuitatem non in veritate carnis, sed in phantasiis fuisse confirmat. Concilium vanitatis est quod Paulus Samoſatenus, & eius post hunc successor Photinus asseruit, Christum non fuisse ante secula natum ex patre, sed ex Maria cœpisse: & non eum Deum hominem natum, sed ex homine Deum factum existimat. Concilium vanitatis est, quod Arius atque Eunomius docuit, qui filium Dei non ex ipsa patris substantia natum, sed ex nihilo creatum voluit. Concilium vanitatis est & quod illi aiunt, qui filium Dei quidem de substantia patris fatentur, sanctum verò spiritum separant & fecernunt. cum vbi que vnā eādēque virtutem & diuinitatem trinitatis ostendat saluator in euangelio, cum dicit. Baptizate omnes gentes in nomine patris & filij & spiritus sancti: & est apertè impium separari ab homine quod diuinitus iungitur. Concilium vanitatis est & hoc, quod olim congregauit pertinax & praua contentio, asserens christum carnem quidem humanam suscepisse, non tamen & animam rationalem: cum vtrique & carni & animæ & sensui humano ac menti vna eadēque salus à christo collata sit. Sed & illud concilium vanitatis est, quod Donatus per Africam traditionem ecclesiæ criminando contraxit: & quod Nouatus sollicitauit, lapsis pœnitentiam denegando: & secundas nuptias, cum forte iniri eas necessitas exegerit, condemnando. Has ergo omnes velut congregationes malignantiū fuge. Sed & eos si qui illi sunt, qui dicuntur asserere, quod filius Dei non ita videat vel nouerit patrem, sicut noscitur ipse & videtur à patre: vel regnum christi esse finiendum, aut carnis resurrectionem non in integram naturæ suæ substantiam reparandam, futurum Dei iustum erga omnes negare iudicium, diabolum à debita absolui damnatione pœnarum. Ab his, inquam, omnibus fidelis declinet auditus. Sāctam vero ecclesiam tene, quæ Deum patrem omnipotentem, & vnicū filium eius Iesum christum dominum nostrum, & spiritum sanctum, concordī & consona substantiæ ratione profitetur. Filiumque Dei natum ex virgine, passum pro salute humana, ac resurrexisse à mortuis in ea carne in qua mortuus est, credit. Eundem denique venturum, iudicem omnium sperat: in quo & remissio peccatorum, & carnis resurrectio prædicatur. Verum de remissione peccatorum sufficere debet sola credulitas. Quis enim causas aut rationem requirat, vbi indulgentia principis est? Cum terreni regis liberalitas discussioni non sit obnoxia, ab humana temeritate discutitur diuina largitio. Solent enim cum irrisione aduersum nos dicere pagani, quod ipsi nos decipiamus, qui putemus crimina, quæ opere commissa sunt, verbis posse purgari, & aiunt. Numquid potest qui homicidium fecit, homicida non esse: & adulter non videri, qui adulterium perpetravit? Quomodo ergo huiuscemodi criminum reus, sanctus vobis effici subitò videbitur? Sed ad hæc, vt dixi, melius fide quàm ratione respondeo. Rex enim est omnium qui hoc promisit: terræ cælique dominus est qui hæc pollicetur. Non vis

vt ei

vt ei qui me ex terra hominem fecit, credam quod ex criminoso me faciat innocentem? Et qui me, cum essem cæcus, fecit videre: vel cum essem surdus audire: qui mihi claudo gressum reddidit, innocentiam mihi perditam non poterit recuperare? Et vt veniamus ad ipsius naturæ testimonium. Occidere hominem non semper criminosum est, sed malitia, non legibus occidere criminosum est. Non ergo factum me in talibus, quia interdum & rectè fit, sed animus malè consulens damnat. Si ergo animus in me qui criminosus est effectus, & in quo fuit origo vicij corrigatur, cur tibi videar non posse innocens effici, qui prius fueram criminosus? Si enim vt supra ostendi constat, quod non in facto, sed in voluntate sit crimen: sicut mala voluntas auctore malo dæmone peccato me & morti fecit obnoxium, ita in bonum voluntas mutata auctore bono Deo, innocentiam me reddidit & vitam. Similis causa & in cæteris est criminibus. Hoc modo fides nostra non inuenitur naturalibus rationibus aduersari, dum remissio peccatorum, non gestis quæ mutari non possunt, sed animo quem de malo in bonum conuertere certum est, deputetur. Sed & vltimus sermo iste qui resurrectionem carnis pronunciat, summam totius perfectionis succincta breuitate concludit: quamuis etiam de hoc non solum à gētilibus, sed ab hæreticis fides impugnetur ecclesiæ. Nam Valentinus resurrectionem carnis omni modo negat, & Manichæi, sicut supra ostendimus. Sed isti Esaiam quidem prophetam dicentem, Resurgent mortui & suscitabuntur qui sunt in sepulcris, audire noluerunt: nec Daniele sapientissimum protestantem. Quia tunc resurgent qui sunt in terræ puluere: hi quidem in vitam æternam, hi autem in opprobrium & confusionem æternam. Tamen vel in euangeliis quæ recipere videntur, discere debuerunt à domino & saluatore nostro, Sadducæos docente, dictum. Quod autem resurgant mortui, non legistis quo modo dicit Moyſi in rubo, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus autem non est mortuorum, sed viuentium. In quo etiam quæ sit & quantæ resurrectionis gloria, in superioribus memorauit, cum dixit: In resurrectione autem mortuorum neque nubent, neque nubentur: sed erunt sicut angeli Dei. Resurrectionis autem virtus, angelicum hominibus confert statum, vt qui de terra resurrexerint, non iterum in terra cum pecudibus, sed in cælo cum angelis viuant: quos tamen ad hoc ratio vitæ purioris admiserit, illos scilicet qui iam nunc conseruantes animæ suæ carnem in castis pudicitie actibus, obedientie sancti spiritus subiugauerunt, & omniam viciorum labe tenuatam, atque in spiritualem gloriam sanctificationis virtute mutatam, angelorum quoque meruerunt inferre consortiis. Sed infideles clamant, & dicunt: Quomodo potest caro quæ putrefacta dissoluitur, aut in puluerem vertitur, maris etiam interdum profundo sorbetur, fluctibusque dispergitur, recolligi rursus & reintegrari in vnum, & corpus ex ea hominis reparari? Ad quos primam iterum responsionem sermonibus Pauli faciamus, dicentis eis: Inspiens tu, quod seminas non viuificatur, nisi prius moriatur: Et quod seminas non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum tritici, aut alicuius cæterorum feminum.

Deus autem dat illi corpus prout vult. Quod autem in feminibus quæ tu in terrâ iacis per annos singulos fieri vides, hoc in tua carne quæ lege Dei feminatur in terra, futurum esse non credis? cur quæso tam angustus & invalidus diuinæ potentiæ æstimator es, ut dispersum vniuscuiusque carnis puluerem, in suâ rationem colligi & reparari posse non credas? An non censeas, cum videas quod etiâ mortale ingenium demersas in profundum terræ metallorum venas rimatur? & artificis oculus aurum videt, in quo imperitus terram putat. Hæc cur non concedimus ei, qui fecit hominem, quando tantum is qui ab ipso factus est, assequi potest? Et cum auri esse propriam venam, & argenti aliam, æris quoque longe disparē, ferri ac plumbi diuersam intra speciem terræ latere, mortale deprehendat ingenium: diuina virtus inuenire posse ac discernere non putabitur vniuscuiusque carnis proprium sensum, etiâ si videatur dispersus? Sed ad hæc tætemus animas quæ deficiunt in fide, naturalibus rationibus adiuuare. Si quis diuersa femina in vnum permisceat, & hæc indidreeta seminet, vel passim spargat in terram: nonne vniuscuiusque feminis granum, quocumque loci iactum fuerit, competenti tempore secundum naturam suam speciem germen producat, ut statum suam formam suamque corporis reparat? Ita ergo vniuscuiusque carnis substantia, quamuis varie diuersæque dispersa sit, ratio tamen ipsa, quæ inest vnicuique carni, est immortalis: quia immortalis animæ caro est ex eo tempore, quo seminatis in terram corporibus primum veri Dei voluntati arrisit, collectum terræ attractumque substantiæ suæ sensum reddit, ac reparat in illam speciem, quam mors aliquando dissoluerat. Et ita fit ut vnicuique animæ non confusum, aut extraneum corpus, sed suum quod habuerat reparatur, ut consequenter possit pro agonibus presentis vitæ, cum anima sua caro vel pudica coronari, vel impudica puniri. Et ideo satis caute ecclesia nostra fidei symboli docet, quæ in eo quod a cæteris traditur carnis resurrectionem, vno addito pronomine, tradidit huius carnis resurrectionem. Huius sine dubio, quam habetis qui profitetur, signaculo crucis fronti imposito, quo sciat vnusquisque, fidelium carnem suam, si mundam seruauerit à peccato, futurum esse vas honoris, utile domino ad omne opus bonum paratum: si verò contaminatam in peccatis, futurum esse vas iræ ad interitum. Iam vero de ipsa resurrectionis gloria, & de re promissionis magnitudine, si quis plenius scire desiderat, in omnibus penè diuinis voluminibus inueniet iudicari. Ex quibus nos cõmonitionis tantummodo gratia pauca in presentilo loco memorantes, sine iniuncti à te opusculi faciemus. Igitur apostolus Paulus, quod resurgat mortalis caro, talibus asserit argumentis, dicens. Quod si resurrectio mortuorum non est, ergo nec christus resurrexit. Si autem christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, vacua est & fides nostra. Et paulò post. Nunc autem christus resurrexit à mortuis, initium dormientium: quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adâ omnes moriuntur, ita & in christo omnes viuificabuntur: vnusquisque autem in suo ordine: initium christus, deinde hi qui sunt christi in aduentu eius: deinde finis. Et in sequentibus addit & hæc. Ecce mysterium vobis dico: Omnes quidem resurgemus, non omnes autem immutabimur, siue vt

1. Cor. 15

Ibidem

immu-

in aliis exemplaribus inuenimus. Omnes quidem dormiemus, non omnes autem immutabimur: in momento, in ictu oculi, in nouissima tuba. Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Sed & ad Thessalonicenses nihilominus scribens dicit. Nolo autem vos ignorare fratres de dormientibus, ut non contristemini, sicut & cæteri qui spiritum non habent. nam si credimus quod Iesus mortuus est, & resurrexit: ita & Deus eos qui dormierunt per Iesum, adducet cum illo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini, quia nos qui viuimus, qui reliqui sumus in aduentu domini, non præueniemus eos qui dormierunt: quia ipse dominus in iussu, & in voce archangeli, & tuba dei descendet de caelo, & mortui qui in christo sunt, resurgent primi. Deinde nos qui viuimus, qui reliqui sumus, simul cum illis rapiemur in nubibus obuiam christo in aera: & ita semper cum domino erimus. Verum ne existimes hæc Pauli solius quasi nouella prædicatione signari: audi etiâ quid Ezechiel propheta olim per spiritum sanctum prælocutus sit. Ecce, inquit, ego aperiam sepulcra vestra, & educam vos de sepulcris vestris. Iob quoque mysticis redundans eloquiis, audi quâ euidenter resurrectionem mortuorum prædicet. Est, inquit, arbori spes: si enim abscissa fuerit, iterum pullulabit, & virgultum eius nunquam deficiet. Quod si senuerit in terra radix eius, & in puluere emortuus fuerit truncus eius, ab odore aquæ reflorabit, & faciet fruticem sicut nouella. Vir verò si mortuus fuerit, abiit: & mortalis si ceciderit, ultra non erit? Non tibi videtur in verbis his cum quodam pudore arguere homines & dicere, Itane stultum est hominum genus, ut cum videant excise arboris truncum rursus pullulare de terra, & lignum emortuum iterum vitam recipere, ipsi se lignis quidem aliquid simile de semetipsis, nec arboribus opinentur? Ut autem scias, quod veluti interrogatis modo legendum sit quod dixit, mortalis autem cum ceciderit non resurget? de consequentibus probationem accipe. Subiungit namque statim. Si enim mortuus fuerit homo, viuet. Et paulò post dicit. Expectabo vsque quo iterum fiat. Et iterum idem dicit. Qui resuscitaturus est super terram pellē meam, quæ hæc nunc haurit. Hæc quidem ad probationem dicta sunt professionis nostræ, qua confitemur in symbolo, huius carnis resurrectionem. Quod enim adiunctum est, huius, vide quâ consonum sit omnibus his, quæ de diuinis voluminibus memorauimus. Quid enim aliud indicatur in dictis Iob, quæ superius exposuimus, cum dicit, quia resuscitabit pellē meam, quæ hæc nunc haurit, id est, quæ ista tormenta perpetitur: nonne aperte dicit huius carnis resurrectionem futuram, huius inquam, quæ tribulationum & tentationum cruciamenta nunc sustinet? Sed & apostolus cum dicit. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem: nunquid non corpus suum quodammodo contingetis & digito palpatis est vox? Hoc ergo quod nunc corruptibile corpus est, resurrectionis gratia incorruptibile erit: & hoc quod nunc mortale est, immortalitatis virtutibus induetur. Ut sicut christus resurgens à mortuis, ultra iam non moritur, mors ei ultra non dominabitur: ita & qui in christo resurgent, nec corruptionem sentient ultra, nec mortem: non natura carnis abiecta, sed conditione eius & qualitate mutata. Erit ergo corpus quod resurget à mortuis incorruptibile & immortale, non solum iustorum, sed etiam peccatorum. Iustorum quidem, ut semper possint permanere cum christo. Peccatorum verò, ut absque interitione sua debitas luant poenas. Quod autem iusti semper cum domino nostro christo permaneant, iam & in superioribus edocuimus, ubi ostendimus quia apostolus dicit. Deinde nos qui viuimus, qui reliqui sumus, simul cum illis rapiemur in nubibus obuiam christo in aera, & ita semper cum domino erimus. Nec mireris, si caro sanctorum in

R



tātam gloriam ex resurrectione mutabitur, vt in occursum dei suspēsa nubibus, & in aēre veētā rapiatur, cū ipse Apostolus, exponēs quantum cōferat Deus his qui diligunt eum, dicat. Qui transmutabit corpus humilitatis nostræ conforme fieri corpori claritatis suę. Nihil ergo absurdum est, si sanctorum corpora dicantur nubibus in aera sustolli, cū ad formā corporis christi, q̄ in dextera sedet, dicantur reformanda. Sed & hoc sanctus Apostolus, vel de se, vel de ceteris sui loci vel meriti addidit, & dicit. Quia cōfiscabit nos cum christo, simulque faciet sedere in cælestibus. Vnde cū hæc & eorū similia quā plurima sancti Dei in repromissionibus habeant in resurrectione iustorum, nō erit iam difficile credere etiam illa quæ prophetæ prædixerant, q̄ iusti scilicet fulgebūt sicut sol, & sicut splēdor firmamēti in regno Dei. Cui enim difficile videbitur eos fulgorem solis habituros, ac syderum ac firmamenti huius splendore decorandos, quibus vel vita, vel cōuersatio angelorū Dei paratur in cælis, vel cōformandi dicuntur ad gloriā Saluatoris ore promissam, respiciēs sanctus apostolus, dicit. Quia feminatur corpus animale, resurget corpus spirituale. Si enim verum est, sicut certē verum est, q̄ iustos quoque & sanctos, angelorum confortiis sociabit diuina dignatio, certum est, q̄ & corpora eorum in spiritualis corporis gloriam vertet. Nec hoc tibi cōtra naturalem corporis rationem videatur esse promissum. Si enim credimus secundum ea quę scripta sunt, q̄ accipiens Deus limū terrę, Plasmavit hominē. & hæc fuit natura corporis nostri, vt voluntate Dei terra verteretur in carnē: cur tibi aut absurdum, aut contrarium videtur, si iisdem rationibus quibus terra proficisci dicitur in corpus animale, rursus corpus animale in corpus proficisci spirituale credatur? Hæc quidem atque his similia multa inuenies in scripturis diuinis de resurrectione iustorū. Dabitur autē etiam peccatoribus, vt supra diximus, incorruptionis & immortalitatis ex resurrectione conditio, vt sicut iustis Deus ministrat ad perpetuitatem glorię: ita peccatoribus ad prolixitatem cōfusionis ministrat & pœnæ. Sic enim propheticum diffiniuit eloquium, cuius & paulò antè meminimus, vbi dicit. Et multi resurgent de terrę puluere, hi quidem in vitam æternam, hi autem in confusionem & opprobrium æternū. Si ergo intelleximus qua veneratione Deus omnipotens pater dicatur, quoue sacramento dominus noster Iesus christus vnicus eius filius habeatur, & qua perfectione sanctus eius spiritus nominetur, vtque sancta trinitas vnum sit per substantiam, sed affectu personis que discreta: quid etiam partus virginis, quid verbi in carne natiuitas, quid sacramentū crucis, quæ vtilitas diuini ad inferna descensus, quid resurrectionis gloria & animarum de infernis reuocata captiuitas, quid etiā ascensus eius ad cælum & venturi iudicis expectatio: sed & sanctæ ecclesię aduersus congregationes vanitatis qualis haberi debeat agnitio, qui sacrorum voluminum numerus, quæue hæreticorum vitanda cōuenticula: & quod in peccatorū remissione diuinæ libertati nequaquam ratio naturalis obsistat, & vt carnis nostræ resurrectionem, non solū diuinæ voces, sed & ipsius domini & Saluatoris nostri exemplum & cōsequentia naturalis rationis assignet. Si in quā hoc secundum traditionis supra expositæ regulam consequenter aduertimus, deprecamur vt nobis & omnibus qui hæc audiunt, cōcedat dominus fide quam suscepimus custodita, cursu consummato, expectare iustitię repositam coronam, & inueniri inter eos qui resurgunt in vitam æternam: liberari verò à confusionem & opprobrium æterno, per christum dominum nostrum, per quem est Deo patri omnipotentem cum spiritu sancto gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

R V F F I N I A Q V I L E I E N S I S  
PRESBYTERI IN SVAM ET EVSEBII  
CÆSARIENSIS LATINAM AB EO FACTAM  
Historiam, PRÆFATIO.

*Ad Chromatium Pontificem Maximum.*

**D**ERITORVM dicunt esse medicorum, vbi imminere vrbibus vel regionibus generales viderint morbos, prouidere aliquod medicamenti vel poculi genus, quo præmuniri homines, ab imminenti defendatur exitio. Quod tu quoque venerāde pater Chromati medicina exequens genus, tēpore quo diruptis Italia claustris ab Alarico duce Gothorum, se pestifer morbus infudit, & agros, armenta, viros longe latēque vastauit, populis tibi à Deo commissis feralis exitij aliquod remedium quarens, per quod agræ mentes ab ingruentis mali contagione subtractæ, melioribus occupatæ studiis tenerentur, iniungis mihi vt Ecclesiasticam historiam, quam vir eruditissimus Eusebius Cæsariensis Græco sermone conscripsit, in Latinum vertam: cuius lectione animus audientium vinculus, dum notitiam rerum gestarum auidius petit, obliuionem quodammodo malorum quę gererentur acciperet. A quo ego opere cum excusare me vellem, utpote inferior & impar, & qui in tam multis annis vsus Latini sermonis amiserim, considerauit quod non absque aliquo apostolica institutionis ordine nobis ista præciperes. Nam & cum Dominus aliquando esurientibus in deserto auditorum turbis, dixisset ad apostolos, Date eis vos manducare: Philippus vnus ex apostolis intelligens, eo magis splendescere diuinæ virtutis insignia, si minimorum quorumque ministerijs explerentur, non protulit panes apostolica reconditos peræ, sed puerulum adesse dicit, habentem quinque panes, & duos pisces. Quem verecunde excusans, adiecit: Sed hæc quid sunt inter tantos? quo magis in angustiis opibus & desperatis clara fieret diuina potentia. Sciens ergo ex illis te quoque descendere disciplinis, recordatus quod Philippi fortassis exemplo, vbi pascendi turbas tempus vidisti, puerulum subrogaueris, qui panes quidem quinque sicut acceperat, duplicatos adhiberet, ad explendum tamen Euangelicum sacramentum, proprio labore captos adderet etiam pisciculos duos, aggressus sum exequi vt potui, quod præceperas: certus quod excusabit imperitiæ nostræ culpas, præcipientis auctoritas. Sciendum sanè est, quod decimus liber huius operis in Græco, quoniam perparum habebat in rebus gestis, per reliqua omnia in Episcoporum Panegyricis tractatibus nihil ad scientiam rerum conferentibus occupatus, omissis quæ videbantur superflua, historia si quid habuit, nono coniunximus libro, & in ipso Eusebij <sup>Decimus Eusebij in Græco.</sup> narrationis deditur finem. Decimum vero & vndecimum librum nos conscripsimus partim ex maiorum traditionibus, partim ex his quæ nostra iam memoria comprehenderat: & eos velut duos pisciculos supra scriptis panibus addidimus. Quos si tu probaueris, vel benedixeris, pro certo confidam quod sufficient turbis. Continet autem idem omne opus res in Ecclesia gestas à Saluatoris ascensione, & deinceps. Nostri vero duo libelli à temporibus Constantini post persecutionem, vsque ad obitum Theodosii Augusti.

ELENCHVS CAPITVM  
PRIMI LIBRI HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ.

- CAP. I DE Arij hæresi.
- II De concilio apud Nicæam congregato.
  - III De conuersione Philosophi Dialectici.
  - IIII De Paphnucio confessore.
  - V De Spiritidione episcopo, & mirabilibus eius.
  - VI Exemplum fidei Nicænæ, & statutorum eius.
  - VII De Helena Constantini matre.
  - VIII De cruce Saluatoris in Hierosolymis ab Helena reperta.
  - IX De captiuitate Frumentij & Edesij, & de conuersione Indorum per ipsos gesta.
  - X De conuersione gentis Iberorum per captiuam facta.
  - XI De Constantia sorore Constantini, & presbytero per eam fratri insinuato.
  - XII De Alexandri, & Eusebij, atque Arij conflictu.
  - XIII De probroso Arij interitu.
  - XIIII De Athanasij episcopi principis.
  - XV De Constantini Imperatoris errore.
  - XVI De concilio hæreticorum apud Tyrum contra Athanasium congregato.
  - XVII De exciso brachio Arsenij, ceterisque dolis hæreticorum in concilio reiectis.
  - XVIII De fuga & latebris Athanasij.
  - XIX Vt constans imperator pro Athanasio, fratri Constantio scripserit, eumque ecclesiæ suæ reddi iusserit.
  - XX De concilio apud Mediolanum habito, & exiliis Eusebij, Luciferi, cæterorumque episcoporum catholicorum.
  - XXI De Ariminensi concilio.
  - XXII De Liberio episcopo vrbs Romæ.
  - XXIII De Hierosolymorum & Alexandriæ episcopis.
  - XXIIII De ambitione episcoporum apud Antiochiam.
  - XXV De schismate Arianorum, quod in tres partes diuisum est, & quidam eorum Eunomiani, alij Macedoniani, alij vero permanserunt Ariani.
  - XXVI De fine Constantini imperatoris, & ortu Iuliani.
  - XXVII De episcopis ab exilio relaxatis.
  - XXVIII De Concilio apud Alexandriam sanctorum episcoporum, & Luciferi ab his dissidio.
  - XXIX De his quæ in eodem Concilio statuta sunt.
  - XXX De Eusebio & Hilario, atque ecclesiarum per eos restitutione.
  - XXXI De scriptis Hilarij.
  - XXXII De persecutionibus Iuliani blandis & callidis.
  - XXXIII De sæuitia eius erga Athanasium.
  - XXXIIII De fuga rursus & latebris Athanasij.
  - XXXV De sepulchro martyris Babylæ.
  - XXXVI De Theodoro confessore apud Antiochiam.
  - XXXVII De Iudæorum conatibus, qui à Iuliano decepti, templum in Hierosolymis reedificant.
  - XXXVIII Vt terræ motu inibi, & igni diuinitus accenso, Iudæi ab illicitis disturbabantur inceptis.
  - XXXIX De signis & virtutibus terrificis, quæ in exitium conuersa sunt Iudæorum.

RVFFI-



RVFFINI A QVILEIENSIS  
PRESBYTERI HISTORIÆ ECCLESIA-  
STICÆ LIBER PRIMVS.



VM apud Alexandriam post Achillam, qui Petro martyri successerat, Alexander sacerdotium suscepisset, <sup>CAP. I.</sup> <sup>Ann. 322.</sup> quia pax nostris & quies à persecutionibus erat, atque ecclesiarum gloria confessorum meritis gaudebat, prosperitas rerum nostrarum domestica contentione turbatur. Etenim presbyter quidam apud Alexandriam, <sup>Ann. 323.</sup> Arius nomine, vir specie & forma magis quam virtute religiosus, sed gloriæ laudisque & nouitatis improbe cupidus, praua quædam de fide christi proferre, & quæ antea in quæstionem nunquam uenerant, cepit: abcidere ac separare ab illa æterna & ineffabili Dei patris substantia vel natura filium conabatur. Quæ res plurimos in ecclesia conturbabat. Sed cum Alexander episcopus natura lenis & quietus, assiduis commonitionibus Arium cuperet à prauo incepto & assertionibus impiis reuocare, nec tamen res ex sententia procederet, quod plerosque iam contagio pestiferæ assertionis infecerat, non solum apud Alexandriam, verum & per alias vrbes prouintiasque dispersa, perniciosum fore credens si dissimularet, & aliis plurimis confacerdotibus suis rem indicat. <sup>al. dissimularet à talibus, plur. conf.</sup> Quæstio latius innotescit. Sermo usque ad aures religiosi principis, quippe qui omni studio & diligentia curaret quæ nostra sunt, peruenit. Tum ille ex sacerdotum sententia apud vrbe[m] Nicæam episcopale concilium conuocat, <sup>Ann. 325.</sup> ibique Arium trecētis decem & octo episcopis residentibus adesse iuber, ac de eius propositionibus & quæstionibus iudicari.

Sed & in eo concilio admirabile factum principis non puto reticendum. <sup>CAP. II.</sup> Etenim cum ex omnibus penè locis episcopi conuenissent, & (vt fieri solet) diuersis ex causis inter se quædā iurgia detulissent, interpellabatur frequenter à singulis: offerebantur libelli, culpæ proferebantur, & magis ad hæc quam ad id, pro quo ventū fuerat, animos dabāt. At ille vidēs quod per huiusmodi iurgia causa summi negocij frustraretur, diem certum statuit, qua vnusquisque episcoporum, si quid querimonie habere videretur, deferret. Et cum resedisset, suscepit à singulis libellos: quos simul omnes in sinu suo continens, nec in eis quid contineretur aperiens, ait ad episcopos: Deus vos constituit sacerdotes, & potestatem vobis dedit de nobis quoque iudicandi, & ideo nos à vobis recte iudicamur. Vos autem non potestis ab homi-

R ij

al. diffin-  
guite.

nibus iudicari. Propter quod dei solius inter vos expectate iudicium, & vestra iurgia quæcunque sunt, ad illud diuinum referentur examen. Vos etenim nobis à Deo dari estis dij, & conueniens non est vt homo iudicet deos, sed ille solus de quo scriptum est: Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos discernit. Et ideo his omiſſis, illa quæ ad fidem Dei pertinent, absque vlla animorum contentione† discingite. Quum hæc dixisset, omnes simul querimoniarum libellos iussit exuri, ne innotesceret vlli hominum simulatio sacerdotum. Verum quum per dies multos in episcoporum concilio de fide quæstio verteretur, & nonnulli diuersa sentirent, ac vehementer cœptis Arii fauerent, plures tamen erant qui impium execrarentur inceptum. Cumque in eodem concilio esset confessorum magnus numerus sacerdotum, omnes Arii nouitatibus aduersabatur, fauebatur vero eiviri in quæstionibus callidi, & ob id simplicitati fidei aduersi.

*CAP. III.* **Q**uantam vero virtutem habeat fidei simplicitas, etiam ex his quæ inibi gesta referuntur, agnoscimus. Etenim cum pro studio religiosi Imperatoris, ex omni terra sacerdotes dei coissent, opinione cōmoti philosophi quoque & dialectici valde nobiles & opinatissimi conuenerunt. In quibus quidam insignis in arte Dialectica, per dies singulos, consiliatus summi certaminis cum episcopis nostris, viris ad eam in Dialectica non improbabiler eruditus, mouebatur: & fiebat ingens spectaculum, conuenientibus ad audiendum doctis & litteratis viris. Nec tamen villo genere philosophus concludi à quoquam poterat, aut constringi. tanta etenim dicendi arte obiectis quæstionibus occurrebat, vt vbi maximè putaretur adstrictus, velut anguis lubricus laberetur. Sed vt ostenderet Deus, quia non in sermone regnum Dei, sed in virtute consistit, quidam ex confessoribus simplicissime naturæ vir, & nihil aliud sciens nisi Iesum christum, & hunc crucifixum inter ceteros auditores episcopos aderat. Qui cum vidisset philosophum insultantem nostris, & callida se disputationis arte iactantem, poscit ab omnibus locum, velle se paucis cum philosopho sermocinari. Tum vero nostri, qui simplicitatem viri & imperitiam de sermone duntaxat nosserent, pauere, & velut pudorem quendam pati, ne fortè apud callidos homines risui efficeretur sancta simplicitas. Perstitit tamè senior, & hinc mouit sermonis exordium. In nomine, inquit, Iesu Christi philosophe audi quæ vera sunt. Deus vnus est qui fecit cælum & terram, quique homini, quem de terræ limo formauerat, spiritum dedit: vniuersa quæ videntur & quæ non videntur, virtute verbi sui creauit, & spiritus sui sanctificatione firmavit. Hoc verbum ac sapientia, quem nos filium dicimus, humanos miseratus errores, ex virgine nascitur, & per passionem mortis à perpetua nos morte liberauit, ac resurrectione sua æternam nobis contulit vitam. Quem & expectamus iudicem omnium quæ gerimus esse venturum: credis hoc ita esse philosophe? At ille velut si nunquam vllum sermonem cotradicendi didicisset, ita obstupefactus virtute dictorum, mutus ad omnia, hoc solum potuit respondere, ita sibi videri, nec aliud verum esse quam quod dixerat. Tum senior: Si hæc, inquit, ita esse credis, surge &

ge & sequere me ad Dominicum, & huius fidei signaculum suscipe. Et philosophus conuersus ad discipulos suos, vel ad eos qui audiendi gratia conuenerant: Audite, inquit, o eruditi viri: donec verbis mecum gesta res est, verba verbis opposui, & quæ dicebantur, dicendi arte subuerſi: vbi vero pro verbis virtus processit ex ore dicentis, non potuerunt resistere verba virtuti, nec homo aduersari potuit Deo. Et ideo si quis vestrum potuit in his quæ dicta sunt sentire quæ sensu, credat Christo, & sequatur hunc senem, in quo loquutus est Deus. Ita philosophus Christianus effectus, tandem se gratulatus est victum.

*CAP. IIII.* **F**uit præterea in illo concilio & Paphnutius, homo dei, episcopus ex *CAP. IIII* Egypti partibus confessor, ex illis, quos Maximianus dexteris oculis effossis, & sinistro poplite succiso, per metalla damnauerat. Sed in hoc tanta virtutum inerat gratia, vt signa per eum non minus quam dudum per Apostolos fierent. Nam & dæmones verbo tantum fugabat, & ægros sola oratione curabat: sed & cæcis visum dicitur reddidisse, & paralyticos ad stabilitatem corporis reuocasse. Quem constantinus in tanta veneratione & affectu habuit, vt sæpius eum intra palatium euocatum complecteretur, & illum oculum qui in confessione fidei fuerat euulsus, auidioribus osculis demulceret.

*CAP. V.* **E**x eorum numero, & si quid adhuc eminentius, fuisse dicitur etiam *CAP. V.* Spiridion cyprius episcopus, vir vnus ex ordine prophetarum, quantum etiam nos eorum qui eum viderant narratione comperimus. Hic pastor ouium etiam in episcopatu positus permansit. Quadam vero nocte cum ad caulas fures venissent, & manus improbas quo aditum educendis ouibus facerent, extendissent, inuisibilibus quibusdam vinculis restricti, vsque ad lucem velut traditi tortoribus permanserunt. cum vero oues ducturus ad pascua matutinus se ageret senior, videt iuuenes absque humanis vinculis in caulibus pendere districtos. cūque causam noxæ cōperisset, absoluit sermone quos meritis vinxerat: & ne eis inanis nocturna cederet occupatio: Tollite inquit, o iuuenes vnum vobis arietem, ne sine causa venisse videamini, quæ melius prece quam furto quæsisse conuenerat. Tradunt de hoc etiam illud factum mirabile: filiam habuit Irenæ nomine, quæ ei cum bene ministrasset virgo defuncta est. Post eius obitum venit quidam dicēs, se ei quoddam depositum cōmendasse. Rem gestam ignorauerat pater. Perquisitum in tota domo, nusquam quod poscebatur inuentum est. Persistebat tamè ille qui cōmendauerat, & fletu ac lachrymis perurgebat: vitæ suæ quoque illaturum se esse exitium, nisi commendata reciperet, testabatur. Permotus lachrymis eius senex, ad sepulchrum filia properat, atque eam ex nomine clamitat. Tum illa de sepulchro: Quid vis, ait, pater? commendatum, inquit, illius vbi posuisti? At illa locum designans, illic, ait, inuenies defossum. Regressus ad domum, rem sicut filia de sepulchro responderat, repertam, tradidit reposcenti. Sed & multa alia eius feruntur gesta mirabilia, quæ etiam nunc ore omnium celebrantur. Tales igitur in illis adhuc temporibus permulti viri in ecclesiis domini refulgebant, ex quibus plurimi in illo concilio fuerunt.

Sed & Athanasius eodem tēpore Alexandriæ diaconus, Alexandrini episcopi aderat consiliis, senem quàm plurimis iuuans. Interea per dies singulos agitabatur conuentus, nec facile aut temere de re tanta statuere audebant. Euocabatur frequenter Arius in concilium, & assiduo tractatu assertiones eius discutiebantur, & quid aduersum hæc teneri deberet aut statui summa cum liberatione quærebatur. Verum post diutinum multumque tractatum placet omnibus, ac velut vno cunctorum ore & corde decernitur *ομολογῶν* scribi debere, id est, eiusdem cum patre substantiæ filium confiteri, idque firmissima omnium sententia pronuntiatur. Decem & septem soli tunc fuisse dicuntur, quibus Arius fides magis placeret, extrinsecus creatum dei filium ex nullis substantibus, & non ex ipsa patris deitate progenitum confirmantes. Defertur ad Constantinum sacerdotalis concilij sententia. Ille tanquam à Deo prolatam veneratur. Cui si quis tentasset obniti, velut contra diuina statuta venientem, in exilium se protestatur acturum. Sex igitur soli cum Ario se patiuntur expelli, reliqui vero vndecim consilio inter se habito, ad quiescunt ad subscribendum manu sola, non mente. Cuius simulationis auctor præcipue extitit Nicomediæ episcopus Eusebius. Interim quoquo modo aliis veritate, aliis simulatione (sicut post exitus docuit) subscribentibus, & de singulis quibusque ecclesiasticis obseruationibus certa statuta figentibus, consilium diremptum est. Exemplum autem expositionis fidei eorum qui conuenerant, infra scriptum est.

*Exemplum fidei Nicenæ.*

*C. A. P. VI.*  
*Ann. 324*  
**C**redimus in vnum Deum, patrem omnipotentem, omnium visibilium & inuisibilium factorem. Et in vnum dominum nostrum Iesum Christum filium dei de patre natum vnigenitum, id est, de substantia patris, deum ex deo, lumen ex lumine, deum verum ex deo vero, natum, non factum, *ομολογῶν* patri, hoc est, eiusdem cum patre substantiæ, per quem omnia facta sunt, quæ in cælis & quæ in terra. Qui propter nos & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est homo factus, passus est, & resurrexit tertia die, & ascendit in cælos, inde venturus iudicare viuos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, erat aliquando quando non erat, & antequam nasceretur non erat, & quia ex nullis substantibus factus est, aut ex alia substantia vel substantia, dicunt esse *ἕτερον* aut conuertibilem vel mutabilem filium dei, anathematizat catholica & apostolica ecclesia.

*al. extantib⁹*

- i. Statuunt præterea obseruandum esse in ecclesiis, ne quis ex his qui semetipsum impatientia libidinis exciderunt, veniret ad clerum.
- ii. Et ne quis nuper assumptus ex vita vel conuersatione gentili, accepto baptismo, antequam cautius examinetur, clericus fiat.
- iii. Et ne quis episcoporum cæterorumque clericorum cum extraneis mulieribus habitet, præterquam cum matre, vel sorore, vel *ἑτέρα*, vel si quæ sunt huiusmodi necessitudinum personæ.
- iiii. Et vt episcopus (si fieri potest) à totius prouinciæ episcopis ordinetur. Si hoc difficile est, certè non minus quàm à tribus, ita tamen, vt Metropolitan

tani

tani episcopi maxime vel præsentia, vel auctoritas habeatur. Absque quo ordinationem irritam esse voluerunt.

v. Et ne, quem alius episcopus de ecclesia expulerit, siue clericum, siue laicum, suscipiat alius. Sanè ne hoc aut iracundia aliqua, aut contentione (vt fieri solet) iniuste factum remedium non haberet, decernunt per singulos annos in singulis quibusque prouinciis secundò ab omnibus episcopis prouincialibus concilia agi debere, & de huiusmodi negociis iudicari, vt si fortè ab vno iniquè aliquid gestum est, à cæteris emendetur. Si rectè, vt ab omnibus confirmetur.

vi. Et vt apud Alexandriam, & in vrbe Roma, vetusta consuetudo seruetur, vt vel ille Ægypti, vel hic suburbicariarum ecclesiarum sollicitudinem gerat.

vii. Et vt si forte in ordinando episcopo, duo vel tres pro aliqua contentione dissentiant, reliquorum auctoritas, & præcipue Metropolitanum cum cæteris firmior habeatur.

viii. Et vt episcopo Hierosolymorum antiquitus tradita honoris prærogatiua seruetur, manente nihilominus & Metropolitanum ipsius prouinciæ dignitate. *Episc. Hier. res. prærogatiua.*

ix. Et vt Catharos (qui apud nos Nouatiani sunt) si forte pœnitentes ad ecclesiam conuertantur, confessos ecclesiastica dogmata, clericos in ordine quidem suo suscipi debere. Sed ordinatione data, sanè si episcopus ipsum veniat ad episcopum nostrum, debere eum in presbyterorum loco sedere. Episcopi vero nomen manere apud illum solum, qui catholicam semper tenuit fidem, nisi sua voluntate ipse cum tali nomine honorare voluerit, vel si placuerit, vt quærat ei episcopi locum vacantem, hoc sit in ipsius potestate.

x. Et ne in vna ciuitate duo sint episcopi.

xi. Et si qui forte indiscretè ad sacerdotium prouecti, postmodum vel ipsi aliquid de se criminofum confessi sunt, vel ab aliis reuicti, vt abiiciantur: sed & si qui ex his qui lapsi sunt, & per ignorantiam forte ordinati recogniti fuerint, vt abiiciantur.

xii. Et si qui absque tormentis in persecutionibus lapsi sunt, & ex corde agunt pœnitentiam, quinque annos inter catechumenos faciât, & duobus annis post hoc fidelibus tantum in oratione iungantur, & ita postmodum suscipiantur.

xiii. Qui vero propter confessionem militiam abiecerant, & rursus ad hanc abierunt, hos tredecim annis pœnitentiam gerere, & postea suscipi, *al. xxx.* si tamen ex corde pœnitentiam gerant. Esse tamen in potestate episcopi moderandi facultatem, si eorum fructuosam & attentam pœnitentiã viderit.

xiiii. De his vero qui vita excedunt pœnitentibus, decernunt, vacuum nullum debere dimitti. Si quis sanè accepta communionem superuixerit, debere eum tempora statuta complere, vel certe prout moderari episcopus voluerit.

xv. De catechumenis qui prolapsi sunt, statuerunt tribus annis eos à cate-

chumenorum oratione separatos, postea recipi debere.

xvi. Et ne de ciuitate inferiori ad maiorem ecclesiam transire quis ambiat siue episcopus, siue etiam alius clericus.

xvii. Et ne quis clericus qui derelicta ecclesia sua, nulla existente causa probabili vagatur & oberrat per alias ecclesias, suscipiatur in communionem.

xviii. Et ut nemo eum qui ad alium pertinet, subripiens, in sua ecclesia ordinet clericum absque consensu illius ad quem pertinet.

xix. Et ne quis clericus aut vsuras accipiat, aut frumenti vel vini ampliationem, quod solet in nouo datum, vel sexcuplum, vel etiam duplum recipi: quod si faciat, tanquam turpis lucri reum abiiciendum.

*Diaconus Eucharistiam non diuidat prae sente episcopo siue presbytero.* xx. Et ne diaconi presbyteris praeferantur, neue sedeant in concessu presbyterorum, aut illis praesentibus eucharistiam diuidant, sed illis agentibus solum ministrent. Si vero presbyter nullus sit in praesenti, tunc demum etiam ipsis licere diuidere: aliter vero agentes, abiici iubent.

*al. Photiniani.* xxi. Et ut Paulianistae, qui sunt Photiniani, rebaptizentur.

xxii. Sed & diaconissas, quoniam quidem manus impositionem non accipiunt, etiam ipsas inter laicos esse debere. Igitur cum de his prout diuinarum legum reuerentia poposcerat, decreuissent, sed & de obseruatione paschae antiquum canonem, per quem nulla de reliquo varietas oriretur, ecclesiis tradidissent, omnibus rite dispositis, ecclesiarum pax & fides in Orientis atque Occidentis partibus vna atque eadem seruabatur.

*C. AP. VII. an. 325.* **P**ER idem tempus Helena Constantini mater foemina incomparabilis fide & religione animi, ac magnificentia singulari, cuius iure Constantinus & esset filius & crederetur, diuinis admonita visionibus, Hierosolimam petit, atque ibi locum in quo sacrosanctum corpus patibulo affixum pependerit, ab incolis perquirat. Qui idcirco ad inueniendum difficilis erat, quod ab antiquis persecutoribus simulachrum in eo Veneris fuerat defixum, ut si quis Christianorum in loco illo christum adorare voluisset, Venerem videretur adorare. Et ob hoc infrequens & pene obliuioni datus fuerat locus. Sed cum (ut supra diximus) religiosa foemina properasset ad locum caelesti sibi inditio designatum, cuncta ex eo prophana & polluta deturbans, in altum purgatis ruderibus, tres confuso ordine reperit cruces.

*Tres cruces reperiuntur.* Sed obturbabat reperti muneris laeticiam vniuscuiusque crucis indiscreta proprietates. Aderat quidem & titulus ille, qui Graecis, & Latinis, atque Hebraicis litteris a Pilato fuerat conscriptus: sed nec ipse satis euidenter dominici prodebat signa patibuli. Hic iam humanae ambiguitatis incertum, diuinum flagitat testimonium. Accidit in eadem vrbe primariam quandam loci illius foeminam graui aegritudine confectam, seminecem iacere. Macarius per idem tempus ecclesiae illius episcopus erat. Is vbi cunctantem reginam atque omnes pariter qui aderant videt: Adferre (inquit) huc rotas quae repperit sunt cruces, & quae sit quae portauerit dominum, nunc nobis adaperiet Deus. Et ingressus cum regina pariter & populis ad eam quae decumbebatur, defixis genibus huiusmodi ad eum precem profudit.

Tu

**T**V domine, qui per vnigenitum filium tuum salutem generi humano per passionem crucis conferre dignatus es, & nunc in nouissimis temporibus adspirasti in corde ancillae tuae perquirere lignum beatum, in quo salus nostra pependit, ostende euidenter ex his tribus, quae crux fuerit ad dominicam gloriam, vel quae extiterit ad seruire supplicium, ut haec mulier quae semiuua decumbit, statim ut eam lignum salutare contigerit, a mortis ianuis reuocetur ad vitam. Et cum haec dixisset, adhibuit primo vnam ex tribus, & nihil profecit. Adhibuit secundam, & nesci quidem aliquid actum est. Ut vero admouit tertiam, repente adaperitis oculis mulier confurrexit, & stabilitate virium recepta, alacrior multo quam cum sana fuerat, tota domo discurrere & magnificare dei potentiam coepit. Sic euidenti indicio regina voti compos effecta, templum mirificum in eo loco in quo crucem repererat, regina ambitione costruxit. clauos quoque quibus corpus dominicum fuerat affixum, portat ad filium. Ex quibus ille frenos composuit, quibus vteretur ad bellum. Et ex aliis galeam nihilominus belli visibus aptam fertur armasse. Ligni vero ipsius salutaris partem detulit filio, partem vero thecis argenteis conditam dereliquit in loco: quae etiam nunc ad memoriam sollicita veneratione seruatur. Reliquit etiam hoc indicium religiosi animi regina venerabilis: Virgines quas ibi reperit deo sacratas, inuitasse ad prandium, & tanta eas deuotione curasse dicitur, ut indignum crederet, si famulorum vterentur officiis, sed ipsa manibus suis, famulae habitu succincta, cibum apponeret, poculum porrigeret, aquam manibus infunderet, & regina orbis ac mater imperij, famularum christi se famulam deputeret. Et haec quidem Hierosolymis gesta. Interea constantinus pietate fretus, Sarmatas, Gothos, aliasque barbaras nationes, nisi quae vel amicitias, vel deditioe sui pacem praeuenerant, in solo proprio armis edomuit. Et quanto magis se religiosius ac humiliter deo subiecerat, tanto amplius ei deus vniuersa subdebat. Ad Antonium quoque primum eremi habitatorem, velut ad vnum ex prophetis litteras suppliciter mittit, ut pro se ac liberis domino supplicaret. Ita non solum meritis suis, ac religione matris, sed & intercessione sanctorum, commendabilem se deo fieri gestiebat. Sane quoniam tanti viri Antonij fecimus mentionem, de virtutibus eius atque institutis, & sobrietate mentis, ut in solitudine vitam degens, vsus solummodo consortio fuerit bestiarum, & de demonibus crebros agens triumphos placuerit deo supra cunctos mortales, utque institutionis suae praecleara vsque in hodiernum monachis exempla reliquerit, volentem me aliqua exponere ille libellus exclusit, qui ab Athanasio scriptus, etiam Latino sermone editus est. Propter quod nos, ommissis his quae ab aliis iam dicta sunt, ea memorabimus, quae quamuis gestorum contineat fides, & ab his tamen qui longe positi sunt, obscurior fama subtrahit.

*C. AP. VIII. VIII. Miraculum crucis christi. Virgines monacha. Ann. 336. Ann. 338.*

**I**N ea diuisione orbis terrae quae ad praedicandum verbum dei forte per Apostolos celebrata est, cum alia alijs prouinciae obuissent, Thomae Parthia, & Matthaeo Aethiopia, eique adhærens citerior India Bartholo-

*C. AP. IX.*

męo dicitur forte decreta. Inter quam Parthiamque media, sed longo interior tractu, India vltior iacet, multis variisque linguis & gentibus habitata, quam velut longe remotam, nullus Apostolicę predicationis vomer impresserat, quę tamen temporibus Constantini tali quadam ex causa femina fidei prima suscepit. Metrodorus quidam philosophus, inspiciendorum locorum, & orbis perscrutandi gratia, vltiorem dicitur Indiam penetrasse. Cuius exemplo etiã inuitatus Meropius quidam Tyrius philosophus simili ex causa adire Indiam voluit, habens secum duos puerulos, quos liberalibus litteris utpote propinquos instituebat. Quorum vnus qui erat iunior Edesius, alter Frumentius vocabatur. Igitur peruisis, & in notitiã captis his quibus animus pascebatur, cum philosophus redire cepisset, aquę vel ceterorum necessariorum causa ad portum quendam nauis qua vehebatur applicuit. Moris est inibi Barbarorum, vt si quando fœdus sibi cum Romanis turbatum vicinę nunciauerint gentes, omnes qui apud eos ex Romanis inuenti fuerint, iugulentur. Inuaditur nauis philosophi: cuncti cum ipso pariter perimuntur. Pueruli reperti sub arbore meditantē & lectiones suas parantes, Barbarorum miseratione seruati, ducuntur ad regem. Horum ille alterum, id est, Edesium sibi pincernum fecit. Frumentio vero, quem quasi perspicacem deprehenderat & prudentem, rationes suas scriniaque commisit. Ex quo & in honore magno apud regē habitū, & in amore. At vero moriens rex, vxorem cum paruulo filio regni dereliquit hæredem: adolescentibus autem quid vellent, agendi dedit liberam facultatem. Quos tamen regina suppliciter exorat, tanquã quę nihil haberet in toto regno fidelius, vt secum vsquequo adolefceret filius, regendi regni sollicitudinem partirentur: & præcipuē frumentium, cuius prudentia ad moderandum sufficeret regnum. Nam alius fidem puram, & sobriam mentem simpliciter exhibebat. Idque dum agerēt, & regni gubernacula Frumentius haberet in manibus, Deo mentem eius & animos instigante, requirere sollicitius cepit, si qui inter negociatores Romanos Christiani essent, & ipsis potestatem maximam dare, ac monere, vt conuenticula per loca singula facerent, ad quę Romano ritu orationis causa confluerent. Sed & ipse multo magis eadem facere, & ita ceteros cohortari, fauore & beneficiis inuitare, præstare quicquid opportunum fuisset, loca ædificiis, aliaque necessaria præbere, & omnimodo gestire, vt christianorum inibi semē exurgeret. Sed cum regius puer adoleuisset, cui procurationem regni gerebant, expletis omnibus & ex fide traditis, multum licet detinentibus & rogantibus vt manerent regina vel filio, ad orbem tamen nostrum reuertuntur. Et Edesio festinante Tyrum, parentes propinquosque reuisere, Frumentius Alexandriam pergit, dicens, æquum non esse, opus occultare Dominicum. Igitur rem omnem vt gesta est exponit episcopo, ac mouet vt prouideat virum aliquem dignum, quem congregatis iam plurimis Christianis, & ecclesiis constructis in Barbarico solo, episcopum mittat. Tum vero Athanasius (nam is nuper sacerdotium susceperat) attentius & propensius frumentij dicta gesta que, considerans, in concilio sacerdotum

Edesius à  
poculis.  
Frumentius à  
rationibus.

dotum ait: Et quem alium inueniemus virum talem, in quo sit spiritus Dei in ipso sicut in te, qui hæc ita possit implere? Et tradito ei sacerdotio, redire eum cum domini gratia vnde venerat iubet. Quique cum episcopus perrexisset ad Indiam, tanta ei data esse à deo virtutum gratia dicitur, vt signa per eum Apostolica fierent, & infinitus numerus Barbarorum conuerteretur ad fidem. Ex quo in Indię partibus & populi Christianorum & ecclesię factę sunt, & sacerdotium cepit. Quę nos ita gesta, non opinione vulgi, sed ipso Edesio Tyri presbytero postmodum facto, qui Frumentij comes prius fuerat, referente cognouimus.

PER idem tempus etiam Iberorum gens, quę sub axe Pontico iacet, verbi dei fœdera, & fidem futuri susceperat regni. Sed huius tanti boni prestitit causam mulier quędam captiua, quę apud eos reperta, cum fidelem & sobriam satis ac pudicam duceret vitam, totisque diebus ac noctibus obsecrationes deo peruigiles exhiberet, in admiratione esse ipsa rei nouitas Barbaris cepit, & quid hoc sibi velit, curiosus perquirebant. Illa, vt res erat, simpliciter Christum se deum hoc ritu colere fatebatur. Nihil ex hoc amplius Barbari præter nouitatem nominis mirabantur. Verum (vt fieri solet) ipsa perseuerantia curiositatem quandam mulierculis inferebat, si quid emolumenti ex tanta deuotione caperetur. Moris apud eos esse dicitur, vt si paruulus ægrotet, circumferatur à matre per singulas domus, quo scilicet si quis experti aliquid remedij nouerit, cõferat laborati: cumque mulier quędam paruulum suum per omnes circumtulisset ex more, nec aliquid remedij cunctas domos lustrando cepisset, venit etiam ad captiuam, vt si quid sciret, ostenderet. Illa se humani quidem remedij nihil scire testatur, deum tamen suum Christum quem colebat, dare ei desperatam ab hominibus posse salutem confirmat. Cumque cilicio suo paruulum superposuisset, atque ipsa desuper orationem fudisset ad dominum, sanum matri reddidit infantem. Sermo defertur ad plures, factique fama magnifici vsque ad aures reginę perlabitur. Quę dolore quodam grauissimo corporis afflicta, in desperatione maxima erat. Rogat ad se captiuam deduci. Illa ire abnuit, ne presumere amplius aliquid quę sexus sineret, videretur. Ipsam se regina deferri ad captiuę cellulam iubet. Quam similiter supra cilicium suum positam, inuocato Christi nomine, cõtinuò post precem, sanam & alacrem fecit exurgere. Christumque esse deum, dei summi filium, qui salutem hanc cõtulerit, docet, eumque quem sibi auctorem suę sciret esse incolumitatis, & vitę, commonet inuocandum. Ipsum namque esse, qui & regibus regna distribuat, & mortalibus vitam. At illa cum lætitia domum regressa, marito percontanti, causam tam subitę sanitatis aperuit, quique cum pro salute coniugis lætus, & mulieri munera deferri iuberet, illa: Horum, inquit, ò rex nihil captiua dignatur: aurum despicit, argentum respuit, ieiunio quasi cibo pascitur: hoc solum ei muneris dabimus, si eum, qui me illa inuocante sanauit, Christum deum colamus. Ad hoc tunc rex segnior fuit, & interim distulit, sepius licet ab vxore commonitus, donec accidit quadam die venante eo in syluis cum comitibus suis, obscurari

CAP. X.

Mulier ca.  
ptiua.

densissimis tenebris diem, & per tetrae noctis horrorē luce subducta, cæcis iter gressibus denegari. Alius aliò diuersi ex comitibus oberrant, ipse solus densissima obscuritate circumdatus, quid ageret, quò se verteret nesciebat: cum repente anxios salutis desperatione animos cogitatio talis ascendit. Si verò deus est christus ille, quem uxori suę captiua prædixerat, nunc se de his tenebris liberet, vt ipsum ex hoc ommissis omnibus coleret. Ilico vt hæc nondum verbo, sed sola mente deuouerat, reddita mundo dies, regē ad urbem perducit incolumem. Quique reginæ rem protinus vt gesta est pandit. Euocari iam iamque captiuam, & colendi ritum vt sibi tradat, exposcit: neque se vltra alium deum quàm christum veneraturum esse confirmat. Adest captiua, edocet deum christum: supplicandi ritum venerandique modum, in quantum de his aperire feminæ phas erat, pandit. fabricari tamen ecclesiam monet, formamque describit. Igitur rex totius gentis populo conuocato, rem ab initio quæ erga se ac reginam gesta fuerat, exponit, fidemque edocet, & nondum initiatus in sacris, fit suæ gentis Apostolus. Credunt viri per regem, feminæ per reginam: cunctisque idem volentibus ecclesia extruitur instanter: & eleuato iam pernicious murorum ambitu, tempus erat quo columnæ collocari deberent. Cùmque erecta prima vel secunda ventum fuisset ad tertiam, cōsumptis omnibus machinis, & boum hominumque viribus, cùm media iam in obliquum fuisset erecta, & pars reliqua nullis machinis erigeretur, repetitis secundò & tertio ac sæpius viribus, ne loco quidem moueri attritis omnibus potuit. Admiratio erat totius populi, regis animositas hebescebat: quid fieri deberet, omnes simul latebat. Sed cùm interuentu noctis omnes abscississent, cunctique mortales & ipsa opera cessarent, captiua sola in oratione pernoctās mansit intrinsecus: cum ecce matutinus & anxius cum suis omnibus ingrediens rex, videt columnam, quam tot machinæ ac tot populi mouere non quierant, erectam, & supra basim suam libratè suspensam, nec tamen superpositam, sed quantum vnus pedis spatium in aere pendentem. Tunc vero omnes populi contuentes & magnificentes deum, veram esse regis fidem, & captiuæ religionē præsentis miraculi testimonio perhibebant. Et ecce miratibus adhuc & stupentibus cunctis, in oculis eorum sensim supra basim suam, nullo contingente, columna deposita, summa cum libratione confedit. Post hoc reliquus numerus columnarum tanta facilitate suspensus est, vt omnes quæ super fuerant, ipsa die locarentur. Postea vero quàm ecclesia magnifice constructa est, & populi fidem Dei maiore ardore sitiebant, captiuæ monitis ad imperatorem constantinum totius gentis legatio mittitur: res gesta exponitur: sacerdotes mittere oratur, qui cæptum erga se dei munus explerent. Quibus ille cum omni gaudio & honore transmissis, multo amplius ex hoc lætatus est, quàm si incognitas Romano imperio gentes & regna ignota iunxisset. Hæc nobis ita gesta, fidelissimus vir Bacurius, gentis ipsius rex, & apud nos Domesticorum Comes (cui summa erat cura & religionis & veritatis) exposuit, cum nobiscū Palestini tunc limitis Dux, in Hierosolymis satis vnanimiter degeret. Sed

ad

ad cœptum redeamus.

Posteaquam religiosi principis mater Helena summis Romani regni honoribus affecta, ex hac luce discessit, constantia tunc Licinij relicta, fratris Augusti solatiis utebatur. Huic accidit presbyterum quendam venire in noticiam, latenter partibus Arii fauentem. Sed is primò nihil omnino de his apud sororem principis aperire: vbi vero multa familiaritas copiam tribuit, paulatim sermonem cœpit aspergere, inuidiam dicens Ario generatam, & pro simultatibus priuatis episcopum suum rem contentiosè exagitauiſſe, æmulationis stimulo confixum, quod Arius apud plebem factis charus haberetur. Hęc atque huiusmodi alia frequentius suggerens, animos constantiæ suos efficit. Quæ cùm diem obitura, visitaretur à fratre, atque ab eo blande religiosèque compellaretur, extremam dicitur ab eo gratiam poposcisse, vt presbyterum in familiaritatem reciperet, & quæ sibi ab eo pro spe & salute suggererentur, audiret: se quidē iam ex hac luce discedentem nihil curare: pro fratris vero statu esse sollicitam, ne forte pro innocentium pœnis, regni sui pateretur excidium. Quibus ille monitis a sorore susceptis, & fidelem pro se germanæ sollicitudinem credens, accommodauit aurem presbytero: & interim accersiri de exilio Arium iubet, vt quemadmodum de fide sentiret, exponeret. Tum ille fidem conscripsit, quæ non quidem sensum nostrum, tamen verba nostra continere professionemque videretur. Miratus quidem est imperator, & putauit vnā eandemque in ipsius & cōcilij dudum gesti expositione sententiā contineri: tamen in nullo relaxat animi vigorem, sed rursus eum ad concilij remittit examen, quoniam quidem ad dedicationem Hierosolymorum ex omni orbe coire sacerdotes inuitabantur, hæc ad eos de nomine eius scribens, vt si expositionem fidei eius probarent, & eum vel per inuidiam (vt asserbat) tunc circumuentum dinoscere, vel nunc ab errore correctum, clementi erga ipsum iudicio uterentur: quando quidem tanta fuerit concilij moderatio, vt non in personam eius, sed in dogmatum prauitatem fuerit lata sententia, si tamen & episcopi eius Alexandri accommodaretur assensus. Sed & ab his quidem qui primò cœptis eius fauentes, cùm simulatione subscriperat, facile receptus est. Cùm verò Alexandriam perrexisset, ibi omne eius frustratur inceptum: quoniam quidem dolis apud ignorantes locus est, scientibus verò, dolum intendere, non aliud est quam risum mouere. Interea dum hæc apud Alexandriam frustra agitantur, venerabilis Augustus Constantinus in suburbana villa nicomediæ tricesimo & primo imperii sui anno diem functus est, liberis de successione Romani orbis testamēto hæredibus scriptis. Quo in tēpore quoniā quidē Cōstātius, cui orientis regnum decreuerat, præsens nō erat, dicitur secretò accersiens presbyterum, quem à sorore commendatum supra diximus, & exinde familiariter habitū, tradidisse ei testamētū quòd scripserat, & obtestatus sub sacramēto, ne vlli nisi Cōstāntio cū venisset, in manus traderet. Cui etiā quæ eunuchi qui erant in Palatio fauebant, arte indicio de Imperatoris morte suppresso vsq; ad Cōstāntij præsentiam multis noua tentantibus oppressis,

Rex fit christianus.

Ecclesia extruitur.

Miraculum ad preces mulieris.

Iberi poscunt à Constantino sacerdotes.

C. AP. XI

Hieros. de die celebris

Ann. 349

Constant. Aug. moritur.

*Puer legens dum res tuta.* restituta integræque remanere. Cum vero constantius affuisset, depositum presbyter restituit. Cuius beneficii gratia Imperator regni cupidus, ita ei deuinctus est, ut qui imperare cunctis ambierit, ab illo sibi imperari equanimiter pateretur. Ex quo, deuincto sibi Imperatore, cepit de Arii restitutione suggerere, & nolentes adquietere sacerdotes, uti cogeret, persuadere.

*C. AP. XII* **E**A tempestate apud Alexandriam Alexander, in Hierosolymis Maximus confessor, apud Constantinopolim æque Alexander, ut ex Athanasij scriptis comperimus, sacerdotio fungebantur. Sed Eusebius qui apud Nicomediam erat, de cuius simulatione in subscribendo supra diximus, amplam temporis nactus occasionem, & principi per presbyterum familiaris effectus, reuolueret omnia, atque in irritum reuocare concilii gesta molitur. Arium nequicquam apud Alexandriam commorantem venire facit, & Imperialibus edictis concilium denuo Constantinopolim conuocari. Quo conuenere illi maximè, qui Arium atque Eusebium sectabantur, quique sæpe cum Alexandro congressi ut Arium susciperet, nec tamen aliquid profligantes, ab iniuriis quidem eius temperabant. Ad vltimum certam ei diem statuentes denuntiant, ut aut ipse Arium susciperet, aut si reniteretur, se ecclesia pulso & in exilium truso, ab alio eum suscipiendum sciret. Tum ille nocte, quæ ad constitutam intererat diem sub altari iacens, atque in oratione & lachrymis totam peruigilè ducens, ecclesiæ causam domino commendabat. Cumque lux fuisset exorta, nec tamen ab oratione Alexander cessaret, Eusebius cum suis omnibus, velut hæretici belli signifer, domum Arii matutinus ascendit, eumque prope sequi ad ecclesiā iubet, protestatus quod Alexander, nisi præsens adquietceret, expulsus cederet loco.

*C. AP. XIII* **I**Gitur omnium summa expectatio, quò vel Alexandri perseverantia, vel Eusebii Ariique instantia declinaret. Cumque cunctorum animi essent, ut in tali re, expectatione suspensi, Arius ad ecclesiam pergens, episcoporum & populorum frequentia constipatus, humanæ necessitatis causa ad publicum locum declinat. Vbi cum sederet, intestina eius atque omnia viscera in secessus cuniculū deflueret: ita tali in loco dignam mortem blasphema ac foetida mente exoluit. Quod postea quàm in ecclesia nuntiatum est Eusebio, atque his qui vnà secum sanctum & innocètem virum Alexandrum de Ario recipiendo fatigabant, superati pudore, & ad operti confusione discedunt. tunc completus est sermo ad gloriam domini, quem Alexander in oratione sua ad deum proclamauerat, dicens: Iudica domine inter me & Eusebii minas atque Arii vim. Sed hæc ad præsens quidem paululum pudoris habuere. Onuenientes vero inter se hæretici, veriti ne forte si, sicut res gesta est, integre ad imperatorem constantium peruenisset, non solum à perfidia eorum, in qua callidè irretitus tenebatur, abscederet: verum & in auctores deceptionis suæ seuerius aliquid ex regia auctoritate decerneret, componunt per eunuchos quos iam perfidia deceptos tenebant, uti de Arii morte Imperator quam fieri posset compositæ & communiter nosceret, neque aliquid quod Dei vindictam indicare videretur, audiret.

Quibus

Quibus ita gestis, de causa fidei ut cœperant, prosequuntur.

**I**Gitur apud Alexandriam, defuncto Alexandro, Athanasius susceperat *C. AP. XIIII. An. 333* sedem. Quòd verò esset vir acris ingenij, & in ecclesiasticis negociis apertè vigilans, satis iam tunc hæreticis innotuerat, cum ad Concilium Nicænum cum episcopo suo sene Alexandro venerat, cuius suggestionibus hæreticorum doli ac fallaciæ vigilanter detegebantur. Statim ergo ut cum episcopum factum cognouerāt, rati id quod res indicabat, sua negocia per illius sollicitudinem non facile processura, omnibus modis querere aduersus eum machinas deceptionum parabant. Verum non mihi absque ordine videtur, pauca de huius viri origine supra repetere, & cuius à puero institutionis fuerit, sicuti ab his qui cum ipso vitam duxerant accepimus, memorare. Tempore quo apud Alexandriam Petri martyris diem Alexander episcopus agebat, cum post expleta solennia conuenturos ad conuiuium suum clericos expectaret in loco mari vicino, videt eminus puerorum supra oram maris ludum imitantium, ut fieri solet, episcopum atque ea quæ in ecclesiis geri mos est. Sed cum intentius diutine pueros inspectaret, videt ab his geri quædam etiam secretiora & mystica. Perturbatus ilicò, vocari ad se clericos iubet, atque eis quid eminus ipse videret, ostendit. Tum abire eos, & comprehensos ad se perducere omnes pueros imperat. Cumque adessent, quis eis ludus, & quid egissent, vel quomodo percunctatur. Illi, ut talis habet ætas, pauidi, negare primò, deinde rem gestam per ordinem pandunt, & baptizatos à se esse quosdam catechumenos confitentur per Athanasium, qui ludi illius puerilis episcopus fuerat *Athanasius puer, quosdam per ludum baptizat.* simulatus. Tum ille diligenter inquirens ab his qui baptizati dicebantur, quid interrogati fuerint, quidve responderint, simul & ab eo qui interrogauerat. Vbi videt secundum religionis nostræ ritum cuncta constare, colloquutus cum concilio clericorum, statuisse traditur, illis, quibus integris interrogationibus & responsionibus aqua fuerat infusa, iterari baptismum non debere, sed adimpleri ea quæ à sacerdotibus mos est. Athanasium vero atque eos quos ludus ille vel presbyteros habere visus fuerat, vel ministros, conuocatis parentibus, sub dei obtestatione tradit ecclesiæ suæ *Non rebaptizantur etiam ioco baptizati.* nuntios. Paruo autem tempore, cum à notario integre, & à Grammatico sufficienter Athanasius fuisset instructus, continuo tanquam fidele domini commendatum, à parentibus restituitur sacerdoti, ac velut Samuel quidam in templo domini nutritur, & ab eo pergente ad patres in senectute bona, ad portandum post se ephod sacerdotale deligitur. Sed huius tanti in ecclesia pro fidei integritate agones fuerunt, ut etiam de hoc videatur dictum esse illud quod scriptum est: Ego enim ostendam ei, quanta eum pati oporteat pro nomine meo. In huius etenim persecutiones vniuersus coniuratus orbis, & commoti sunt principes terræ: gentes, regna, exercitus coierant aduersus eum. Ille autem diuinum illud conseruabat eloquiū, dicens: Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum: si insurgat in me prælium, in hoc ego sperabo. Verum quoniam tanta ac talia eius gesta sunt, ut magnitudo quidem rerum nihil me præterire patiatur:



multitudo vero gestorum quàm plurima cogat omittere, incertus aestuat animus, dum deliberare non valet quid teneat, quid omitat. Et ideo pauca nos quæ ad rem pertinent memorabimus, reliqua eius fama narrabit sine dubio minora vero nūtiatura. Nam nihil quod addere possit, inueniet.

*CAP. XV*  
*An. 343.* **I**gitur vbi Constantius Orientis regnum solus obtinuit, Constantino fratre non longè ab Aquileia apud Alsam fluiuium à militibus interfecto, Constans vtriusque germanus, Occidentem satis industrie gubernabat. Nam Constantius natura & animo regio, dum primis illis regni sui fautoribus satis indulget, per eunuchos arte in perfidiam decipitur à peruersis sacerdotibus: & intento satis studio, prauis eorum contentionibus obsecundat. Sed illi verentes, ne fortè ad eundi regis copia quandoque fieret Athanasio, & per eum de veritate fidei quam peruertebant, secundum scripturas edoceret, omnimodis insimulare eum apud principem, & velut omnium scelerum ac flagitiorum adgrediuntur exponere, vsquequo humani corporis brachium loculo delatum Imperatori ostendunt: quod ab Athanasio excisum magicæ artis gratia de Arsenij cuiusdam corpore confirmabant. Sed & alia quam plurima criminosa simul & flagitiosa componunt.

*CAP. XVI* **Q**uibus ex causis Imperator iubet conuocato Concilio Athanasium cōdemnari. Idque apud Tyrum (misso è latere suo vno ex Comitibus, adnitente quoque Archelao tunc Comite Orientis, nec non & eo qui Phœnicem prouinciam gubernabat) congregari iubet. Eò deducitur Athanasius, loculus cum humano brachio circumfertur, inuidia & horror non solum religiosas, sed & viles animas peruadit.

*CAP. XVII.* **H**ic Arsenius, cuius brachiū dicebatur excisum, lector aliquando Athanasij fuerat, & ob culpam correptionem veritus, frequentia sese subtraxerat. Cuius latebras opportunas sibi ad huiusmodi commentum flagitiosi homines rati, initio compositi criminis occultatum eum apud quendam, quem fidissimum sceleribus suis crediderant, retinebant. Peruenit tamen ad hunc in latebris positum, quid suo nomine criminis intētaretur Athanasio. Et siue eum ipsa humanitatis contemplatio, siue diuina perpulit prouidentia, clàm per noctis silentia euadens claustris, enauigauit Tyrum. Et pridie quàm causæ dicendæ adesset vltimus dies, Athanasio sese Arsenius obtulit, vtque se rerum gestarum series haberet, edocuit. Ille domi esse hominem, nec innotescere cuiquam de eius præsentiā iubet. Interea Concilium cogitur, in quod aliquanti concinnatæ calumniæ conficij, omnes pene infenso animo aduersum Athanasium præiudicatōque conueniunt. Per idem tempus Paphnutius confessor, de quo supra memorauimus, aderat. Athanasij innocentia conscius. Is cum vidisset Maximum Hierosolymorum episcopum, qui vnà secum effosso oculo, & poplite succiso, confessor extiterat, verum pro nimia simplicitate nihil de sacerdotum scelere suspicantem, confedisse cum cæteris quos factionis macula sociauerat, medium confessum adire non veritus: te, inquit, maxime, cum quo mihi vnum atque idem confessionis insigne est, cū quo mihi pariter

morta-

mortale lumen effossum, clariorem diuini luminis cōciliauit aspectum: te, inquam, non patiar sedere in concilio malignantium, & cum iniqua gerētibz introire. Iniectaque manu eleuans eum de medio eorum, ac de singulis instruens, perpetua dehinc Athanasio communiōe sociauit. Sed interim causa dicitur. Prima introducit accusatio mulieris cuiusdam, quæ se *prima ca-* diceret aliquando hospitio Athanasium suscepisse, & ab eo noctu nihil *lumnia.* suspicantem, vim corruptionis esse perpessam. Introduci ad hæc iubetur Athanasius, ingreditur cum Timotheo presbytero suo, eumque monet, vt posteaquam mulier dicendi finem fecisset, se tacente ad ea quæ dixerat responderet. Cūque mulier ea quæ edocta fuerat, perorasset, Timotheus *Timotheus* conuersus ad eam: Vere, inquit, mulier ego mansi apud te aliquando, aut *simulat se* vim tibi, vt asseris, feci? tunc illa (vt mulierum se talium procacitas habet) *Athana-* obiurgans timotheum: tu tu, inquit, mihi vim fecisti, tu in illo loco *sum.* commaculasti castitatem meam. Simul & conuersa ad iudices, obtestari fidem dei cepit, vera se dicere. Tum omnes ridiculos pudor habere cepit, quod tam facile tacente eo, factio compositi criminis patuisset. Nec tamen permitti sunt iudices habere de muliere quæstionem, *secunda ca-* vnde hæc, vel per quos, aut quomodo fuisset aprata calumnia, quoniam *lumnia.* iudicandi libertas penes accusatores erat. Hinc transitur ad aliud crimen. Profertur facinus seculis inauditum. Hoc est, inquit, vbi nemo possit verborum præstigiis decipi, res oculis agitur, verbis cessantibus: Brachiū hoc te, aiunt, Athanasi accusat excisum. Hæc est, Arsenij dextera, quam tu quomodo, vel ad quos vsus excideris, indicato. tum ille: Quis enim, inquit, vestrum Arsenium nouerat, vt hanc ipsius dexteram cognoscatis. Exurrexerunt aliquanti, qui se dicerent optime scisse Arsenium, in quibus nonnulli erant absque cōscientia factionis. Orat dehinc à iudicibus Athanasius, vt hominem suum quem in negocium deposceret, iubeant introduci. Cūque introductus esset Arsenius, eleuato eius vultu, Athanasius concilio & iudicibus ait: hic est Arsenius. Et alleuans eius nihilominus dexteram: Hæc est, inquit, etiam dextera eius, hæc est & sinistra. Hæc autem, quam isti offerunt, manus vnde sit, vos requirite. tunc velut nox quædam & tenebræ accusatorum oculis infusæ, quid agerent, quò se vertent, nesciebant. Ipsum etenim esse Arsenium testes qui paulò ante scire se dixerant, confirmabant. Verum, quia non iudicandi, sed opprimendi hominis causa concilium gerebatur, fragor omnium repente attollitur, magum esse Athanasium, & decipere intuentium oculos conclamatur, nec debere villo modo vltra talem hominem viuere: factòque impetu, suis eum discerpere manibus parant. Sed Achelaus, qui cum cæteris ex præcepto Imperatoris concilio præsidebat, creptum eum de discerpentium manibus, per occultos exitus eduxit, ac fugæ (qua solum posset) salutem monuit cōmendare. conciliū tamē rursum cōueniens, tanquā si nihil omnino deprehensum fuisset, vt cōfessum de intētatis criminibus Athanasium *Athana-* condēnat. Et gesta in hunc modū facta per orbē terræ mittentes, ad sce- *sius inique* *cōdemna-* *tus fugere* *cogitur.* ris sui consensum Imperatore cogente, cæteros episcopos perpulerunt.

S ij

C. AP.  
XVIII.

Hinc iam toto orbe profugus agitur Athanasius, nec ullus ei tutus ad latendum supererat locus, Tribuni, Præpositi, comites, exercitus quoque ad inuestigandum eum mouentur edictis imperialibus. Præmia delatoribus proponuntur, si quis viuum maximè, si id minus, caput certe Athanasij detulisset. Ita totis regni viribus frustra aduersum eum, cui deus aderat, certabatur. Interea sex continuis annis ita latuisse fertur in lacu cisternæ non habentis aquam, vt solem nunquam videret. Sed cum per ancillam, quæ sola conscia dominorum officii qui ei latebras præbuerant videbatur, indicatus fuisset, tanquam dei spiritu admonitus, ipsa nocte qua ad eum comprehendendum cum indicibus veniebatur, post annos sex migravit ad alium locum. Ita illi qui venerant frustrati, dominisque in fugam versis, de ancilla vt falsa indice pœnas sumunt.

C. AP.  
XIX.  
An. 346.Athana-  
sius fugit  
ex occiden-  
tis partibus  
ad Constân-  
tem Cæsare

Verum ne graues alicui latebræ suæ fierent, & occasio calumniæ innocentibus quæreretur, nihil sibi vltra iam tutum in constantij regno præsumens ad constantis partes profugus abcessit. A quo satis honorifice religiosèque susceptus est. Quique causa eius quàm fama compererat diligentius cognita, scribit ad fratrem, pro certo se comperisse, quod sacerdos dei summi Athanasius, iniuste fugas & exilia pateretur. Hunc itaque recte faceret, si absque vlla molestia loco suo restitueret: si id nolle, curæ sibi futurum, vt id adimpleret, regni eius intima penetrans, & pœnas dignissimas de auctoribus sceleris sumens. Quibus scriptis perterritus Constantius (quod posse facere ea quæ minitabatur, conscius erat, fratrem) simulata benignitate vtrò venire ad se Athanasium iubet, & leui increpatione perstrictum, ad ecclesiam suam permittit securum ire. Admonitus tamen Imperator ab impiis consiliariis: Non est, inquit, magnum Athanasij, quod episcopi poscunt de te, vt vnâ ex multis quæ sunt apud Alexandriam ecclesiis, cõcedas populis eorum qui tibi communicare nolunt. Tum ille, deo sibi suggerente, paratum in tempore consilium reperit. Et quid est, inquit, Imperator, quod poscenti tibi liceat denegari, qui potestatem omnium habes iubendi? Sed vnum est quod oro, vt meam quoque petitiunculam libenter admittas. Cùmque se omnia quæ vellet, quamuis essent difficilia, promitteret præstaturum, si hoc vnum cederet libens, ait Athanasius: Hoc est quod rogo, vt quia etiam hîc, nam apud Antiochiam res agebatur, sunt nostri populi qui istis communicare nolunt, vnâ eis tenere concedas Ecclesiam. Æquissimum sibi videri, & valde præstandum, lætus sponndit Imperator. Sed cum rem detulisset ad eos, quorum consiliis utebatur, neque ibi se velle accipere ecclesiam, neque hic dare respondent, quia plus sibi singuli quique quàm absentibus consulebant. Ita Imperator admiratus eius prudentiam, properare ocyus ad suscipiendam suâ ecclesiâ iubet. Sed cùm magnentij scelere Imperator Cõstans regno simul & vita fuisset exēptus, rursum in Athanasium veteres illi incētores præcipis odia resuscitare cœperūt. Fugatoq; de ecclesia, in locum eius Georgium quendam perfidiæ & immanitatis suæ socium mittunt. Nā prius quendam Gregorium miserāt. Rursū fuga, rursū latebræ & edicta aduersū Athanasium principis per omnē locum

locum ponuntur, præmia & honores delatoribus pollicentia. Ipse quoque cum ob vindictam necis fraternæ, regnumque recuperandum ad Occidentis partes venisset, & extincto tyranno, regni solus arce potiretur, fatigare Occidentales episcopos, & per deceptionem ad consensum Ariane hæreseos cogere aggreditur. Athanasij prius condemnatione præmissa, & velut obicis validissimi obiectione sublata.

Ob hoc apud Mediolanum episcoporum concilium conuocatur, plures <sup>C. AP.</sup> decepti: Dionysius vero, Eusebius, Paulinus, Rhodanius, & Lucifer, <sup>XIX.</sup> dolū in negotio esse proclamantes, asserentesque quod subscriptio in Athanasium, non aliam ob causam, quam destruendæ fidei moliretur, in exilium trusi sunt. His etiam hilarius iungitur, cæteris vel ignorantibus, vel non credentibus fraudem.

Sed tali consilio gestum fuisse negocium, rei exitus docuit. Illis nanque <sup>C. AP. XX.</sup> de medio sublatis, continuo synodus apud Ariminum congregatur, ibi secundum ea quæ Oriētales apud Seleuciam composuerant callidi homines & versuti, simplices & imperitos Occidentalium sacerdotes facile circunueniunt, hoc modo proponendo eis: Quem magis colere & adorare velent, *ομοίον* an Christum? Illisque virtutem verbi quid *ομοίον* significaret ignorantibus, velut in fastidium quoddam & execrationem sermo deductus est, Christo se credere, non *ομοίον* confirmantibus. Sic multorum, præter paucos, qui scientes prolapsi sunt, animi decepti, contra ea quæ patres apud Nicæam conscripserant, venientes, *ομοίον* quasi ignotum & à scripturis alienum sermonem auferri de fidei expositione decernunt, communionemque suam hæreticorum societate commaculant. Ea tempestate facies ecclesiæ fœda & admodum turpis erat. Non enim sicut prius ab externis, sed à propriis vastabatur. Fugabat alius, alius fugabatur, & vterque de ecclesia erat. Ara nusquam, nec immolatio, nec libamina: præuaricatio tamen & lapsus erat, ac ruina multorum. Similis pœna, sed impar victoria. Similiter cruciabantur, sed non similiter glorificabantur: quia dolebat ecclesia etiam illius casum, qui impellebat ad lapsum.

igitur Liberius, qui post Iulium Marci, quem Syluester præcesserat, <sup>C. AP.</sup> successorem, in vrbe Roma per idem tempus sacerdotio fungebatur, in exilium truditur. Inque eius locum Felix diaconus suus ab hæreticis subrogatur. Et nō tam sectæ diuersitate, quàm communionis & ordinationis conuenientia maculatur.

Hierosolymis vero Cyrillus post Maximum sacerdotio confusa iam ordinatione suscepto, aliquando in fide, sæpius in communionem variabat. Apud Alexandriam vero Georgius satis procaciter viraptum episcopatum gerebat, ita vt magis sibi iuris dicendi creditos fasces, quàm sacerdotium ministrandum religiosi officii æstimaret. <sup>C. AP.</sup> <sup>XXII.</sup>

Apud Antiochiam sanè diuersis temporibus multa & admodum confusa gesta sunt. Nam defuncto Eudoxio, cum multi diuersarum vrbiū <sup>C. AP.</sup> <sup>XXIII.</sup> episcopi ad illam sedem summa ambitione niterentur, ad vltimum Meletium de Sebastia Armeniæ ciuitate, contra decreta concilij illuc transfe-

runt. Qui tamen ab ipsis rursus in exilium truditur, quod contra opinionem ipsorum non Arii, sed nostram fidem cepit in ecclesia prædicare. Quem magna plebs sede depulsum secuta, ab hæreticorum societate diuellitur.

*C. A. P.  
XXV.  
Tres sectæ  
ex scismate  
Ary.*

**I**nterea ut aliquando etiam in semetipsam prædiues malitia desæuaret sacerdotibus, & populi: qui Ario duce primitus fuerant ab ecclesia diuulsi, in tres denuo sectas partesque finduntur: Nam illi quos paulò superius dixeramus, non adquiescentes Eusebij cæterorumque simulationibus, cum Ario exilium pertulisse, postmodum nec ipsi Ario regresso de exilio communicare voluerunt, eò quod simulata confessione communicasset iis, qui de ipsa substantia dei patris filium confiterentur, quia ipsi ea quæ primò docuerat Arius, ex nullis extantibus creatum & factum, non natum filium satis libera, seu potius impudenti blasphemia confirmabatur. Quod & post illorum obitum Ætius quidam, post Ætium validius & latius asserbat Eunomius, vir corpore & anima leprosus, & interius exteriusque morbo regio corruptus, arte tamen dialectica præpotens, plurima contra fidem nostram scripsit, & disputandi leges sectatoribus suis dedit. A quo etiam nunc Eunomiana hæresis appellatur. Alius quoque Macedonius nomine, quem nostris expulsis, vel potius necatis, apud Constantinopolim statuere episcopum, quia similem patri filium fatebatur, licet spiritum sanctum æquè ut illi blasphemaret, tamen ab illis expellitur, quia similia ut de patre, etiam de filio prædicaret. Neque vero nostris coniungitur à quibus de spiritu sancto diuersa sentiret. Ita pestifera illa bestia, quæ per Arium primò quasi de inferis extulerat caput, subito triformis apparuit: per Eunomianos, qui dicunt per omnia dissimilem filium patri, quia nullo genere similis possit esse factura factori: Per Arianos, qui dicunt similem quidem posse dici filium patri, sed largitate gratiæ, non proprietate naturæ, in quantum scilicet potest creatori creatura conferri: Per Macedonianos, qui dicunt similem quidem filium per omnia patri, sanctum vero spiritum cum patre & filio nihil habere commune. Hæc quidem inter illos ita gesta sunt. Sed sicut de talibus scriptum est: Discissi sunt, & non sunt compuncti. Plurimi sane eorum, qui videbantur attentioem vitam gerere, & monasteria apud Constantinopolim vicinasque prouincias, & episcopi nobiles macedonij magis errorem sunt secuti.

*C. A. P.  
XXVI.  
Constantius  
moritur.  
Ann. 336.  
Eius success.  
C. A. P.  
XXVII.*

**S**ed Constantius Imperator, dum Iuliano (quem Cæsarem apud Gallias reliquerat) dignationem sibi Augusti sponte præsumpti, armis ire obuiam parat, vicesimo & quarto post occasum patris Imperij sui anno, in oppido ciliciæ Mopsocreni vita defunctus est.

**P**ost quem Iulianus, præsumptum prius, deinde ut legitimum, solus obtinuit principatum. Is primò velut arguens perperam gesta constantij, episcopos iubet de exiliis relaxari. Post vero aduersum nostros tota nocendi arte consurgit. Interim qui superfuerant episcopi, de exiliis relaxantur. Nam Liberius vr̄bis Romæ episcopus Constantio viuente regressus est. Sed hoc vtrum quod adquieuerit voluntati suæ ad subscribendum, an ad

ad populi Romani gratiam, à quo proficiscens fuerat exoratus, indulserit, pro certo compertum non habeo. Lucifer autem cum exoraretur ab Eusebio, quia vterque in partibus vicinis Ægypto fuerat relegatus, ut ad videndum Athanasium Alexandriam pergerent, communique tractatu cum his qui superfuerant sacerdotibus, de statu ecclesiæ decernerent, præsentiam sui abnegans, legatum pro se diaconum suum mittit, atque ipse intento animo Antiochiam pergit: ibique dissidentibus adhuc partibus, sed in vnum tamen reuocari posse sperantibus, si sibi talis eligeretur episcopus, erga quem non vna plebs, sed vtraque gauderet, præproperus catholicum quidem & sanctum virum, ac per omnia dignum sacerdotio Paulinum episcopum collocavit, sed tamen in quem adquiescere plebs vtraque non posset.

**P**ergit interea Eusebius Alexandriam, ibique confessorum concilio congregato, pauci numero, sed fide integri, & meritis multi, quo pacto post hæreticorum procellas, & perfidei turbines tranquillitas reuocaretur ecclesiæ, omni cura & libratione discutunt. Aliis videbatur fidei calore feruentibus, nullum debere ultra in sacerdotium recipi, qui se vtrumque hæreticæ communionis contagione maculasset. Sed qui imitantes Apostolum querebant, non quod sibi vtile esset, sed quod pluribus, vel qui imitarentur Christum, qui cum esset omnium vita, pro salute cunctorum humilians se descendit in mortem, quo scilicet inueniretur & in mortuis vita: dicebant melius esse, humiliari paululum propter deiectos, & inclinari propter elisos, ut eos rursus erigerent, nec sibi solis puritatis merito cælorum regna defenderent, sed esse gloriosius, si cum pluribus illuc mererentur intrare. Et ideo rectum sibi videri, ut tantum perfidiæ authoribus amputatis, reliquis sacerdotibus daretur optio, si forte velint, abiurato errore perfidiæ, ad fidem patrum statutaque conuerti, nec negare aditum redeuntibus, quin potius de eorum conuersione gaudere: quia & ille euangelicus iunior filius, paternæ depopulator substantiæ, in semetipsum reuersus, non solum suscipi meruit, sed & dignus paternis complexibus deputatur, & anulum fidei recepit, & stola circumdatur: per quam quid aliud quàm sacerdotij declarantur insignia? nec probabilis extitit apud patrem senior filius, quod inuidit recepto: ne tantum meriti habuit non delinquendo, quantum notæ contraxit non indulgendo germano.

**C**um igitur huiuscemodi sententiam ex euangelica autoritate prolata, tam, ordo ille sacerdotalis & Apostolicus approbasset, ex concilij decreto, Asterio cæterisque qui cum ipso erant, Orientis iniungitur procuratio. Occidentis vero Eusebio decernitur. Additur sane in illo concilij decreto, etiam de spiritu sancto plenior disputatio, ut eiusdem substantiæ ac deitatis cuius pater & filius, etiam spiritus sanctus crederetur, nec quicquam prorsus in trinitate, aut creatum, aut inferius, posteriusve diceretur. Sed & de differentia substantiarum & subsistentiarum sermo eius per scripturam motus est. Græci *ἕνας* & *ἑνωμένους* vocant, quidam etenim dicebant substantiam & subsistentiam vnum videri: & quia tres substantias

*C. A. P.  
XXVIII.  
al. fidei integritate.  
Ann. 366.  
Conuentus  
confessorum  
Alexandria.*

*C. A. P.  
XXIX.*

*Ann. 366.*

*De spiritu  
sancto de-  
cretum.*

non dicimus in deo, nec tres substantias dicere debeamus. Alij vero, quibus longè aliud substantia, quàm substantia significare videbatur, dicebant, quia substantia ipsa rei alicuius naturam rationemque qua constat, designet: Substantia aut vniuscuiusque personæ, hoc ipsum quod extat & subsistit, ostendat. Ideoque propter Sabellij hæresim tres esse substantias confitendas, quod quasi tres subsistentes personas significare videretur, ne suspicionem daremus tanquam illius fidei sectatores, quæ trinitatem in nominibus tantum, & non in rebus ac subsistentiis confiteretur. Sed & de incarnatione domini comprehensum est, quia corpus quod suscepit dominus, neque sine sensu, neque sine anima suscepisset. Quibus omnibus caute moderatèque compositis, vnusquisque itinere suo cum pace perrexit.

*CAP. xxx* Sed Eusebius cum redisset Antiochiam, & inuenisset ibi à Lucifero contra pollicitationem ordinatum episcopum, pudore simul & indignatione compulsus abscessit, neutri partem communionem suam relaxans, quia digrediens inde promiserat se acturum in concilio, vt eis ordinaretur episcopus, à quo pars neutra descisceret. Ille namque populus, qui Meletium dudum de ecclesia pulsum, quasi pro fide recta fuerat secutus, non iunxerat se ad priores catholicos, id est, qui cum Eustathio episcopo fuerant (ex quibus etiam Paulinus erat) sed suum principatum, suumque conuenticulum tenuit. Hos ergo cum in vnū reuocare voluisset, nec tamen (preuentus à Lucifero) potuisset, abscessit. Tunc regressus Meletius de exilio, quia cum eo numerosior populus erat, ecclesias tenuit: & ex eo iam propriam synodum cum cæteris Orientalibus episcopis habuit, nec tamen Athanasio iunctus est. Interim Lucifer iniuriam dolens, quod episcopum à se ordinatum apud Antiochiam non recepisset Eusebius, nec ipse recipere cogitat Alexandrini decreta concilij, sed constringebatur legati sui vinculo, qui in concilio ipsius auctoritate subscripserat. Abiicere namque eum non poterat, qui auctoritatem eius tenebat. Si vero recepisset, omne suum frustrandum videbat inceptum. Diu ergo de hoc multumque deliberans, cum ex vtraque parte concluderetur, elegit, vt legato suo recepto, erga cæteros sententiam disparem, sed sibi placitam custodiret. Ita regressus ad Sardinia partes, siue quia cita morte præuentus, tempus sententiæ mutandæ non habuit: etenim temere cœpta corrigi spacio solent: siue hoc animo immobiliter federat, parum firmauerim. Ex ipso interim Luciferianorum schisma, quod licet per paucos adhuc voluitur, sumpsit exordium. Eusebius vero circumiens Orientem atque Italiam, medici pariter & sacerdotisungebatur officio. Singulas quasque ecclesias, abiurata infidelitate ad sanitatem rectæ fidei reuocabat, maxime quod Hilarium, quem dudum cum cæteris episcopis in exilium trusum esse memorauimus, regressum iam, & in Italia positum, hæc eadem erga instaurandas ecclesias, fidemque patrum reparandam reperit molientem.

*CAP. xxxi.* Nisi quod Hilarius vir natura lenis & placidus, simulque eruditus, & ad persuadendum commodissimus, rem diligentius & aptius procurabat. Qui

*Luciferianorum schisma.*

Qui etiam libros de fide nobiliter scriptos ædedit, quibus & hæreticorum versutias, & nostrorum deceptiones, & malè credulam simplicitatem ita diligenter exposuit, vt & presentes, & longè positos, quibus ipse per se differere viua voce non poterat, perfectissima instructione corrigeret. Ita duo isti viri, velut magnifica quædam mundi lumina, Illyricum, Italiam, Galliasque suo splendore radiarunt, vt omnes etiam de abditis angulis & abstrusis hæreticorum tenebræ fugarentur.

*CAP. xxxii.* Sed Iulianus postquam ad Orientem Persas bello pulsaturus aduenit, & publica (quam prius occultauerat) erga idolorum cultum ferri cœpit infanior, callidior cæteris persecutor, nõ vineque tormentis, sed præmiis, honoribus, blanditiis, persuasionebus, maiorem penè populi partem, quam si atrociter pulsasset, elisit. Studia auctorum Gætilium christianos adire prohibens, ludos litterarum illis solis qui deos deasque venerarentur, patere decernit. Militiæ cingulum non dari, nisi immolantibus iubet. Procuracionem prouinciarum, iurisque dicendi Christianis statuit non debere committi, vtpote quibus etiam lex propria gladio vti vetuisset. Et proficiebat quotidie in huiuscemodi legibus exquirendis, quibus & si quid versutum vel callidum, tamen quod minus videretur crudele, decerneret.

*CAP. xxxiii.* Sed non erga Athanasium fictæ philosophiæ tenere imaginem potuit: Etenim cum, velut retti serpentes de cauernis terræ ebullientes, ad eum processisset magorum, philosophorum, aruspicum, augurumque manus prophana, omnes pariter allegant, nihil suis artibus successurum, nisi prius Athanasium, velut omnium horum obstaculum, sustulisset.

*CAP. xxxiiii.* Iterum mittitur exercitus, iterum duces, iterum oppugnatur Ecclesia. Cùmque eum mæsti & flentes populi circumstarèt, prophético apud eos vsus sermone perhibetur: Nolite (inquit) filij conturbari, quia nubecula est, & cito pertransit. Cumque discessisset, & naui per Nilum fluuium iter ageret: comes qui ad hoc ipsum missus fuerat, cognito eius itinere, instanter eum insequi cœpit. Et cum fortè applicuisset Athanasij nauicula ad quendam locum, comperit à prætereuntibus post tergum esse percussorem suum, & iam iamque nisi prospiceret, imminere. Conterriti omnes qui simul aderant focij, eremum suadebant ad fugæ præsidium petendam. Tum ille: Nolite, inquit, ò filioli deterreri, eamus magis in occursum percussori nostro, vt sciat quia longe maior est qui nos defendit, quàm qui persequitur. Et conuersa nauicula, iter agere obuiam ei qui se insectabatur adgressus est. Ille qui nullo genere suspicari posset in occursum sibi venire quem quæreret, tanquam prætereuntes aliquos interrogari iubet, vbi audissent esse Athanasium. Cùmque respondissent vidisse se eum non longe euntem, tota celeritate pertransiens, properat inuanum, festinans capere, quem ante oculos positum videre non potuit. Ille vero dei virtute monitus Alexandria redit, ibique tuto latebras vsque quo persecutio cessaret, exegit.

*CAP. xxxv.* Dedit & aliud Iulianus vecordia suæ ac leuitatis indicium. Nam cum Daphnis in suburbano Antiochiæ iuxta fontem castalium litaret Apollini, & nulla ex his quæ quærebat, responsa susciperet, causasque silentij

Babylæ  
martyris  
sepulchrū  
transfertur  
à Christianis,  
Iulianus  
in iussu.

percontaretur à sacerdotibus dæmonis, aiunt, Babylæ martyris sepulchrū propè adfistere, & ideo responsa non reddi. Tum ille, venire Galilæos (hoc enim nomine nostros appellare solitus erat) & auferre sepulchrū martyris iubet. Igitur Ecclesia vniuersa conueniens, matres & viri, virgines iuuenesque immensa exultatione succincti, trahebant longo agmine arcam martyres, psallentes summis clamoribus, & cum exultatione dicentes: Confundantur omnes qui adorant sculptilia, & qui confidunt in simulachris suis. Hæc in auribus prophani principis per sex milia passuum tanta exultatione psallebat omnis ecclesia, vt cælum clamoribus resuleret. Vnde & ille in tantam iracundiæ rabiem deductus est, vt altera die comprehendi Christianos passim & tradi iuberet in carcerem, ac pœnis & cruciatibus affici.

C. AP.  
XXXVI.

QVod Salustius Præfectus eius non probans, licet esset gentilis, tamen iussus exequitur, & apprehensum vnum quendam adolescētem qui primus occurrit, Theodorum nomine, à prima luce vsque ad horam decimam tanta crudelitate, & tot mutatis carnificibus torfit, vt nulla ætas simile factum meminerit. Cùm tamen ille in eculo sublimis, & hinc inde lateribus instante tortore, nihil aliud faceret, nisi quod vultu securo & læto psalmum, quem pridie omnis ecclesia cecinerat, iteraret. Cùmque se omni expensa crudelitate Salustius nihil egisse perspiceret, recepto in carcerem iuvene, abiisse fertur ad Imperatorem, & quid egerit nunciasse, ac monuisse ne tale aliquid tētare vellet de cætero, alioquin & illis gloriam, & sibi ignominiam quæreret. Hunc Theodorum ipsi nos postmodum apud Antiochiam vidimus. Et cum requireremus ab eo, si sensum doloris habuisset ex integro, dicebat se quidem dolores parum sensisse, adstitisse autem quendam iuuenem, qui sudati sibi, linteo candidissimo & sudores abstergeret, & aquam frigidam frequenter infunderet, & ita se esse delectatum, vt tūc mœstior factus sit, quando deponi de eculo iussus est. Comminatus igitur Imperator, post victoriam Persicam melius se Christianos debellaturum, profectus quidem est, sed nullus redit. Ibi namque, incertum à suis, an ab hostibus confossus, post annum & octo menses præsumpti Augustalis imperij, finem vitæ fecit.

Iulianus  
in bello Per-  
sico perit,  
Anno do.  
356.

C. AP.  
XXXVII.

Tanta vero eius ad decipiendum subtilitas & calliditas fuit, vt etiam infelices Iudæos vanis spebus illectos, vt ipse agitabatur, illuderet. Quos primò omnium conuocatos ad se interrogat, cur non sacrificarent, cùm eis lex sua de sacrificiis imperaret? At illi occasionem se inuenisse temporis rati: Non possumus, inquiunt, nisi in solo Hierosolymorum templo. Ita namque præcipit lex. Et accepta ab eo reparandi templi licentia, in tantum insolentiæ peruenerunt, vt aliquis eis prophetarum redditus videretur. Igitur ex omnibus locis atque prouinciis cōuenere Iudæi, locum templi olim igne consumpti aggredi cœpere, Comite properandi operis ab imperatore concessio, sumptu publico & priuato res omni instantia gerebatur. Interea insultare nostris, & velut reparatis sibi regni temporibus, comminari acrius, ac sequitiam ostentare, proflus immani tumore & superbia agere.

re. Cyrillus post Maximum confessorem Hierosolymis episcopus habebat. Apertis igitur fundamentis, calce cementoque adhibitis, nihil omnino deerat, quin die postera, veteribus deturbatis, noua iaceret fundamēta: cùm tamen episcopus diligenti consideratione habita, vel ex illis quæ in Danielis propheta de temporibus legerat, vel quæ in euangelis dominus prædixerat, persisteret, nullo genere fieri posse, vt ibi à Iudæis lapis super lapidem poneretur. Res erat in expectatione.

Et ecce nocte quæ ad incipiendum opus iam sola restabat, terræ motus ingens oboritur, & non solum fundamentorum saxa longe lateque iactantur, verum etiam totius loci penè ædificia complanantur. Porticus quoque publicæ, in quibus Iudæorum multitudo, quæ operi videbatur insistere, commanebat, ad solum deductæ, omnes Iudæos qui reperti sunt oppressere. Luce vero orta, cùm se mala crederent effugisse, ad requirendos eos qui oppressi fuerant, reliqua multitudo concurrat.

C. AP.  
XXXVIII.

Ades erat quædam in inferioribus templi demersa, habens aditum inter duas porticus, quæ fuerant complanatæ, in qua ferramenta, aliæque operi necessaria seruabantur, è qua subito globus quidam ignis emicuit, & per medium plateæ percurrens, adustis & exanimatis qui aderant Iudæis, vltro citroque ferebatur. Hoc iterum sæpiusque & frequentissime per totam illam diem repetens, pertinacis populi temeritatem flammis vlticibus cœrebat. Cùm interim pauore ingenti & trepidatione omnes qui aderant deterriti, solum verum deum Iesum christum confiteri cogebantur inuiti. Et ne hæc casu fieri crederentur, in sequenti nocte in vestimentis omnium signaculum crucis ita euidentis apparuit, vt etiā qui diluere pro sui infidelitate voluissent, nullo genere valerent abolere. Sic deterriti Iudæi atque Gentiles, locum simul & inaniter cœpra reliquere.

C. AP.  
XXXIX.

## ELENCHVS CAPITVM SECVNDI LIBRI HISTORIÆ EC- CLESIASTICÆ.

- I De ortu & religiosa mente principis Iouiniani, & de fine eius.
- II De ortu Valentiani & Valentis.
- III De dormitione Athanasij, & persecutionibus Lucij hæretici.
- IIII De virtutibus & mirabilibus sanctorum qui fuerunt in Ægypto.
- V De persecutione quæ fuit apud Edeffam.
- VI De Moyse quem regina Sarracenorum, gentis suæ poposcit episcopum.
- VII De Didymo Alexandrino vidente.
- VIII Quot ex discipulis Antonij etiam tūc in eremo habitatibus, virtutes & signa fecerint.
- IX De Gregorio & Basilio Cappadociæ episcopis.
- X De Damaso episcopo, & Vrsini subreptione.
- XI De Ambrosio episcopo.
- XII De Valentiani fine.
- XIII De Gothorum per Thracias irruptione, & Valentis nece.
- XIIII Vt Gratianus Imperator Theodosium regni participem adsciuerit, & post multa reli-

- giose & fortiter gesta, Maximi tyranni infidiis succubuerit.
- xv De Valentiniano puero. Vtque mater eius Iustina Arianam hæresim defendens, ecclesias perturbare conata sit.
- xvi De Beneuoli magistri memoriæ fidei constantia.
- xvii Vt Theodosius necem Gratiani ultus, de Maximo triumphauerit.
- xviii De Theodosij commisso in Theffalonicenses, & pœnitentia eius publicè apud sacerdotes gesta.
- xix De restitutione ecclesiarum, quæ per ipsum iam catholicum in Oriente restitutæ sunt.
- xx De Apollinare & hæresi eius.
- xxi De episcoporum successione per Orientem.
- xxii De seditione Paganorum contra fideles.
- xxiii De situ templi Serapis, & subuersione eius.
- xxiiii De fraudibus quæ in templis Paganorum detectæ sunt.
- xxv De Saturni sacerdote Tyranno, totius penè Alexandriæ adultero.
- xxvi De Canopi interitu & initio.
- xxvii De ecclesiis & martyriis quæ in idolorum locis constructæ sunt.
- xxviii De Ioannis sepulchro violato, & reliquiis apud Alexandriam conseruatis.
- xxix De Thoracibus Serapis apud Alexandriam abrafis, & signo Christi in locorum reddito.
- xxx Vt mensura aquæ Nili fluminis, quam πύχυ vocant, ad ecclesiam deferatur.
- xxxi De Valentiniani iunioris interitu, & ortu Eugenij.
- xxxii De responsis Ioannis monachi.
- xxxiii De apparatu belli aduersus Eugenium Theodosij, & de victoria eius, orationibus magis quàm virtute parata.
- xxxiiii De fine Theodosij post victoriam, & Arcadio atque Honorio liberis eius & hæredibus regni.



RVFFINI AQVILEIENSIS  
PRESBYTERI HISTORIÆ ECCLE-  
SIÆSTICÆ LIBER SECVNDVS.



Post Iuliani necem tandem ciuile nobis per Iouinianum re-  
paratur Imperium. Is namque sub vno eodemque tempore  
Imperator, & confessor, & male illati extitit depulsor erro-  
ris. Nam cum in procinctu esset exercitus, & vrgeret Bar-  
barus, ductores nostri de summis rebus consilium trahen-  
tes, Iouiniano calculum dederunt. Cùmque apprehen-  
sus ad suscipienda Imperij traheretur insignia, ad exercitum Iuliani sacrile-  
giis prophanatum, dicitur proclamasse. Non se posse imperare eis, † quia  
esset Christianus. Tum omnes pari eadè voce respondisse perhiben-  
tur. Et nos Christiani sumus: nec priusquam hanc vocem audiret, ad quief-  
cere ad Imperium voluisse. Denique statim affuit ei diuina clementia, con-  
trâque omnem spem cum clausi vndique hostibus tenerentur, nec eua-  
dendi facultas vlla suppeteret, subito emissos à Barbaris oratores adesse vi-  
dent, pacemque deposcere: exercitui quoque inedia consumpto, cibos cæ-  
teraque necessaria in mercimoniis polliceri, omnique humanitate nostro-  
rum temeritatem emendare. Sed vbi in viginti & nouem annos pace com-  
posita, ad Romanum regressus est solum, clariorque lux nostro se orbi ex  
Orientis partibus oborta diffudit, rempublicam quasi post nimias procel-  
las omni moderatione adgreditur reparare: Ecclesiarum verò curam non  
in secundis habere. Nec tamen incautè vt constantius egerat, sed lapsu præ-  
decessoris admonitus, honorificis & officiosissimis litteris Athanasium re-  
quirit, & ab ipso formam fidei & ecclesiarum disponendarum suscipit  
modum. Sed hæc tam pia & tam læta principia mors immatura corrumpit.  
Post octo etenim menses ortus sui apud ciliciam diem obit.

Post hunc Valentinianus imperium suscepit, qui pro fide nostra à Iulia-  
no militia fuerat expulsus. Sed cõpleuit in illo dominus q̄ promisit, plus  
etiam quàm centupla in præsentis seculo restituens ei. Nam quia militiam  
pro christo reliquerat, recipit imperium. Is in consortium regni assumpsit  
fratrem Valentem, & sibi quidem Occiduas partes delegit, illi autem Orien-  
tales reliquit. Sed Valens fauendo hæreticis, abiit in viam patrum suorum. Nã  
& episcopos egit in exiliu, & presbyteros, ac diaconos, & monachos (ratia-  
no Alexandriæ præside) vsque ad tormenta deduxit, & ignib⁹ tradidit.  
Multaque nephanda & crudelia in ecclesiâ dei molitus est: sed hæc omnia

post Athanasij obitum. Nam illo superstite, velut diuina quadam virtute prohibitus, cum debaccharetur in cæteros, in illum nihil ausus est triste committere.

CAP. III  
Ann. 373

**I**gitur ea tempestate cum quadagesimo & sexto anno sacerdotij sui Athanasius, post multos agones multasque patientiæ coronas quieuisset in pace, sciscitatus de successore, Petrum tribulationum suarum participem & focium delegit. Sed Lucius Arianæ partis episcopus, continuo tanquam ad ouem aduolat lupo. Et Petrus quidem nauem protinus conscendens, ad urbem Romam profugit. Lucius vero tanquam materia sibi crudelitatis oblata, seuior erga cæteros efficiebatur. Et ita ibat in sanguinem, ut ne speciem quidem aliquam religionis seruare videretur, cuius primo ingressu tanta & tam turpia in virgines & continentes ecclesiæ gesta sunt, quæ nec in persecutionibus gentilium memorantur. Inde post fugas ciuium & exilia, post cædes & tormenta, flammisque quibus innumeros confecerat, ad monasteria furoris sui arma conuertit. Vastat eremum, & bella quiescentibus indicit. Tria milia simul, aut eo amplius, viros, per totam eremum secreta & solitaria habitatione dispersos oppugnare pariter aggreditur. mittit armatam equitum ac pedum manum, tribunos, præpositos, & bellorum duces, tanquam aduersum Barbaros pugnaturus elegit. Qui cum venissent, nouam belli speciem vident, hostes suos gladiis obiectare ceruices & nihil aliud dicere, nisi: Amice ad quid venisti?

CAP.  
IIII  
Ann. 379

**P**er idem tempus patres monachorum vitæ & antiquitatis merito, Macarius, & Isidorus, aliusque Macarius, atque Heraclides, & Pambus Antonij discipuli per Ægyptum, & maxime in Nitriæ deserti partibus habebantur viri, qui consortium vitæ & actuum, non cum cæteris mortalibus, sed cum supernis angelis habere credebantur. Quæ præsens vidi loquor: & eorum gesta refero, quorum in passionibus socius esse promerui. Hi ducebant exercitum domini, non mortalibus telis, sed fide religionis armatum exercitum moriendo vincentem, & qui sanguinis sui profusione victor Christum sequeretur ad cælum. Quique dum in tabernaculis positi, & orantes expectarent interfectores suos, delatus est ad eos homo olim mæbris omnibus, & præcipue pedibus, aridus. Sed cum ab eis in nomine domini oleo fuisset perunctus, statim confirmatæ sunt plantæ eius. Et dicentibus eis, in nomine Iesu Christi, quem Lucius persequitur, surge, & sta in pedibus tuis, & redi in domum tuam, continuo exurgens & exiliens, benedicebat deum, ostendens quia vere erat in eis deus. Ante aliquantulum vero temporis cæcus quidam rogabat deduci se ad cellulam Macarij quæ erat in deserto, itinere trium dierum. Quo posteaquam cæcus multo ductantium labore peruenit, macarium non reperit domi. cõtristatus valde, nulatenus mitigare mœstitiam poterat, sanitatis solatio carens. Cum vero feruore fidei concalescens. Deprecor, inquit, ad eos qui deduxerant, applicate me ad illam partem parietis, vbi cubare senior solet. Et cum fuisset admotus, parum luti aridi, vnde paries oblitus videbatur, assumens, palmæ

palmæ suæ superposuit. Rogat etiam ut aquam de puteo, ex quo bibere solebat, haurirent. Qua resoluens glebulam, eodémque luto oculos suos superungens, & lauans de aqua quæ hausta fuerat, repente recepit visum, ita ut nullo indigens adminiculo rediret ad sua. Sed ne secundum leprosos illos ageret, quos à se curatos in Euangeliis ingratos dominus notat, cum omni domo sua regressus, & deo gratias referens, rem ut gesta fuerat indicauit. Idem ipse Macarius leenæ speluncam habuit cellulæ suæ vicinam. Et quadam die catulos suos cæcos ad eum belua producit, & ante pedes eius ponit. At ille cum intellexisset pro cæcitate catulorum bestiam supplicare, rogauit dominum ut eis redderet visum. Quo recepto, matrem sequentes redeunt ad speluncam. Et paulò post ipsa cum catulis suis regrediens, pelles ouium lanatas plurimas, velut munus pro suscepta gratia ad senem defert, morsu oris enectas, & ante fores eius depositis abscedit. Verum si singulorum mirabilium gesta prosequi velimus, excludimur à proposita breuitate, maximè cum hæc narrationem proprij operis mereantur. Sed in his omnibus Lucius non erubuit, nec aliquid reuerentiæ virtutum mirabilibus detulit, quinimò iubet patres ipsos ablatos à grege suo, imò clam raptos, in insulam quandam Ægypti paludium deportari, in qua compererat neminem prorsus esse Christianum, quo per hoc vel absque solatiis, vel absque consuetis actibus viuerent. Senes igitur cum duobus solis pedissequis noctu ad insulam deducuntur, in qua erat templum quoddam summa veneratione a loci incolis obseruatum. Cumque primum nauicula senum oram soli illius contigisset, ecce subito sacerdotis templi illius virgo filia correpta spiritu, cum ingenti vociferatione & clamoribus vsque ad cælum datis, agi per medios populos cœpit, & crebros ducens rotatus, stridēs huc atque illuc rabida ora vibrare. cumque ad spectaculum tam ingentis monstri, maximè quod esset sacerdotis filia (qui in honore præcipuo apud illos erat) populi conuenissent, per auras eam raptam sequentes, perueniunt vsque ad nauiculam senum. Ibi vero proiecta eorum pedibus & prostrata clamare cœpit: Quid venistis huc o serui dei summi, antiquis nos & veterosis euoluere domiciliis? In hoc loco depulsi vndique latebamus, quomodo vos nequaquam latere potuimus? Cedimus antiquis sedibus, populos vestros terrasque recipite. Cum hæc diceret, increpitus ab eis erroris spiritus, effugatur. Et puella sana vna cum parentibus suis iacebat ad pedes nostri temporis Apostolorum. Qui talibus exordiis prædicantes eis fidem domini nostri Iesu christi, in tantam conuersionem repente eos perduxerunt, ut statim manibus suis antiquissimum templum, & in summa veneratione habitum destruerent, & ecclesiam confestim ædificarent. Nec ad deliberandum spatium temporis egerunt, quibus fidem rerum fecerant, non verba, sed virtus. Sed hoc cum fuisset Alexandriæ nunciatum, veritus Lucius, ne forte etiam suorum in eum odia iusta consurgerent, qui aperte iam bellum non hominibus, sed deo indiceret, occultè eos reuocari, & in eremum remitti iubet. Dum hæc in Ægypto geruntur, ne in aliis quidem locis persecutionis flamma cessabat.

C. AP. V

**E**desa namque Mesopotamiæ vrbs fidelium populorum est, Thomæ Apostoli reliquiis decorata. Vbi cum per se imperator populos vidisset ecclesiis ciectos in campo habere conuenticulum, tanta dicitur iracundia accensus, vt præfectum suum pugno percuteret, cur non fuissent inde quoque, sicut iusserat, deturbati. At ille licet esset Paganus, & iniuriis ab imperatore fuisset affectus, tamē consideratione humanitatis altera die ad vastandum populū processurus, facit hoc ipsum ciuibus per occulta indicia clarescere, quo scilicet cauere sibi possent: ne inuenirēt in loco. Mane processurus, terrorem solito maiorem per Officiū mouet, agitque omnia quò quam minimi, vel, si fieri possent, nulli periclitaretur. Videt tamen frequentiore solito populū tendere ad locum, currere præcipites & festinare, tanquam vererentur, ne qui deesset ad mortem. Interea videt quandam mulierculam ita festinam & properam domo sua prorumpere, vt nec clauderet ostium, nec operire se, vt mulierum habitum decet, diligentius potuisset, infantem quoque paruulum secum trahentem, cursūque rapido, irrupto etiā Officij agmine, festinantem. Tum ille vltra non ferēs: Apprehendite, inquit, mulierem, & huc deducite. cumque fuisset adducta: Quò, inquit, mulier infœlix properas tam festina? Ad campum, ait, quò catholicorum populū conuenit. Et non, inquit, audisti, quia Præfectus illuc pergit, vt omnes interficiat quos inuenit? Audiui, inquit, & ideo festino vt ibi inueniar. Et quò, inquit, paruulum istum trahis? Vt & ipse, ait, martyrium consequi mereatur. Quæ cum audisset vir moderatissimus, redire Officiū & conuerti vehiculum ad palatium iubet. Et ingressus ait, Imperator, subire mortem si iubeas paratus sum. Opus verò quòd præcipis, implere non possum. Cumque edocuisset cuncta de muliere, repressit imperatoris insaniam.

*officiū  
vocat officiales, hoc  
est, ministros  
sæcellites.*

C. AP. VI

**P**er idem tempus ecclesia velut persecutionis igne conflagante, purior aurum metallo refulgebat. Non enim in verbis vniuscuiusque fides, sed in exiliis & carceribus probabatur: quia non honori erat catholicum esse, sed pœnæ: præcipue apud Alexandriam, vbi ne sepeliendis quidem corporibus mortuorum libera facultas fidelibus erat. Quæ dum Lucius omni arrogantia & sauitia gereret, Mauuia Sarracenorum gentis regina, vehementi bello Palæstini & Arabici limitis oppida atque vrbes: quater, vicinasque simul vastare prouincias cœpit. cumque frequentibus bellis Romanum attriuisset exercitum, & plurimis peremptis, reliquos vertisset in fugam, orata pacem, non aliter se amplexuram promittit, nisi Moyse quidam nomine, monachus, genti suæ ordinaretur episcopus. Qui in eremo partibus suis propinqua vitam solitariam ducens, meritis & virtutibus ac signis quæ faciebat deus per illum, magnifice innotuerat. Petitiō eius principi indicata Romano, sine vlla dilatione iubetur impleri à ducibus nostris, qui ibi infœliciter pugnauerant. Captus Moyse ad sacerdotium suscipiendum, Alexandriam ex more deducitur. Adest Lucius, cui ordinandi ferebatur officium. Quo viso, Moyse presentibus ducibus qui perurgebant, & populis, ait: Ego quidē me non esse dignū tanto sacerdotio iudico: veruntamē si aliqua in me, licet indigno, diuina dispensatio putatur

explenda, deum nostrum cæli ac terræ dominum testor, quod Lucius sanctorum sanguine pollutas & cruentas super me non iniiciet manus. cumque Lucius tam graui nota inustum se videret in oculis plurimorum: Quare, inquit, ô Moyse tam facile condemnas eum, cuius fidem ignoras? Aut si tibi aliquis de me aliter indicauit, audi fidem meam, & tibi ipse magis quàm aliis crede. tunc ille: Desine, inquit, ô Luci dolosis tui me quoque imaginibus aggredi. Bene mihi nota est fides tua, quam protestantur serui dei per metalla damnati, episcopi in exilium trusi, presbyteri, diaconi extra Christiani nominis habitacula relegati, bestiis alij, alij etiam ignibus traditi. Nunquid potest verior esse fides quæ auribus capitur, quàm quæ oculis peruidetur? Apud me certum est, quod qui Christo recte credunt, ista non faciunt. Et ita maiore dedecore deformatus (quoniam perurgebat necessitas reipublicæ cōsulendi) compulsus est ad quiescere, vt ab episcopis quos in exiliū truserat, sacerdotium sumeret. Quo suscepto, & gētis ferocissimæ pacē tenuit, & fidei catholicæ custodiuit intemerata consortia.

**V**erum cum apud Alexandriam populos & urbem nebulosi doctoris ter-  
ra perfidiæ caligo suffunderet, velut lampadem quandam diuina luce  
fulgentem Dydimum dominus accendit. De cuius vita atque institutis, An. 27  
quoniam ad ecclesiæ gloriam dei munere concessus creditur, licet in trans-  
cursu, necessario tamen commemoranda nobis pauca videntur. Is namque  
in parua ætate, cum adhuc etiam prima litterarum ignoraret elementa, lu-  
minibus orbatus, maiore desiderio scientiæ veri luminis inflammatur: nec  
desperationem cupitam adipiscendi passus est, cum audisset scriptum in  
euangelio: Quod apud homines impossibile est, possibile est apud deum. *Matth. 19.*  
Hęc igitur diuina pollicitatione confusus indefinenter dominum deprecaba-  
tur, nō vt oculorum carnalium visum, sed vt illuminationem cordis acci-  
peret. *Mar. 10. Luc. 28.* Miscebat tamen precibus studia ac laborem, & iuges continuata-  
que vigilias, non ad legendum, sed ad audiendum adhibebat, vt quod aliis  
visus, hoc illi conferret auditus. cum vero post lucubrationis laborē som-  
nus (vt fieri solet) legentibus aduenisset, Didymus silentium illud non ad  
quietem vel ocium datum ducens, tanquam mundum animal ruminans  
cibum quem ceperat, ex integro reuocabat, & ea quæ dudum percurrenti-  
bus aliis ex librorum lectione cognouerat, memoria & animo retexebat,  
vt non tam audisse quæ lecta fuerant, quàm descripsisse ea mentis suæ pagin-  
is videretur. Ita in breui deo docente, in tantam diuinarum humanarum-  
que rerum eruditionem ac sciētiā venit, vt scholæ ecclesiæ doctor existeret,  
Athanasio episcopo, cæterisque sapientibus in ecclesia viris dei admodum  
probatu: sed & in cæteris, siue Dialecticæ, siue Geometriæ, Astronomiæ  
quoque vel Arithmeticæ disciplinis ita esset paratus, vt nullus vnquam  
philosophorum aliqua ex his artibus proponens, obtinere eum vel con-  
cludere quiuerit, sed statim vt responsiones eius acciperet, magistrum eum  
etiam illius de qua proposuisset, crederet disciplinæ. Huius aliquanti dicta  
vel communiter disputata, vel proponentibus responsa, adhibitis no-  
tariis describere: quæ etiam nunc in magna admiratione habentur.



Nos tamen qui & viuæ vocis eius ex parte aliqua fuimus auditores, & ea quæ à nonnullis dicente eo descripta legimus, longe maiorem gratiam & diuinum nescio quid, ac supra humanam vocem sonans, in illis magis sermonibus, qui de ore ipsius proferebantur, agnouimus. Hunc etiam beatus Antonius cum fidei Athanasij testimonium laturus, aduersum Arianos de Thebaide Alexandriam descendisset, magnificis consolatus est verbis: Nihil te, inquit, offendat ô dydime, quod carnalibus oculis videris orbatus. Defunt enim tibi oculi illi, quos mures, & muscæ, & lacertæ habent. Sed lætare quia habes oculos quos angeli habent, è quibus deus videtur, per quos tibi magnum scientiæ lumen accenditur.

C. AP.  
VII. 1.  
An. 379

**F**lorebat igitur Ægyptus ea tempestate, non solum eruditus in Christiana philolophia viris, verum etiam his qui per vastam eremum commanentes, signa & prodigia Apostolica, simplicitate vite, & cordis sinceritate faciebant. ex quibus interim quos ipsi vidimus, & quorum benedicti manibus meruimus, hi sunt, Macarius de superiori eremo, alius macarius de inferiori, Isidorus in Scyti, Pampus in cellulis, Moyses & Benjamin in Nitria, Scyrion & helias & paulus in Apeliote, alius Paulus in Focis, Pæmen & Ioseph in Pispiri, qui appellabatur mons Antonij. Sed & alios quã plures huiusmodi viros in Ægypti partibus habitare, fideli comperimus auditu, vt vere completeretur Apostoli dictum: Quia vbi abundauit peccatum, superabundauit & gratia. habuit autem per idem tempus etiam Mesopotamia viros nobiles, iisdem studiis pollentes. Quorum aliquantos ipsi per nos apud Edessam & in Carrarum partibus vidimus, plures autem auditione didicimus.

Rom. 5

C. AP. IX  
An. 371

**S**ed neutra harum infœcundior Cappadocia fuit, imò aliquid lætius Gregorium nobis cum Basilio germinauit. tulit igitur & ipsa multorum sanctorum segetem satis lætam, produxit copiosam piorum vineam, oliuarum quoque domini germinauit nouellam. Sed isti præcipuè velut duo filij pinguedinis assistentes dextera leuâque candelabro, instar duorum cæli luminarium refulgebant. Vnde dignum puto de his pauca supra repetere. Ambo nobiles, ambo Athenis eruditi, ambo collegæ, ambo de auditorio digressi ad profitendam Rhetoricam rogabantur. Quod opus magnificè quidem implebat Basilius, Gregorius vero magnificentius contemnebat.

Vnde petē-  
da intelli-  
gentia di-  
uina scri-  
ptura.

Quique cum se totum dei seruitio mancipasset, tantum de collegæ amore præsumpsit, vt sedentem Basilius, de doctoris cathedra deponeret, ac secum ad monasterium manu iniecta perduceret, ibique per annos (vt aiunt) tredecim, omnibus Græcorum secularium libris remotis, solis diuinę scripturæ voluminibus operam dabant, earumque intelligentiam, non ex propria præsumptione, sed ex maiorū scriptis & auctoritate sequebantur: quos & ipsos ex Apostolica successione intelligendi regulam suscepisse constabat. Quorum præcipuè in prophetas commentarios discutientes, thesauros sapientię & scientię reconditos in vasis fictilibus perquirebant. Verum cum iam ipsi sufficienter instructi, diuina dispensatione ad imbuendos populos vocarentur, & alius alio itinere, ad idem tamen opus vterque trahe-

retur

retur, Basilius Ponti vrbes & rura circumiens, desides gentis illius animos & parum de spe futura sollicitos stimulare verbis, & prædicatione succendere, callumque ab his longe negligentia cæpit abolere, subegitque abiectis inanum rerum & secularium curis, suimet notitiam recipere, in vnum coire, monasteria construere, psalmis & hymnis & orationibus docuit vacare, pauperum curam gerere, eisque habitacula honesta, & quæ ad victum necessaria sunt, præbere, virgines instituere, pudicam castamque vitam omnibus penè desiderabilem facere. Ita breui permutata est totius prouinciæ facies, vt in arido & squalenti campo videretur seges fœcunda, ac læta vinea surrexisse. Gregorius vero bonum semen non patiebatur aut super spinas iacere, aut inter saxa dispergere, sed bonam terram cordis sui iugiculu & exercitiis indefinentibus excolebat. Suscipere ille, quæ renuntiantes seculo deferebant ad pedes suos, & diuidere vt quisque eguisset, curam gerebat. Ille nihil habendi & omnia possidendi contentus sacramento, erga solas sapientiæ diuitias auarus & multum cupidus inhererebat. Ille coire plures in vnum, & sui inuicem in necessariis habere sollicitudinem docebat: hic sui exemplo quod erat absolutus & liber, cunctis sermone Apostolico prædicabat: Ego autem volo vos sine sollicitudine esse, & Dominus in proximo est, nihil solliciti sitis, sed tanquam serui christi, hoc solum estote solliciti, quando redeat dominus de nuptiis. Ille delinquentibus misericorditer condolere, & à delicto reuocare: hic per diuini eloquij gratiam delinquendi incitamenta præuenire, nec sinere labi eum, qui difficulter erigeretur elusus. Ille in fide purus, hic in prædicatione liberior. Ille deo humilis, hic etiam hominibus erat. Ille arrogantes contemptu, hic ratione vincebat. Sic in vtroque diuersa gratia vnum opus perfectionis explebat. Igitur Basilius non multo post cæsareæ cappadociæ episcopus, cum à Valente in exilium pro fide cogerebatur, exhibitus est ad tribunal Præfecti, terroribusque (vt illi moris est potestati) & minis maximis agi cepit, vt nisi præceptis principis obediret, interitum sibi iam iamque speraret impendere. Tum ille intrepidus, & absque vlla animi perturbatione hæc sibi minitante Præfecto respondisse fertur: Atque vtinam aliquid mihi esset digni muneris, quod offerrem huic, qui maturius Basilius de nodo follis huius absolueret. cumque daretur ei nox, quæ erat media ad spacium deliberandi, respondisse denuo perhibetur: Ego craftino ipse ero qui nunc: tute vtinam nõ mutares. Et illa quidem nocte vxor Imperatoris velut torribus tradita cruciatur: filius vero qui eis erat vnicus, extinctus paternæ impietatis creditur exoluisse supplicia. Ita ante lucem missi, qui rogarent Basilius, vt precibus suis intercederet pro eis, ne etiam ipsi, & quidem multo iustius similiter interirent. Sic accidit, vt cum omnes catholicos expulerit Valens, Basilius vsque ad vitæ exitum intemerato communionis sacramento in ecclesia perduraret. Gregorius vero apud Nazianzon oppidum in locum patris episcopus subrogatus hæreticorum turbinem fideliter tulit. Reddita vero pace Constantinopolim ad ecclesiam docendam venire exhortatus, non abnuuit. Vbi breui tempore tantum ad emendandum

An. 378  
Basilius ad  
tribunal  
Præfecti  
sistitur.

T iij

populum vetustis hæreticorum infectum venenis proficit, vt tunc primū Christiani sibi fieri viderentur, & nouellam lucem veritatis aspiceret, cum religionis doctor multa quidem verbis, plura tamen doceret exemplis: nec viderent ab eo discipulis aliquod imperari, quod nō prius ipse fecisset. Sed vbi gloriam subsecuta inuidia est, obniti quidam, & proscriptionibus minus sanis vti cœpere, vt ipso ad propria remeante, alius ordinaretur episcopus. Quod ille susurrari tantum, & sub dente sentiens ruminari, ipse profert, quod dicere ei nullus audebat: Absit, inquit, vt mei causa aliqua simultas in dei sacerdotibus oriatur. Si propter me est ista tempestas, tollite me, & mittite me in mare, & desinet à vobis quassatio. Tum regressus, in ecclesia sua quod super fuit vitæ tempus exegit. Et quoniam iam fessa ætate, & corpore inualidus erat, successorem sibi ipse delegit, quo ecclesiam gubernante debilitatis & senectutis ocio frueretur. Extant quoque vtriusque ingenij monumenta magnifica tractatum, quos ex tempore in ecclesiis declamabant. Ex quibus nos denas fermè singulorum oratiunculas transfudimus in Latinum. Basilij præterea instituta monachorum optantes, si poterimus, & dei fauor adiuuerit, eorum plura transferre. Fuerunt præterea fratres duo Basilio, Gregorius & Petrus. Quorum alter in verbo doctrinæ, alter in operibus fidei fratrem ita exæquabat, vt vterque vel Basilius, vel Gregorium redderet. Extant etiam ipsius Gregorij iunioris aliqua opuscula luculenta. Sed de his satis dictum. In Occiduis vero partibus Valentinianus fide religionis illatus, veteri Romani imperij censura rempublicam gubernabat.

*C. AP. X*  
*Ann. 368*  
**D**Amasus post Liberium per successionem sacerdotium in vrberoma suscepit. Quem prælatum sibi non ferens Ursinus quidam eiusdem ecclesie diaconus in tantum furoris erupit, vt persuaso quodam satis imperito & agresti episcopo, collecta turbulentorum & seditiosorum hominum manu, in basilica quæ Sicinini appellatur, episcopum se fieri extorqueret legibus & ordine & traditione peruersis. Quo ex facto tanta seditio, imò vero tanta bella coorta sunt, alterutrum defendentibus populis, vt replerentur humano sanguine orationum loca. Quæ res factione Maximini Præfecti sæui hominis, ad inuidiã boni & innocentis versa est sacerdotis, ita vt causa clericorum vique tormenta duceretur. Sed assertor innocentie deus affuit, & in caput eorum qui intenderant dolū, pœna conuersa est.

*C. AP. XI*  
*Ann. 377*  
**I**n terea defuncto apud Mediolanum Auxentio hæreticorum episcopo, vtriusque partis populi diuersis studiis ferebantur. Dissensio grauis & periculosa seditio vrbi propriæ maturum parabat exitium, si pars vtraque cum diuersum vellent, nequaquam quod proposuerat, obtineret. Ambrosius tunc consularis eiusdem prouinciæ fasces gerebat. Is cum perniciem ciuitati videret impendere, pro loco atque officio suo, confestim ecclesiam seditio nem populū mitigaturus ingreditur. Cumque inibi multa secundū leges & publicam disciplinam pro quiete & tranquillitate perorasset, pugnantis inter se & dissidentis populi subito clamor & vox vna consurgit, Ambrosium episcopum postulantem, baptizari hūc protinus clamant (erat enim

enim cathecumenus) & sibi episcopum dari: nec aliter vnum populum fore atque vnam fidem, nisi Ambrosius sibi daretur sacerdos. Obluctante illo & plurimum resistente, ad imperatorem relatum populi desiderium, omni maturitate iubetur impleri. Dei enim ait esse, quod discordantem populi fidem, & animos dissidentes conuersio subita in vnum consensum atque in vnam sententiam reuocaret. Moxque dei gratiam consecutus, & initiatus sacris & sacerdos effectus est.

*C. AP. XII*  
*Ann. 377*  
**I**n terea cum ad bellum Sarmaticum Valentinianus de Gallie partibus venisset in Illyricum, ibi vix dum cœpto bello ægritudine subita oppressus diem obiit, relictis hæredibus in imperio filiis, Gratiano Augusto, Valentinianoque admodum paruulo, & nondum regiis insignibus initiato. Quæ tamen necessitas eorum, qui tanquam vacuum imperii locum conabantur inuadere, compulit etiam absente fratre purpura indui, Probo tunc Præfecto fideliter rem gerente.

*C. AP.*  
*XIII*  
**P**er idem tempus in Orientis regno Gothorum gens sedibus suis pulsa, per omnes se thracias infudit, armisque vrbes & agros vastare feraliter cœpit. Tum vero Valentis bella quæ ecclesiis inferebat, in hostem cœpta conuerti, seraque pœnitentia episcopos & presbyteros relaxare exiliis, ac de metallis resoluī monachos iubet. Ipse tamen ab hostibus circumuentus in prædio, quò ex bello trepidus confugerat, impietatis suæ pœnas igni exustus dedit, annis in Imperio cum fratre primo, & post cum filiis fratris quatuordecim pariter exactis. Quæ pugna initium mali Romano Imperio tunc & deinceps fuit. Igitur Gratianus cum fratre admodum paruulo, post patris necem Orientis quoque suscepit Imperium. Is pietate & religione omnes pene qui ante fuerant principes, superabat. Vsu armorum strenuus, velox corpore, & ingenio bonus erat, sed iuuenili exultatione plus fere lætus quàm sufficiebat, & plus verecundus quàm reipublice intererat.

*C. AP.*  
*XIII*  
*Ann. 380*  
**Q**uique videns vtile virum annis maturum in tantis regni curis habere participem, & quia, vt sermo diuinus monet: melius duo quàm vnus, consortem asciscit Theodosium, eique Orientis procuratione permitta, partes sibi ac fratri Occiduas reseruauit. Verum is postquam multa religiose ac fortiter gessit, à Maximo tyranno apud Britannias exorto, per Andragathium ducem, Lugduni, suorum magis prodicione quàm vi hostium, peremptus est.

*C. AP. XV*  
**A**T Valentinianus in Italia degens, fratris necem, atque hostis metu perterritus, simulatione oblatam pacem à Maximo, simulans ipse quoque libenter amplectitur. Cum interim Iustina mater eiusdem, arianæ hærescos alumna, impietatis suæ venena, quæ viuente viro suppresserat, filio facile decepto fidenter aperuit. Igitur apud Mediolanum posita, conturbare ecclesiarum statum, comminari sacerdotibus depulsionis exilia, nisi Ariminenis cōcilij decreta, quibus fides patrum intemerata fuerat, reuocarent. Quo bello ecclesie murū & turrim validissimā pulsabat Ambrosiū. Eumque minis, terroribus, atque omni oppugnationis genere fatigās, primum sibi aditum debellandæ rimabatur ecclesie. Sed quamuis illa Iezabel spiritu

pugnaret armata, resistebat tamen Ambrosius, Helix virtute repletus & gratia. Ipsa autem in ecclesiis garrere, strepere, animare, & inflammare ad discordiam populos: sed quod minus res ex sententia cederet iniuriam putare, & pro hoc apud filium conqueri. Vnde adolescentulus pro contumelia inuidia, quam falso conflauerat mater, accensus, armatorum globum ad ecclesiam mittit: confringi ianuas, oppugnari sancta, sacerdotē pertrahi atque in exilium mitti, protinus iubet. Sed tanta fuit perseverantia fidelium populorum, ut animas prius amittere quam episcopum mallent.

*C. AP. XVI* **I**nterim dictanda aduersum fidem patrum imperialia decreta mandantur Beneuolo, tunc memoriae seriniis praesidenti. Sed ille cui ab incunabulis facta fides, & venerabilis fuit, abnegat se impia verba posse proferre, & contra Deum loqui. Tum vero ne inceptum reginæ frustrari videretur, celsior ei honor promittitur, si impleret iniuncta. Ille qui nobilior in fide esse quam in honoribus cuperet: Quid mihi, ait, pro impietatis mercede altiore promittitis gradum? Hunc ipsum quem habeo tollite, tantum mihi conscientia fidei duret illaesa. Hæc dicens, ante pedes impia præcipientium cingulum iecit. Ambrosius vero aduersum reginæ furorē, non se manu defendebat, aut telo, sed ieiuniis continuatisque vigiliis sub altari positus: per obsecrationes defensore sibi atque ecclesiae deum parabat. Dumque hæc in longum diuersis machinis & oppugnationibus nequam Iustina moliretur, maximus, qui se exuere tyranni infamia, & legitimum principem gestiret ostendere, datis litteris impium protestatur inceptum fidem dei impugnari, & statuta catholicæ ecclesie subruui, & inter hæc appropinquare Italiae cepit. Quo Iustina comperto, hoste simul atque impietatis conscientia perurgente, in fugam versa cum filio, exilia quæ dei sacerdotibus præparabat, prima sortitur.

*C. AP. XVII. Ann. 390* **A**dfuit tamen Theodosius propter regni fidem, bonitatisque ac beneficiorum Gratiani memor: & in vindictam, totius viribus Orientis infurgens, ultus est sanguinem iustum. Valentiniani quoque impia inter hæc mater defuncta, fidem catholicam, quam ipsa violauerat, & regnum tyrannide depulsa, restituit. Atque ipse posteaquam Romam illustri triumpho inuectus est, ad propria rursus regna remeavit.

*C. AP. XVIIII* **P**er idem tempus subreptione quadam demonis, turpis macula religioso principi inulta est. Etenim cum apud Thessalonicam seditione exorta quidam ex militibus vir, impetu fuisset populi furentis extinctus, repentinum nuntij atrocitate succensus, ad ludos Circenses inuitari populum, eique ex improviso circumfundi milites, atque obtruncari passim, ut quisque occurrisset, gladio iubet, & vindictam dari non crimini, sed furori. Ob hoc cum a sacerdotibus Italiae argueretur, agnouit delictum, culpamque cum lacrymis professus, publicam poenitentiam in conspectu totius ecclesie exegit: & in hoc sibi tempus adscriptum, absque regali fastigio patienter impleuit. Quibus omnibus istud quoque mirabiliter adiecit: Lege sanxit in posterum, ut sententiae principum super animaduersione prolatae in diem tricesimum ab executoribus differenter: quo locus misericordiae, vel

(si

(si res tulisset) poenitentiae, non periret.

*C. AP. XIX* **I**gitur ad Orientem regressus, ibique (ut ab exordio principatus sui) summa cura summoque studio pulsas hæreticas, ecclesias catholicis tradere: idque ea moderatione agere, ut ultione contempta, tantum catholicis de ecclesiarum restitutione consuleret, quo fides recta absque prædicationis impedimento proficeret: communem se præbere erga sacerdotes dei: fide, religione, & munificencia cunctis regium animum exhibere, accessu facilis & absque imperiali fastu ad colloquium se humilibus præbere: hortatu eius & largitionibus, ecclesiae plurimis locis ornatae satis magnificæque constructae: præstare multa poscentibus, sed frequentius ultrò offerre. Idolorum cultus, qui Constantini institutione & deinceps negligi & destrui coeptus fuerat, eodem imperante collapsus est. Pro quibus in tantum deo charus fuit, ut speciale ei munus contulerit diuina prouidentia. Etenim in Thebaidos partibus monachum quendam Ioannem nomine, spiritu prophético repleuit, cuius monitis atque responsis pacem retinere, an bellum gerere esset melius, sciscitabatur.

*C. AP. XX* **I**nterea apud Laodiciam Syriae ante idem tempus Apollinaris episcopus, vir sane in cæteris instructus, sed dum contentionis vicio nimius agitur, & aduersum omne quod quisque dixerat, ire obuius delectatur, iactatione ingenij male fortis hæresim ex contentione generauit, asserens solum corpus non etiam animam à domino in dispensatione susceptum. In quo cum euidentibus euangelij testimoniis vrgeretur, quibus ipse dominus & saluator habere se animam profiteretur, & ponere eam quado vult, & iterum assumere eam, quamque turbatam & tristem dicit esse usque ad mortem. Post ut ne ex toto vinci videretur ait, eum quidem habuisse animam, sed non ex ea quæ rationalis est, sed ex ea solum quæ uiuificat corpus. Ad supplementum vero rationalis partis, ipsum verbum dei fuisse perhibebat. Quæ assertio primò in vrbe Roma à Damaso & Petro Alexandrino episcopo concilio congregato tali sententia depulsa est, ut decernerent si quis filium Dei, qui sicut vere Deus, ita & vere homo fuit, vel humanitatis aliquid, vel deitatis minus diceret habuisse, alienus ab ecclesia iudicaretur. Quæ sententia & apud Alexandriam confirmata est, & apud Constantinopolim decreto concilij. Ex illo Apollinaristæ ab ecclesia declinantes, & episcopos sibi suæ partis, & dogmata propria ecclesiasque defendunt.

*C. AP. XXI Ann. 386* **I**gitur in vrbe Roma post Damasum Syricus ecclesie suscepit sacerdotium. Apud Alexandriam vero defuncto Petro Timotheus: & post hunc Theophilus. In Hierosolymis autem post Cyrillum Ioannes, Apostolicas reparant sedes. Apud Antiochiam vero defuncto Melitio substituitur Flauianus. Sed quod Paulinus adhuc supererat, qui in catholicorum semper societate permanerat, multa ibi iurgia & multæ controuersie sæpe commotæ, nec tamen summa vi, nitentibus aliis, aliis obtinentibus, ipsique in hoc elementis terræ marisque fatigatis, potuit aliquando pacis nullus obtineri modus, cum utique fidei iam nulla videretur subesse discordia. Hoc idem apud Tyrum fuit: Vbi cum Diodorus, vnus sane ex antiquis

catholicis vir, & tentationum documentis probatus, Athanasij testimonio esset à confessoribus episcopus factus, modestia eius contempta, alius à melitij partibus ordinatur. Sed & in multis aliis vrbibus Orientis, huiusmodi confusiones contentio genuit sacerdotum. Apud Constantinopolim vero Nectarius ex Prætorè Vrbano catechumenus & nuper baptisma consecutus, sacerdotium suscepit.

Cap.  
XXII.

Interea apud Alexandriam noui motus & contra temporum fidem aduersum ecclesiam concitantur: ex occasione huiuscemodi oborti. Basilica quædam publici operis, vetusta & admodum neglecta fuit, quam Constantius Imperator donasse episcopis perfidiam suam prædicantibus ferebatur. Quæ longa incuria nihil validum præter parietes habebat. Visum est episcopo qui per idem tempus gubernabat ecclesiam, hanc ab Imperatore deposcere, vt crescentibus fidelium populis, orationum quoque crescerent loca. Quamque cum acceptam vellet excolere, reperta sunt in loco antra quædam latentia & terræ defossa, latrocinii & sceleribus magis quàm cæremoniis apta. Igitur Gentiles, qui re regi criminum suorum latebras & flagitiorum caernas viderunt, nõ ferentes operata tot seculis mala & tenebris obtecta referari, velut draconum calice potato insanire omnes ac palam furere cœperunt. Nec vocibus iam & seditionibus vt solebant, sed manu ferroque decertare nituntur. Crebros conflictus agere in plateis, belloque aperto vterque populus inter se coire. At nostri numero & potentia multo plures, sed modestia religionis minus feroces erant. Ex quo frequenter nostrorum plurimis vulneratis, aliquantis etiam interfectis, ad templum quasi ad arcem quandam refugiebant. Quò nonnullos ex christianis captos secum abducentes, accensis aris immolare cogebant: renitentes nouis & exquisitis suppliciis excruciatos necabant, alios patibulis affigentes, alios contractis cruribus in speluncas præcipitantes, quas ob sacrificiorum sanguinem, cæterasque impuritates delubri recipiendas, vetustas curiosa construxerat. Verum hæc per dies singulos primò cum metu, deinde cum fiducia & desperatione gerere, atque intra templum clauum raptò & præda viuere. Ad postremum grassantes in sanguine ciuium, duces sceleris & audaciæ suæ deligunt Olympum quendam, nomine & habitu philosophum, quo antesignano arcem defenderent, & tyrannidem tenerent. At hi quibus Romanarum legum custodia, iurisque dicendi cura permissa est, cognitæ quæ gesta fuerant, turbati atque perterriti ad templum conuolant, causas audaciæ percontantur, & quid sibi vellet ille concursus, in quo cù tanto scelere ante aras sanguis ciuium funderetur, inquirunt. Sed illi obfirmato aditu confusis & dissonis vocibus rationem facti nullam, sed clamorem reddebant. Missis tamen ad eos nuntiis, de Romani Imperij potestate, de vindicta legum, & de his quæ talia solent subsequi, commonebant. Cùmque loci munitio nihil aduersum vana molientes agi, nisi vi maiore, sineret, res gesta ad Imperatorem refertur. Ille qui ingenita mentis clementia errantes mallet emendare quàm perdere, rescribit illorum quidem vindictam, quos ante aras sanguis effusus martyres effecit, non esse postcendam,

Christianus  
semper mo-  
destior.

postcendam, in quibus dolorem interitus superauerit gloria meritorum. De cætero vero malorum causam radicemque discordiæ, quæ pro simulachrorum defensione veniebant, penitus debere succidi: quibus exterminatis, etiam bellorum causa pariter conquiesceret. Cùmque hæc scripta venissent, & velut post inducias parui temporis ad audiendum vterque populus conuenisset ad templum, statim vt prima epistolæ pagina reserata est, in cuius exordio vana Gentilium superstitio culpabatur, clamor à nostris immensus attollitur, stupor ac pauor Gentilium populos inuadit. Latebras vnusquisque quærere, angustos fugæ calles rimari, aut nostris se latenter immergere: vt ab omnibus qui aderant nosceretur, præsentia dei populo audaciam tribuente, furorem dæmonis, qui in illis prius debacchatus fuerat, effugatum.

Serapis apud Alexandriam templum auditum quidem omnibus puto, plerisque vero etiam notum. Locus est non natura, sed manu & constructione per centum, aut eo amplius gradus, in sublime suspensus, quadratis & ingentibus spatiis omni ex parte distentus: cuncta vero quo ad summum pauimentorum euadatur, opere forniceo constructa, quæ immensis desuper luminaribus, & occultis aditibus inuicem in semet distinctis, vsus diuersis ministeriis & clandestinis officiis exhibebant. Iam vero in superioribus extrema totius ambitus spatia occupant exhedræ & pastophoria, domusque in excelsum porrectæ in quibus vel æditui, vel hi quos appellabant ἀγνεύοντες, id est, qui se castificant, commanere soliti erant. Porticus quoque post hæc omnem ambitum quadratis ordinibus distinctæ intrinsecus circumibant. In medio totius spatij ædes erat, preciosis ædificata columnis, & marmoris saxo extrinsecus ample magnificeque constructa. In hac simulachrum Serapis ita erat vastum, vt dextra vnum parietem, alterum leua perfringeret: quod monstrum ex omnibus generibus metallorum lignorumque compositum ferebatur. Interioris delubri parietes laminis primò aureis vestiti, super has argenteis, ad postremum æreis habebantur, quæ munimento preciosioribus metallis forent. Erant etiam quædam ad stuporem admirationemque videntium, dolis & arte composita. Fenestra perexigua ab ortu solis ita erat aptata, vt die qua fuerat institutum simulachrum Solis ad Serapin salutandum introferri, diligenter temporibus obseruatis, ingrediente simulachro radius solis per eandem fenestram directus, os & labra Serapis illustraret, ita vt inspectante populo, osculo salutatus Serapis videretur à sole. Erat & aliud fraudis genus huiusmodi: Natura lapidis Magnetis huius virtutis esse perhibetur, vt ad se rapiat & attrahat ferrum. Signum solis ad hoc ipsum ex ferro subtilissimo manu artificis fuerat fabricatum, vt lapis cuius naturam ferrum ad se trahere diximus, desuper in laqueatibus fixus, cum temperate sub ipso radio ad libram fuisset positum simulachrum, & vi naturali ad se raperet ferrum, assurrexisse populo simulachrum, & in aere pendere videretur. Et ne hoc lapidum propero proderetur, ministri fallaciæ, Surrexit aiebant sol, vt va-

Cap.  
xxiii.  
Serapis tē-  
plum apud  
Alexan-  
driam.

Serapis se-  
pulchrum.

Magnetis  
natura.

ledicens Serapi discedat ad propria. Sed & multa alia decipiendi causa à veteribus (in loco) fuerant constructa, quæ nunc longum est enumerare per singula. Verum ut dicere cœperamus, rescripto recitato, parati quidem erant nostrorum populi ad subuertendum erroris autorem: persuasio tamen quædam ab ipsis gentilibus fuerat dispersa, quod si humana manus simulachrum illud contigisset, terra dehiscens ilico solueretur in chaos, cælumque repenti rueret in præceps. Quæ res paululum stuporem quendam populis dabat. Cum ecce vnus ex militibus fide quàm armis magis munitus, correptam bipennem, insurgens omni nisu maxillæ veteratoris inlidit. clamor attollitur vtrorumque populorum: neque tamen aut cælum ruit, aut terra descendit. Inde iterum atque iterum repetens, putris ligni fumosum genium cedit: quo deiecto, igni adhibito tam facile quàm lignum aridum conflagrauit. Post hoc reuulsum ceruicibus & depresso modio trahitur caput, tunc pedes, aliaque membra cæsa securibus & raptis funibus detrahuntur, ac per singula loca membratim in conspectu cultricis Alexandriæ senex veterosus exurit. Ad vltimum, truncus qui super fuerat in amphitheatro concrematur. Vanæque superstitionis & erroris antiqui Serapis, hic finis fuit. De cuius origine diuersa fertur opinio Paganorum. Alij Iouem putant: cuius capiti modius superpositus: vel quia cum mensura modòque cuncta indicet moderari, vel vitam mortalibus frugum largitate præberi. Alij virtutem Nili fluminis, cuius Ægyptus opibus & fœcunditate pascatur. Quidam in honorem nostri Ioseph formatum perhibent simulachrum, ob dimensionem frumenti, qua famis tempore subuenit Ægyptiis. Alij repertum in historiis Græcorum veteribus ferunt Apin quædam patrem familias seu regem in Ægypto Memphis positum, cum famis tempore frumenta apud Alexandriam defecissent, ex proprio affatim ciuibus alimenta præbuisse. Quo defuncto, in honorem eius instituerint apud Memphis templum, in quo bos quasi indicium optimi agricolæ nutritur, habens quædam coloris insignia, qui ex nomine eius Apis appelletur: *σῆρον* vero, id est, sepulchrum in quo corpus eius inerat Alexandriam deduxerint, & soron Apis primò ex compositione Sorapin, post vero per corruptionem Serapin nominarint. Quod an verum sit, aut nihil omnino, de his deus viderit. Sed ad inceptum redeamus.

Alias  
correctio  
nem

cap.  
xxiiii.

Post hæc capite ipso idololatriæ deiecto, studiis vigilantissimi sacerdotis quæcunque fuerant per totam Alexandriam portenta potius quàm simulachra pari exitu & simili dedecore publicantur. Horret animus dicere, qui miseris mortalibus laquei à dæmonibus præparati sint, quæ funera, quæ scelera in illis, quæ dicebant *ἄδύτα*, tegerentur: quot ibi infantum capita defecta inauratis labris inuenta sint: quot miserorum cruciabiles mortes depictæ. Quæ cum proderentur in lucem, ac sub auras prolata ferrentur, licet confusione ipsa gentiles & pudore diffugerent, tamē si quis adesse potuit, mirabatur tot seculis se illis tam nephariis & tam pudendis fraudibus irretitum. Vnde & plurimi ex his condemnato errore & scelere de-

prehenso, fidem Christi, & cultum veræ religionis amplexi sunt. Nam ut omittam cætera flagitia, quæ in aliis locis vi necatis paruulis, despiciatisque ob fibrarum inspectionem virginibus gerebantur, vnum solummodo quod in templo Saturni geri, ad omnium venit conscientiam, memorabo: ex quo etiam cætera quæ omisimus, perpendantur.

Sacerdos erat apud eos saturni, tyrannus nomine. Hic quasi ex respon-  
so numinis, adorantibus in templo nobilibus quibusque & primariis  
viris, quorum sibi matronæ ad libidinem placuissent, dicebat saturnum  
præcepisse, ut vxor sua pernoctaret in templo. Tum is qui audierat, gau-  
dens quod vxor sua dignatione numinis vocaretur, exornatam comptius  
in super & donariis onustam, ne vacua scilicet repudiaretur, coniugem  
mittebat ad templum. In conspectu omnium conclusa intrinsecus matro-  
na, tyrannus clausis ianuis & traditis clauibus discedebat. Deinde facto  
silentio, per occultos & subterraneos aditus, intra ipsum saturni simula-  
chrum patulis erepebat cauernis. Erat autem simulachrum illud à tergo  
exesum, & parieti diligenter annexum. Ardentibusque intra ædem lumi-  
nibus, intentæ supplicanti que mulieri vocē subito per simulachrum æris  
cōcaui proferebat, ita ut pauore & gaudio infelix mulier trepidaret, quod  
dignam seranti numinis putaret alloquio. Postea quam vero quæ libitum  
fuerat, vel ad consternationem maiorem, vel ad libidinis incitamentum  
deseruisset numen impurum, arte quadam linteolis obductis, repente lu-  
mina extinguebantur vniuersa. Tum descendens, obstupefactæ & con-  
sternatæ mulierculæ adulterij fucum prophanis commentationibus infe-  
rebat. Hæc cum per omnes miserorum matronas multo iam tempore ge-  
rerentur, accidit quandam pudicæ mentis fœminam horuisse facinus, &  
attentius designantem, cognouisse vocem tyranni, ac domum regressam,  
viro de fraude sceleris indicasse. Ille de iniuria coniugis, imò potius sua,  
ardentius inflammatus, inscriptum tyrannum ad tormenta deducit. Quo  
conuicto atque confesso, cæcisque fraudibus reuelatis, pudor omnis &  
dedecus Paganorum peruaferat domos, adulteris matribus, incestis pa-  
tribus, liberis spurijis deprehensis. Quibus diuulgatis & proditis, raptim  
cum simulachris & ædibus excitabantur & crimina.

Cap. XXV.  
Tyrannus  
Saturni  
sacerdos.

Alias  
excisum

Iam vero Canopi quis enumeret superstitiosa flagitia? vbi prætextu sa-  
cerdotalium litterarum (ita etenim appellant antiquas Ægyptiorum lit-  
teras) magicæ artis erat penè publica schola. Quem locum velut fontem  
quendam atque originem dæmonum intantum venerabantur Pagani,  
ut multo ibi maior celebritas, quàm apud Alexandriam haberetur.  
sed de huius quoque monstri errore, cuiusmodi originem tradant, ab-  
surdum non erit paucis exponere. Ferunt aliquando Chaldæos Ignem  
deum suum circumferentes, cum omnium prouinciarum diis habuisse  
conflictum, quo scilicet qui vicisset, hic esse deus ab omnibus crederetur.  
Reliquarum prouinciarum dij, æris, aut auri, argenti que, aut ligni, vel

Cap.  
XXVI.  
Sacerdota-  
les littera.

Ignis deus  
Chaldæorū

lapidis, vel ex quacunque materia constabant, quæ per ignem proculdubio corrumperebatur. Ex quo fiebat, vt Ignis locis omnibus obtineret. Hæc cum audisset canopi sacerdos, callidum quiddam excogitavit. Hydriæ fieri solent in Ægypti partibus fictiles, vndique crebris & minutis admodum foraminibus parulæ, quibus turbida aqua defudans, defecior ac purior redditur. Harum ille vnam cera foraminibus obturatis, desuper etiam variis coloribus pictam, aqua repletam statuit vt deum. Et excisum veteris simulachri, quod Menelai gubernatoris ferebatur, caput desuper positum diligenter aptavit. Ad sunt post hæc chaldæi: itur in conflictum circa hydriam ignis accenditur: cera qua foramina fuerant obturata, resoluitur: sudante hydria ignis extinguitur. Sacerdotis fraude canopus chaldæorum victor ostenditur. Vnde ipsum canopi simulachrum, pedibus perexiguus, attracto collo, & quasi suggillato ventre tumido in modum hydriæ cum dorso æqualiter tereti formatur. Ex hac persuasione velut deus victor omnium colebatur. Sed profecerint hæc fortasse aliquando Chaldæis. Nunc vero aduentante sacerdote dei theophilo, nullus profuit sudor, nec ceris fraus obtecta subuenit. Vastata sunt omnia, atque ad solum deducta.

Cap.  
XXVII.  
Forte,  
Et nihil nõ  
gestum est

Sed ¶ nihil gestum est quod in squalorem verteret locum. flagitiorum cavernæ, ac veteriosa busta deiecta sunt, & veri dei templa ecclesiæ cellæ constructæ. Nam & in Serapis sepulchro prophanis ædibus complanatis, ex vno latere martyrium, ex altero confurgit ecclesia. Occasio autem martyrij construendi vnde data sit, dignum arbitror memorare.

Cap.  
XXVIII.

¶ Vliani temporibus velut relaxatis frenis efferbuit in omnem sæuitiam feritas Paganorum. Ex quo accidit, vt apud Sebasten Palæstinæ urbem sepulchrum Ioannis Baptistæ mente rabida & funestis manibus inuaderent, ossa dispergerent, atque ea rursus collecta, igni cremarent, & sanctos cineres pulueri immixtos, per agros & rura dispergerent. Sed dei providentia factum est, quosdam de Hierosolymis ex monasterio Philippi hominis dei, orationis illuc causa per idem tempus venisse. Qui cum tantum nephas humanis quidem manibus, sed ferina mente fieri viderent, mori gratius habentes, quàm huiuscemodi piaculo funestare, inter eos qui ossa ad exurendum legebant mixti, diligentius in quantum res patiebatur, ac religiosius congregantes, furtim se vel stupentibus, vel insipientibus subtraxere, & ad religiosum patrem Philippum venerandas reliquias pertulere. Ille supra se ducens tantum thesaurum propriis seruare vigiliis, ad Pontificem maximum tunc Athanasium, hostiæ immaculatæ reliquias per Iulianum diaconum suum, post etiam Palæstinæ urbis episcopum mittit. Quas ille susceptas, paucis arbitris sub cauato sacrarij pariete inclusas prophético spiritu profuturas generationi posteræ conseruauit: quibus nunc deiectis & prostratis idololatriæ vestigiis, in ædibus quondam prophanis aurea tecta confurgerent. Sed post

Monasterium  
Philippi  
apud Hie-  
rosol.

Sed post occasum Serapis, qui nunquam vixerat, quæ iam alterius demōnis stare delubra potuerunt? ¶ Parum dixerim, si omnes quæ erant Alexandriæ per singulas penè calumnas cuiuscunque demōnis ædiculæ insulte ceciderunt. Sed per cunctas Ægypti vrbes, per castella, per vicos, per omne rus, per ripas fluminis, per eremum quoque si qua phana vel potius busta reperiri potuerunt, instantia vniuscuiusque episcopi subruta, & ad solum deducta sunt, ita vt denuo rus culturæ redderetur, quod iniuste fuerat demōnibus deputatum.

¶ Sed & illud apud Alexandriam gestum est, quod etiam thoraces Serapis, qui per singulas quasque domos in parietibus, in ingressibus, in postibus etiam ac fenestris erant, ita abscissi sunt omnes & abradi, vt ne vestigium quidem vsquã, vel numinis appellatio, aut ipsius, aut cuiuslibet alterius demōnis remaneret, sed pro his crucis dominicæ signum vnusquisque in postibus, in ingressibus, in fenestris, in parietibus, columnisque depingeret. Quod cum factum esse hi qui superfuerant ex Paganis viderent, in recordationem rei magnæ ex traditione sibimet antiquitus commendata venisse perhibentur: Signum hoc nostrum dominicæ crucis inter illas quas dicunt *ιερατικα* i. sacerdotales literas, habere Ægyptij dicuntur, velut vnum ex ceteris litterarum, quæ apud illos sunt, elementis. Cuius litteræ seu vocabuli hanc esse asserunt interpretationem: Vita vêtura. Dicebant ergo hi qui tunc admiratione rerum gestarum conuertebantur ad fidem, ita sibi ab antiquis traditum, quod hæc quæ nunc coluntur, tam diu starent, quam diu viderent signum istud venisse in quo esset vita. Vnde accidit vt magis hi qui erant ex sacerdotibus vel ministris templorum, ad fidem conuerterentur, quàm illi quos errorum præstigiæ & deceptionum machinæ delectabant.

¶ Anè quoniam moris erat in Ægypto, vt mensura ascendens Nili fluminis ad templum Serapis deferretur, velut ad incrementum aquarum & inundationis autorem, subuerso eius simulachro, ignique consumpto, omnes simul negabant Serapini iniuriæ memorem, aquas vltra ac affluentia solita largiturum. Sed vt ostenderet deus non Serapin, qui multo erat Nilo posterior, sed se esse qui aquas fluminis temporibus suis iuberet ex crescere, tanta ex eo & deinceps fuit inundatio, quantam fuisse prius ætas nulla meminerat. Et ideo vna ipsa, id est, aquæ mensura, quam *πύχνη* vocant, ad aquarum dominum in ecclesiam cœpra deferri. Sed vbi hæc gesta religioso principi nuntiata sunt, extentis ad cælum palmis, cum ingenti fertur exultatione dixisse: Gratias tibi Christe, quod absque urbis illius magnæ pernicie tam vetustus error extinctus est.

¶ Interea Valentinianus in Occiduis partibus, animis (quantum ætas patiebatur) ardentibus rempublicam gerens, causis etiam nunc latentibus laqueo vitam finiuit. Sed hoc quidam dolo ducis sui Arbogasti factum confirmabant: idque quàm maxime publica tenebat opinio. Alij quidem à commisso scelere ducem alienum dicebant, sed causas præstitisse, quibus in hoc adolescens animi indignatione cogerebatur, quod ¶ minus ei

Forte  
parum si di-  
xerim.

Cap. XXIX

Signum do-  
minicæ cru-  
cis.

Cap. XXX.

Theodosii  
vox.

Cap. XXXI  
An. Do.

364.

alias  
minus etiã

quam per  
ætatem va-

tanquã per ætatẽ nondum valido, libera de omnibus indulgeret imperia. Fuere tamen nonnulli sacerdotum, qui pacis ab eo qui post creatus est legatione suscepta, immunem esse ducẽ à mortis scelere apud Theodosium testarentur.

Cap.  
XXXII.

Sed ille nihilo segnius inflammatus ad ultionem, arma contra Eugenium qui in locum defuncti substitutus est, corripit, primò dei voluntatem per Ioannem monachum (de quo supra memorauimus) sciscitatus. Tum ille qui primam de Maximo ei victoriam prædixerat incruentam, etiam hanc licet non absque plurima vtriusque sanguinis inundatione promittit.

Cap.  
XXXII.

Igitur præparatur ad bellum non tam armorum telorumque, quàm ieiuniorum orationumque subsidiis: nec tam excubiarum vigiliis, quàm obsecrationum pernoctatione munitus circumibat cum sacerdotibus & populo omnia orationum loca, ante martyrum & Apostolorum thecas iacebat cilicio prostratus, & auxilia sibi fida sanctorum intercessione posebat. At Pagani, qui errores suos nouis semper erroribus animant, innouare sacrificia, & Romam funestis victimis cruentare, inspicere exta pecudum, & ex fibrarum præscientia securam Eugenio victoriam nuntiare. Superstitiosus hæc agente, & cum omni animositate, Flauiano tunc Præfecto, cuius assertionibus (magna enim erat eius in sapientia prærogatiua) Eugenium victorem fore pro certo præsumperat. Sed vbi veræ religionis fretus auxilio Theodosius, alpium fauces cœpit vrgere, primi illi quibus nequicquam litatæ sunt tot victimæ, de fallaciæ conscientia trepidi demones, in fugam versi. Post etiam magistri horum & doctores errorum præcipuè Flauianus, plus pudoris quàm sceleris reus, cum potuisset euadere eruditus admodum vir, mereri se mortem pro errore iustius, quàm pro crimine iudicauit. Cæteri vero instruunt aciem, & collocatis in superiori iugo insidiis, ipsi pugnam in descensu montis expectant. Verum vbi ad primos ventum est, & ilicò se legitimo principi tradiderunt, cum cæteris imis vallibus deprehensis conflictus acerrimus geritur. Stetit aliquan-

Theodosius  
ad Deum.

diu anceps victoria: fundebantur auxilia Barbarorum, & terga iam hostibus dabant. Sed fiebat hoc non vt Theodosius vinceretur, sed ne per Barbaros vincere videretur. Tum ille vt conuersas suorum acies vidit, stans in edita rupe, vnde & conspiceret & conspici ab vtroque posset exercitu, proiectis armis, ad solida se vertit auxilia, & prostratus in conspectu dei: Tu, inquit, omnipotens deus, nosti quia in nomine christi filij tui ultionis iustæ, vt puto, prælia ista suscepi: si secus, in me vindica. Si vero cum causa probabili & in te confusus, huc veni porrige dexteram tuis, ne fortè dicant gentes, vbi est deus eorum? Quam supplicationem pij principis, certi à deo esse susceptam, hi qui aderant duces, animantur ad cædem: & præcipuè Bacurius, vir fide, pietate, virtute & animi & corporis insignis, & qui comes esse & socius Theodosij mereretur, proximos quosque cõto, telis, gladio passim sternit, agmina hostium conferta & constipata per-rumpit. Iter per milia ruentium ad ipsum tyrannum ruptis agminibus & acerua

aceruatim fufis stragibus agit. Vix fortasse ab impiis cedantur quæ gesta sunt. Etenim compertum est, quod post illam imperatoris precem quam deo fuderat, ventus ita vehemens exortus est, vt tela hostium in eos qui iecerant, retorqueret. Cumque magna vi persistente vento, omne iaculum missum ab hostibus frustraretur, fracto aduersariorum animo, seu potius diuinitus repulso, Arbogasto ducenè quicquã fortiter faciente, Eugenius ante Theodosij pedes, vinctis post terga manibus, adducitur. Ibi que vitæ eius & certaminis finis fuit. tum vero religioso principi gloriosior victoria de frustratis opinionibus Paganorum, quam de tyranni interitu fuit, quibus spes vana & falsa diuinatio minus in interitu contulit pœnæ, quàm pudoris seruauit in vita.

Cumque post hæc vt futurorum præsciis Imperator, disponendæ reipublicæ sollicitudine stringeretur, ad orientem protinus mittit, vbi venturus ad bellum tuta liberos custodia commendarat. Ibi que Arcadium Augustum regnum sibi dudum traditum seruare præcipit. Honorium vero pari dignatione præditum, ad occidentis imperium venire ocysus iubet. Quo suscepto, & paternis osculis complexibusque constricto, traditis occidentalis regni gubernaculis, ipse Romano imperio per annos decem & septem feliciter gubernato, ad meliora migravit, cum piissimis principibus percepturus præmia meritorum.

## HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ LIBRI

SECUNDI, RVFFINO AVILEIENSI

presbytero auctore, finis.

SCRIPTURÆ SACRÆ AVTHORITATVM

QVÆ IN HIS RVFFINI A QVILEIENSIS PRES-  
byteri commentariis sparsim explicata & citata sunt, ex  
utriusque Testamenti librorum ordine digestus index.

Ex Genesi.

CAP. 49 Vocavit autem filios suos, & dixit: Congregamini vt annunciem vobis quæ occurfu-  
ra sunt vobis in nouissimis, pag. 10

Exodus.

4 Israël primogenitus meus. 10  
13 Et erit vita suspensa ante oculos tuos, & timebis per diem & noctem, &c. 182

Deuteronomium.

2 Cùm diuideret excelsus gentes, statuit terminos gentium secundum numerum. 178  
32 Audite hæc omnes Gentes: auribus percipite omnes, qui habitatis orbem, quique  
terrigentæ & filij hominum, simul in vnum diues & pauper. 101  
32 Ex vineis Sodomorum vitis eorum, & palmes eorum de Gomorris, Vua eorum, Vua  
fellis & botrus amarissimus ipsis. 183

Esaias.

3 Væ anime eorum, qui cogitauerunt cogitationem pessimã aduersus semetipsos dicentes.  
Alligemus iustum, quia inutilis est nobis. 181  
3 Dominus in Iudicium veniet cum senioribus & principibus populi. 181  
5 expectaui vt faceret vnam, fecit autem spinas. 182  
7 Virgo concipiet & pariet Filium. 175  
25 Et faciet Dominus deus Sabaoth omnibus gentibus, in monte isto bibent lætitiã, bi-  
bent vinum, vngentur vnguento in monte isto. 180  
26 Resurgent mortui & suscitabuntur qui sunt in sepulchris. 191  
36 Mulieres quæ venitis à spectaculo, venite: non enim est populus habens intellectũ. 185  
50 Peccatis nostris venundati sumus. 178  
50 Dorsum meum dedi ad flagella, & maxillas ad palmas, & faciem non auerti, &c. 181  
52 Quibus non est annunciatum de eo videbunt, & qui non audierunt intelligent. 180  
53 Domine quis credit auditui nostro. 181  
53 Sicut agnus coram tondente se, non aperuit os suum, in humilitate iudicium eius. 182  
57 Recubans dormiuit vt leo, & vt catulus leonis, quis suscitabit eum? 183  
57 Supra quem aperuistis os vestrum, & aduersus quem relaxastis linguas vestras? 182  
61 Spiritus domini super me, propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus, &c. 173  
63 Qui eduxit de terra pastorem magnum ouium. 185  
63 Quis est hic qui venit de Edom, rubor vestimentorum eius ex Bosra: quare rubicun-  
da sunt vestimenta tua, & indumentum tuum, &c. 183

Hieremias.

2 Ego plantaui te vineam frugiferam. 10  
2 Docebat enim cum propter quem omnia, per quem omnia, qui multos filios, &c. 184  
3 Mortificauerunt in lacum vitam meam, & posuerunt lapidem super me. 183  
4 Spiritus vultus nostri Christus dominus comprehensus est in corruptionibus nostris, in  
quo diximus: sub vmbra eius viuemus in gentibus. 180  
11 Credere enim primò omnium accedentem ad deum oportet, quia est, &c. 170  
11 Maledicta terra in operibus suis, spinas & tribulos producet tibi. 182  
11 Venite & iniiciamus lignum in panem eius, & conteramus eum de terra viuentiũ. 182  
11 Moyses spretis Ægyptiorum thesauris elegit potius ferre improprium Christi. 14

Ezechiel.

30 In illa die procedent angeli festinantes exterminare Æthiopiam, eritque inter eos  
perturbatio in die Ægypti, &c. 178  
32 Et extraham te in hamo meo, & extendam te super terram. Campi de te implebuntur  
& con

INDEX.

& constituam te super omnes volucres cæli. 179  
44 Porta autem quæ respicit ad orientem, clausa erit, & non aperietur, & nemo transibit  
per eam, quoniam dominus deus Israël transibit per eam, & clausa erit. 175

Hosee.

1 Si fuerunt filij Israël sicut arena maris, reliquiæ saluæ fient. 4  
3 Et dicit dominus. Adhuc vade, dilige mulierem dilectam amicis & adulteram, sicut  
diligit dominus filios Israël, &c. 45  
4 Iudicate matrem vestram, iudicate, quoniam ipse non vxor mea, & ego vir eius. 37  
4 Audite verbum domini filij Israel, quia iudicium domino cum habitatoribus terræ, nõ  
enim veritas, & non est misericordia, & non est scientia &c. 47  
4 In tribulatione sua mane confurgent ad me: Venite reuertamur ad dominum quia ip-  
se cepit & saluabit nos, percutiet & curabit nos. 59  
5 Audite hoc sacerdotes, & attendite domus. 59  
6 Sanabit nos post biduum, in die autē tertia, resurgemus & viuemus in conspectu eius. 185  
7 Cùm sanare vellem Israel reuelata est iniquitas Effraim & Samariæ, qua, &c. 61  
8 In guttore tuo sit tuba, quasi Aquila super domum Domini, pro eo quod, &c. 66  
9 Noli lætari Israel, noli exultare quia à scedere legis sacrilega pollutione discesseris. 71  
10 Vaccas Bethaem coluerunt habitantes Samariæ, quia luxit super eum populus eius, &  
æditui eius super eum exultauerunt in gloria eius, quia migravit ab eo. 79  
10 Et alligantes eum xenium Regi Iarim. 181  
10 Vitis frondosa Israel fructus adæquatus est ei secundum multitudinem fructus, &c. 78  
11 Sic fecit vobis Bethel. 83

Amos.

6 Væ qui opulenti estis in Syon, & confiditis in monte Samariæ. 148  
8 Occidet tibi sol meridie. 182  
9 Qui ædificat in cælo ascensionem suam. 186

Zacharias.

11 Et dixi ad eos. Si bonum est in conspectu vestro date mercedem, & abnuite. Et accepi  
triginta argenteos, & misi eos in domum domini in conflatorium. 181  
14 In illa die non erit lux: frigus & pruina erit vno die, & dies illa nota domino, & neque  
dies, neque nox & ad Vesperam erit lux. 182

Malachias.

3 Ecce veniet dominus omnipotens, & quis sustinebit diem aduentus eius, aut quis sustine-  
bit aspectum eius? quia ipse ingreditur sicut ignis conflatorii, & sicut herba, &c. 187

Psalterium.

3 Ego dormiui & soporatus sum, & exurrexi, quoniam dominus suscepit me. 185  
4 Qui manducauit panes meos, ampliauit aduersum me supplantationem. 180  
4 Filij hominum vsquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem & quæritis &c. 157  
10 Vt sagittent in obscuro rectos corde. 23  
11 Linguam nostram magnificabimus: labia nostra à nobis sunt, quis noster, &c. 142  
11 Propter miseriam inopum & gemitum pauperum, nunc exurgam dicit dominus. 185  
15 Quia non dabis sanctum tuum videre corruptionem. 184  
15 Domine eduxisti animam meam ab inferno, saluasti me à descendentibus in lacũ. 184  
17 Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. 40  
17 Qui ascendit super cherubin, volauit super pennas ventorum. 186  
21 Tauri pingues obsederunt me. 15  
21 Et in puluere mortis deduxisti me. 183  
32 Tollite portas principes vestras & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ.  
Quis est iste rex gloriæ? dominus fortis, &c. 186  
23 Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in loco sancto tuo? 81  
25 Odi Ecclesiam malignantium cum impiis non sedebo. 189  
27 Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. 183  
29 Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendero in corruptionem. 183  
29 Quia non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum videre, &c. 184



LOCORVM SCRIPTVRÆ

29	Domine eduxisti de inferno animam meam, saluasti me à descendentibus in lacu.	185
30	In manus tuas commendo spiritum meum.	183
34	fiat via illorum tenebræ & lubricum & Angelus domini persequens eos.	162
37	Ego tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum.	182
37	Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt.	180
37	Factus sum sicut homo non audiens & non habens in ore suo redargutiones	182
38	Obmutui & humiliatus sum, & filii à bonis, & dolor meus renouatus est.	144
44	Speciosas forma præ filiis hominum.	44
45	Deus in medio eius non commouebitur: adiuuabit eam deus manediluculo.	86
46	Ascendit deus in iubilatione, & dominus in voce tubæ.	186
48	Homo cum in honore esset, comparatus est iumentis, & similis factus est illis.	102
49	Peccatori autem dixit deus, Quare tu enarras iustitias meas, & assumis, & c.	159
50	Vt iustificeris in sermonibus tuis & vincas cum iudicaris.	47
54	Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula.	180
55	Qui facis Angelos suos Spiritus & ministros suos ignem vrentem.	97
57	Ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens.	163
62	Tabernaculum Idumæorum &, Ismaelitarum Moab & Agarem, gebal & Amon & Amalech, & alienigenarum cum habitantibus tyrum. Etenim Assur venit cum illis, & c.	118
63	Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.	185
64	Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, & campi tui replebuntur vberitate. Pinguescent fines deserti & exultatione colles accingentur.	167
64	Veruntamen mendaces filii hominum in stateris, vt decipiant ipsi de vanitate & c.	190
68	Descendi in limum profundi, & non est substantia.	184
68	Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto.	183
70	Quoniam conuersus viuificasti me, & de abyſſo terræ iterum reduxisti me.	185
72	Mihi adharere Deo bonum est.	7
72	Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum, transierunt in actum cordis. Cogitauerunt & locuti sunt nequitiam. Iniquitatem in excelſo locuti sunt.	134
73	Dedit eum in escam populis Æthiopum	179
75	dormitauerunt omnes qui ascenderunt equos.	16
75	Notus in Iudæa deus.	20
77	Excitatus tanquam dormiens Dominus.	105
86	Diliget dominus portas Syon super omnia tabernacula Iacob.	86
87	Et factus est sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber.	185
92	Parata est sedes tua deus ex tunc à seculo tu es.	186
103	Omnia à te expectant domine, vt des illis escam in tempore: Dante te illis, colligent: aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate: Auertente, & c.	104. 106
104	Posuit pluias eorum grandinem ignem comburentem in terra ipsorum, & percussit vineas eorum & contriuit omne lignum finium eorum.	106
111	Quia disponit sermones suos in iudicio.	186
113	Cælum cæli domino terram autem dedit filiis hominum.	164
126	ecce domini filij, merces fructus ventris.	13
138	Quò ibo à spiritu tuo, aut quo à facie tua fugiam? Si ascendero in cælum tu illic es, si descendero in infernum ades. Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris: illuc manus tua deducet me, & c.	162
141	Portio mea in terra viuentium.	123
109	Donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis.	2
109	Ante luciferum genui te.	20
109	Dixit dominus domino meo, Sede à dextris meis.	186

*Iob.*

40	Aut adducis draconem, aut ponis capistrum circa nares eius.	179
----	---	-----

*Canticum Canticorum.*

1	Adolescentulæ dilexerunt te: post te curremus in odorem vnguentorum tuorum.	13
2	Exite & videte filia Hierusalem coronam qua coronauit eum mater sua.	183

2. prchen-

INDEX.

2	Prehendite mihi vulpes pusillas, & exterminantes vineas meas.	13
3	In cubili meo quæsiui eum, & non inueni.	185
3	Tenebo eum, & non dimittam eum, quem diligit anima mea.	185
5	Intraui in hortum meum foror mea, sponſa mea, & Vindemiam vineam meam & c.	183
6	Vna est columba mea, vna est perfecta genitrici suæ.	189
22	Prehendite vulpes paruulos, exterminantes vineas meas.	13

*Daniel*

3	Videbam in visu noctis, & ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis, & c.	187
12	Quia tunc resurgent qui sunt in terræ puluere: si quidem in vitam æternam, & c.	191

*Baruch.*

3	Hic deus noster, non reputabitur alter ad eum, qui inuenit omnem viam disciplinæ & dedit eam Iacob, & Israel dilecto suo: posthæc in terris visus est, & c.	173
---	---	-----

*Mathæus.*

1	Quia paries filium, & vocabis nomen eius Iesum: hic enim saluum faciet, & c.	175
4	Venite post me.	16
4	Dominus Iesus ductus est in eremum à Spiritu vt tentaretur à diabolo.	17
4	Et accedentes Angeli ministrabant ei.	17
10	Nolite timere eos qui possunt corpus occidere, animæ autem nihil possunt facere.	186
10	Estote prudentes sicut serpentes.	16
11	Tu es qui venturus est, an alium expectemus?	184
13	Simile est regnum cælorum fermento quod abscondit mulier in farinæ mensuris, & c.	174
13	Semen cecidit super terram bonam, & adferet fructum, aliud tricesimum, & c.	13
15	Si cæcus cæco ducatur præbeat.	7
15	Sciebat enim pilatus quòd per inuidiam tradidissent eum Iudæi.	20
16	Propitius esto domine, non tibi erit hoc.	16
17	Hic est filius meus dilectus in quo mihi, & c.	17
19	Nisi conuersi fueritis sicut infans, non intrabitis in regnum cælorum.	7
19	Quòd est apud homines impossibile, possibile est apud deum.	235
22	In resurrectione mortuorum, neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut, & c.	191
22	Dic nobis, licet census dare Cæsari, an non?	20
22	Deus Abraham, Deus Isaac, deus Iacob, deus autem non mortuorū, sed viuentiū.	191
22	Si ergo David in spiritu dominum vocat eum, quomodo filius eius est?	186
23	A sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem zachariæ.	11
24	Cum dixerint vobis, Ecce Christus hic, aut ecce illic, nolite credere, & c.	187
25	Ite in ignem æternum qui præparatus est diabolo & Angelis eius.	17
25	Et segregabit oues ab hœdis.	187
26	Sexta siquidem hora tenebræ factæ sunt vsque ad horam nonam, & terra mota, & c.	160
26	Veruntamen dico vobis: A modo videbitis filium hominis sedentem ad, & c.	18
26	Consilium fecerunt vt Iesum dolo tenerent.	20
26	Aue rabi, & osculatus est eum.	180
26	Quia consilium fecerunt Scribæ & pharisæi, vt Iesum dolo tenerent	11
27	Sanguis illius super nos & super filios nostros	11
27	Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.	183
27	Monumenta aperta sunt, & nulla corpora dormientium sanctorum & c.	184
27	Mortuus est ex infirmitate, & resurrexit à mortuis ex virtute.	20
27	Mundus sum à sanguine iusti huius.	11
28	Baptisate omnes gentes in nomine patris & Filij & Spiritus sancti.	190

*Marcus*

1	Quia crucifigi oportet filium hominis & mori.	16
8	Vade retro Satana, scandalum mihi es, quoniam non sapi quæ Dei sunt, sed, & c.	16

*Lucas.*

12	Quia cum venerit dominus serui illius diuidet eum, & partem cum infidelibus, & c.	12
15	Lætitia est enim & gaudium Angelis in cælis super vno peccatore pœnitentiam, & c.	6
15	Ego semper tecum fui, nunquam præterij, & nunquam dedisti mihi hœdum, & c.	12

LOCORVM SCRIPTVRÆ.

10	Quod apud homines impossibile est, possibile est apud deum.	235
<i>Ioannes.</i>		
2	Soluite templum hoc & in tribus diebus suscitabo illud, hoc autem dicebat, & c.	3
3	Sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis.	15
5	Quia ergo veni in nomine patris mei, & non recepistis me, alius veniet in, & c.	187
5	Pater neminem iudicat, sed omne iudicium dedit filio.	15
7	Quia flumina de ventre eius procedent aquæ viuæ.	182
8	Pater & ego vnus sumus.	172
8	Samaritanus est, demonium habet.	20
9	ego in iudicium veni in hunc mundum.	15
10	Erit vnus grex, & vnus pastor.	15
12	Dominus concordat corda principum.	181
12	Cùm exaltatus fuerò à terra, omnia ad me ipsum traham.	184
13	Filioli adhuc modicum vobiscum sum.	23
14	Quia vado ad deum meum & Deum vestrum.	21
15	Ego sum vitis vera.	4
20	quia tulerunt dominum meum, & nescio vbi posuerunt eum.	185
<i>Acta.</i>		
2	Verbū enim cōsummās & breuians in æquitate faciet dominus super terram.	169
10	Quem vnxit pater Spiritu sancto misso de cælis.	173
15	Multi ex circumueuntibus Iudæis simulabant se Apostolos christi.	170
<i>Romanos.</i>		
3	Scimus quia omnia quæ lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur.	124
4	Mortuus est propter delicta nostra & resurrexit propter iustificationem nostram.	121
6	qui alios docet, teipsum non docet.	6
8	Quia illum suscitauit à mortuis.	3
14	Quia omnes nos stare oportet ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisque propria corporis prout gessit siue bona siue mala.	187
<i>Corinthios.</i>		
1	Verbum enim crucis pereuntibus stultitia est, his verò qui salui sunt.	180
1	Nos autem prædicamus christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis vocatis Iudæis & Græcis Christum Dei Virtutem & c.	180
2	Loquetur enim ipse sapientiam inter perfectos.	18
3	Lac vobis potum dedi, non escam.	23
3	Dei enim administratio est, Dei cultus est.	14
4	Si enim qui videtur nobis homo corrumpitur, sed qui intus est.	11
8	Et vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia.	175
9	quis plantauit vineam & de fructibus eius non edit.	14
9	quia macero corpus meum & seruituti subiicio, ne forte cùm aliis.	16
6	Sic enim pugnat non quasi aërem cædens.	6
11	Quia caput Christi deus est.	174
12	Ne extollar, datus est carni meæ stimulus, Angelus Satanæ, qui me collaphizet.	16
12	Nemo enim dicit dominum Iesum Christum, nisi in spiritu sancto.	2
12	Vnusquisque secundum figuram fidei suæ recipit gratiam Spiritus.	21
15	Primus homo de terra terrenus.	11
15	Quod si resurrectio mortuorum non est, ergo Christus nõ resurrexit. Si autem non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, vacua est & fides nostra.	192
15	Nunc autem Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientium, quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum.	192
15	quia non primum quod spiritale est, sed quod animale est.	11
15	Inspiciens tu, quod feminas non viuificatur nisi prius moriatur: & quod feminas non corpus quod futurum est, feminas, & c.	191

*Galatas*

INDEX.

<i>Galatas.</i>		
2	Christo conuicifixus sum: Viuo verò iam non ego, Viuit vero Christus in me.	6
4	Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera, hæc autem, sunt duo testamenta.	10
<i>Ephesios.</i>		
2	Secundum operationem potentia virtutis eius, quam operatus in Christo, suscitans eum à mortuis, & c.	186
2	Qui simul excitauit nos, simulque sedere fecit in cælestibus.	184
5	Non enim argento vel auro redempti estis, sed precioso sanguine vnigeniti à deo.	4
<i>Philippenses.</i>		
2	In cuius nomine, omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum.	186
2	Habitu inuentus vt homo.	179
2	Quia in nomine Iesu, omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & c.	177, 178
2	Hoc sentite in vobis, quod in Christo Iesu, qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratu est se esse æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit, & c.	178
4	Omnia possum in eo qui me confortat.	7
4	Scio & abundare & esurire ad omnia & in omnibus imbutus sum.	18
<i>I. Petri</i>		
3	Christus est in dextera dei sedens in cælis.	186
3	Quia Christus mortificatus carne, viuificatus autem spiritu qui in ipso habitat, eis qui in carcere conclusi erant descendit spiritibus prædicare qui increduli fuere in diebus noë.	184
<i>Collocenses.</i>		
2	Delens quod aduersus nos erat, chirographum, & affigens illud cruci sue, traducit principatus, & potestates, triumphans in semetipso.	178
2	In quo inhabitat omnis plenitudo deitatis corporaliter.	21
<i>Thessalonicenses.</i>		
2	Ne quis vos seducat vllo modo, quoniam nisi discessio venerit primum, & reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis, & c.	187
<i>Timotheum 2.</i>		
2	Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere.	14
4	Hæc autem faciens, te ipsum saluum facies, & eos qui tecum sunt.	23

X

RERVM AC VERBORVM IN COMMEN-  
TARIA RVFFINI AQVILEIENSIS PRES-  
byteri index locupletissimus.

<b>A</b>		
<i>Blatus est ab eis deus</i> , quomodo intelli- gendum. 56	apes nesciunt coniugia. 176	
Adæ & Iudæorum peccatum an fue- rit æquale. 60	apis deus. 147	
Achab & Iesabelis familia deletur. 32	apollo cur daphnidi responsum nõ dat. 213. 214	
Achar filius charim in valle Achor ob furtim lapidibus obrutus. 43	apostasia Regis Ieroboam. 63	
Adolescentia populi Israelitici. 64	apostoli in perpetuo labore fuere. 14	
Adulterij nomine violatam religionem scrip- tura significat. 30	apostoli, agricolæ. 13	
Ægyptij sicco itinere pelagus transeunt. 43	apostoli, venatores, 12	
Ægyptus propter quid in desertum vêtura. 121	apostolorum origo. 18	
æqualitas à sapientibus omnibus prædicata 45	aqua & sanguis ex Christi latere profluxit. 182	
ætatis huius infelicissimæ prædictio. 46. 47	arca quæ à Noe constructa bicamerata & tri- camerata. 6	
Affectus synceræ mentis vbi deest, à crapulatis fusa supplicatio, ritè vlulatio nominatur. 66	arca dei ab azotiis capta. 125	
Afflictio reorum dominum non placat. 105	arcus dolosus, qui effecti. 66	
Agricola terræ suæ quis esse putandus est. 14	argenteis triginta Christus appreciatus. 181	
Agrorum pulchritudo, quid. 106	arij conditio, & mores. 195	
Alexâder Hierosolymis maximus cõfessor. 206	arij hæresis. 190	
Alexander Episcopus Alexandria. 195	arioli Samaraticæ legis quædam instituta ob- seruabant. 50	
Alligare pullum ad palmitem quid. 7	arius ab exilio reuocatur. 205	
altitudo & latitudo crucis descriptio. 177	arius cacando perit. 206	
amafias Idolorum sacerdos. 154	arij fidem nostræ verbis similem, sensu ve- rò dissimilem. 205	
amafias sacerdotis Idolorũ ad Amos verba. 155	Arsenius athanasij lector. 206	
amatores dicuntur vel Gentium proceres, vel nationum dij. 38. 39	ascensus Christi ad cælos. 185	
ambrosius ieiuniis pugnat aduersus Iustiniæ furorem. 240	aser interpretatur. 18	
amicus quid. 5	assyrius Rex mors & infernus appellatur. 96	
ammon & Moab de Lorb stirpe nati. 127	athanasij dormitio. 232	
amos vbi educatus. 123	athanasius puer quosdã per Iudũ baptizat. 205	
amos propheta quis & qualis fuerit. 122. 123	athanasius fugit ex occidentis partibus ad con- stantem cæsarem. 208	
amos ad munus prophetandi electus. 55	athanasius alexandriæ episcopus. 205	
amos, armentariũ se nõ prophetã dicit esse. 155	athanasius etiam in occultis terræ ad necem perquiritur. 208	
amplius est Ioseph in multis & super fratres dicitur. 20. 21. 22	athanasius in occursum percussori suo. 213	
angeli fratres nostri sunt. 6	athanasius in lacu cisternæ aquam non haben- te sex annis occultatur. 208	
angelus obuiauit Iacob in hominis specie. 89	athanasius ad tribunal siltitur. 237	
anima, quando in sanguine vuz lauatur. 5	athanasius artis magicæ accusatur. 206	
anima nihil preciosius. 150	athanasius Alexandriae diaconus. 198	
animalia ruminantia. 6	athanas. inique cõdénatus fugere cogitur. 207	
animæ virtus tripartita. 12	ausus Naue filius Iesus dictus est. 173	
animæ appellatione vita intelligitur. 150	auxentius hæreticus episcopus moritur. 238	
animus patricialis est aliena calamitate di- tescere. 57	in azotios populos comminatio dei. 125	
antichristus ex tribu dan nasciturus. 15	<b>B</b>	
antonij eremitæ monachorum exemplar. 201	Baalim turpitudinis idolum. 41	
antonij eremitæ precibus se Constantinus ma- gnus commendat. 201	baptismi gratia duplex figuratur. 182	
	bene complacui: ipsum audite. 172	
	beelfegor qualis deus. 75	
	benedictio Beniamin. 23	
	benedictio Nephthaim. 18	
	benedictio Ruben. 19	
	benedictio	

INDEX.

benedictio Gad. 17	causæ ob quas incommoda multa passa est gens iudaica. 102. 103
benedictio Symeon & Leui. 11	census cæsari dandus. 21
benedictio zabulon. 12	christi resurrectionis prædictio. 184
benedictio Iudæ. 2	christi scemora. 3
benedictio Isachar. 13	christi in ligno crucifixi vaticinium. 182
benedictio Ioseph patriarchæ. 19. 20	christum pro nobis passum esse probatur. 180
benedictio cæli & terræ. 20. 21	christus ex Virgine natus. 2
benedictio Aser. 18	christus in quibus leoni assimilatur. 3
benedictio Dan. 15	christus nomen est pontificale, vel regiũ. 173
benedictionem vltimam cur beniamin con- secutus sit. 24	christus à demone per suggestionẽ tentatus. 21
benedictiones variæ super Ioseph patriarchæ. 20	christus à chrismate dictus. 173
beneficia præmissa deus commemorat ad ex- probrandum ingratorum facinus. 129	christus ex virgine natus. 2
beniamin interpretatur. 24	christus vitis dicitur. 4
beniamin lupus rapax. 23	colles æterni mysticè qui sunt. 22
bestias agri appellare, armenta & greges solet sacra scriptura. 48	commentaria in Amos prophetam. 122
berthauen locus tribui Iudæ coniunctus. 53	comestiones ex precisi innocentium factæ. 129
bethel vrbs Idolorum 83	comminationes contra israelitas. 146. 147
bethel idolis scaruisse demonstratur. 135	comprehensio christi vaticinatur. 180
bethel & galgala ciuitates Idolis mæcipatæ. 140	concubinæ nomine lex vetus intelligitur. 10
bonorum possessio inter apost. erat æqualis. 45	confusio obscænos comprehendit. 76
bostræ ædes deuorandæ. 126	coniugium Osee cum scemina vilissima. 28
bruchus & Rubigo. 109	conquestio indignationis plena. 67
bathuel dei fortitudo. 100	consensio Apostolorum vna erat in virtute. 45
<b>C</b>	
Cæli benedictio in christo. 21	consilium pietatis diuinæ ostenditur. 145
Cæremoniarum legalium author. 147	cõsortiũ cũ meretrice lex vetus prohibebat. 28
Cæremonias repellere, Sacerdoti contradi- cere est. 48	cõsuetudo prophetica, quotiens deus annũcia- tur ad propugnandũ vel ad vliscendũ. 115. 116
cæsari reddenda quæ cæsaris sunt. 21	consuetudo & dignitas sanctorum Virorũ. 28
calamitas quæ palestinos est oppressura. 126	conterere arcus inimicorum, quid. 23
calamitates quas passurus erat Israel enume- rantur. 94	contemptus prophetarum quantum mali Iu- dæis attulerit. 74
calamitates quas passuri erant Iudæi enume- rantur. 102. 103	conti pro veribus & subulis positi. 135
calamitates criminibus debitæ denunciantur. 151. 152. 154. 155	continentia hordei nomine notatur. 46
calamitates venturæ super israelitas. 130	conuersionis iudæorum typus. 24
calamitatis magnitudo exponitur. 103. 104	Cooperatio S. Trinitatis. 175. 176
calamitatum iudæorum vaticinium. 150	correctio penitentium dominum placat. 105
calcaneum equi mordere quis dicatur. 16	corruptio nulla in partu Virginis Mariæ. 175
caluicium super caput ponere. 158	corruptionis species quatuor incommoda de- ferentes. 109
calumniam pati quid sit. 57	de costa primi Adam, mors: de secundi vero costa, Vita. 182
canaan quid. 89	costæ nomine mulier indicatur. 182
captiuitatis iudaicæ causa. 73	crapula & ebrietate accusantur Israelitæ. 149
cardinum percussu quid intelligendum. 162	creatura omnis ex nihilo est. 174
carmeli vertex exsiccatus. 123	creatura nulla creatori suo inæqualis. 174
carnis vitia quomodo domantur. 7	credo in symbolo cur primum creditur. 170
castigationis præmissæ quanta vtilitas ac mo- rum emendatio. 43	credo in deum Patrem omnipotentem. 170
castoris & pollucis ortus. 176	criminiu sceditas vitæ prosperitate aliquan- do latet. 40
catuli leonis qui appellantur. 6. 7	crucifixus sub pontio pilato, & sepultus descẽ- dit ad inferna. 177
causa cur iudæi reatũ suum non agnouerint. 55	crucis descriptio. 177
	Crucis ratio non omnibus eadem. 180
	Culpæ & penæ discrimen. 13

<b>D</b>		ecclesia sancta, quæ.	189
dæmon Christi tentator ab eo tentatus.	17	ecclesia apud iberos exstruitur.	204
dæmon quibus vicinus dicitur esse vel medi-		ecclesia oppugnatur.	213
us.	55	ecclesiæ orientalis symbolum.	171
dæmones Verbo dei fugantur.	197	ecclesiæ restituntur.	240
dagonis statua comminuta ab Arce dei po-		ecclesiæ hodiernus status.	110
rentia.	125	edessa vrbs mesopotamiæ.	234
damasci populus sæpe arua Israël populatus		Edesius à poculis.	202
est.	124	Edom, Theman & Bosra vnus populus est.	127
damasus episcopus.	238	Ægyptus doctissimis viris referta.	236
de damnatione fraterna exultare graue pecca-		effectus solis.	141
tum est.	57	effraim subcinericius factus.	64
de dan variæ acceptiones.	15	effraim columba vocatur.	65
dan.	15	effraim nomine Hieroboam quidam vocari	
daphnis Apollini litat.	213	putant.	74
decretum de Spiritu sancto.	211	effraim cur meretrix vocatur.	76
dentes super lac candidi.	5. 6. 8	effraim Samaria dicta est.	77
deo, in aduersis, supplicandi ratio duplex.	58	effraim pro ieroboam.	93
descendit ad inferna in simbolo romana Ec-		effraim nomine Samaritæ dicuntur.	56
clesiæ non habetur.	179	ἐλξ quid.	4
deus quantum ad parcendum promptior.	124	emath antiochia.	152
deus ad veniam promptus.	61	eques quando casurus retrorsum.	16
deus populo habitu leonis se promisit occur-		equites animæ in corporibus positæ, qui.	16
tere.	58	equitem & equum, dominum cum carne sus-	
deus luctatus cum iacob.	89	cepta quidam designari volunt.	15
deus in miserendo diues.	133	episcopus duos in ciuitate vna esse prohiben-	
deus à quoquam non aufertur.	56	tur.	199
deus sine initio & fine.	171	episcopis cõsortium mulierû interdicatur.	198
descensus Christi ad inferos probatur.	183	episcopus ab omnibus totius prouinciæ epis-	
diaconus præsentem episcopo aut presbytero ho-		copis ordinetur.	198
stiam ne diuidat.	200	errantibus cur deus ad tempus indulget.	46
didymus Alexandrinus.	235	error ac superstitio iudeorum.	51
dies extremæ prædictio.	115	eruca, locustæ, Brucho, & rubigini, quatuor	
dies domini, quis.	114	animi passiones aptantur.	109
dies iudicij probatur.	186. 187	esurire aliud, & aliud ieiunare.	105
quadragesima.	9	eusebius episcopus.	212
dies tenebris densissimis obscuratur.	204	eusebius nicomediensis.	206
dies extremi iudicij cur horribilis dicatur.	116	eusebius sacerdos & medicus.	212
dionysius in exilium cur mittitur.	209	eusebius nicomediæ episcopus.	198
discretio magna in professione orandi.	58	eusebius in exilium mittitur.	209
discretio inter plebem & sacerdotes nulla.	50	eunomij hæresis.	190
dispersi qui.	12	Eunomius vir corpore & anima leprosus.	210
distinctio inter incautos, & procaces.	53	exercitus Assyrius vna nocte deletus.	97
diuinitas sine exemplo est.	174	exercitus Sennacherib fere omnis vna nocte	
diuisi qui dicuntur.	12	cur periit.	33
diuisio vestimentorum christi.	183	exitium templi comminatur deus.	161
diuitibus væ imprecatur.	148	<b>F</b>	
doctor verus iustitiæ quis.	113	Facies malitiæ ex multiplici iniquitate com-	
domus ieroboam gladio desolanda.	154	posita.	83
dux de scæmoribus iudæ quomodo quis eua-		Facinus ingratorum exprobratur,	129
dat.	7	facinus religionis dissimulatæ iudæ impura-	
<b>E</b>		tur.	127. 128
Ebionis hæresis.	189	fames duplex, panis, aquæ, & verbi dei.	159
Ecclesiæ hodiernæ descriptio.	46. 47	Factum principis admirabile.	195
ecclesia, Christi sanguine lauanda.	4	Fasciculus pro possessione.	164
		Fatuel	

<b>H</b>		Habitus vlciscentis exprimitur.	131
Fatuel Ioëlis pater.	100	Hæresis eunomiana.	210
Femina quædam à ianuis mortis crucis Chri-		Hæresis Arii volentis abscondere substantiam	
sti contactu ad vitam reuocatur.	201	Patris Filium.	195
Fermento regnum caelorum comparatur.	174	Hæretici etiam post poenitentiam ad sacerdo-	
Fidei Nicenæ exemplum.	198	tium recipiendi.	211
Fidei simplicitas quantum virtutis habeat.	196	Hamus Christi.	179
Figura noui Testamenti.	10	herodes cur dictus est Iarim siue syluester.	181
Filij patris, qui.	6	in Hierusalem tuta erit saluatio in die iudi-	
<i>Filij syon exultate &amp; letamini in domino deo vestro</i>		cii.	116 117
multipliciter explicatur.	113	Hierico vrbs in terra promissionis opulentissi-	
rius quomodo à patre genitus, nõ est discuti-		ma victoria mirabili occupata.	43
endum.	171	Hieu Baal Idolum destruxit.	93
flagella Christi.	181	Hilarius Illyricum, Italiam, galliæque circuir.	
Flagitiorum impunitate nihil acerbius.	52		212. 213
Fluuius & fons vnus sunt inseparabile.	172	homo ex limo terræ creatus.	177
Fœditas criminum vitæ prosperitate aliquan-		hordeû in scripturis continentia significat.	46
do later.	40	hostes iusti, duobus modis intelligi potest.	143
Felicitas quæ super Hierusalem ventura est,		hostiis quibus placatur deus.	110. 111
prædicatur.	120. 121	humiliabitur positû, pro superbia humiliata.	65
scæmora Christi quæ sunt mysticæ.		<b>I</b>	
fons peccati & mortis de muliere prima.	182	Iacob nomine decem tribus intelliguntur.	88
fons nec dicitur fluuius, nec fluuius fons.	172	iacob cum deo luctatus.	89
fons Moyfi.	210	iacob israel appellatus.	92
fornicarij qui.	50. 51	iacob pro Rachel septem annis seruiuit La-	
fornicatio in scripturis captiuitatem significat		ban.	92
& cur.	31	iacob & iudæ nomine israel induritur.	150. 151
frigus duplex, temporis & fidei.	183	iactatio nominum sola, ad defendendum fri-	
fruges quo sine in terram sparguntur.	171	gida est.	67
frumentius à rationibus.	202	iarim quid.	181
fugo pro Effugio ponitur.	162	ibera gens quo tempore Christi fidem ample-	
<b>G</b>		xa sit.	203
cabaonitæ omnes pene deleti propter obsceni-		iberi poscunt à Constantino sacerdotes.	204
tatis scelus in vxorem cuiusdam leuitæ illa-		idola in galgal culta fuisse referuntur.	77
tum.	75	idola & fana gentium concremanda.	154
Gad interpretatur.	17	idololatriæ species.	53
galaad ciuitas operantium Idolum.	60. 61	idolorum ciuitates.	61
galgala idolis plena fuisse dicitur.	135	idumæa quare desolanda.	121
galgala ciuitas idolis mancipata.	140	idumæi Esau posterii.	125
galgala locus tribui Iudæ coniunctus.	53	iehu naini filius in regem super isracl suscita-	
galgal Idolorum cultrix.	77	tur.	32
gazzæ supplicium enumeratur.	125	iehu nomine quid intelligatur.	32
Gens Iberia Christianismû suscipit.	203. 204	ieiunare aliud & aliud esurire.	105
Gentis merita deteguntur, quibus à dei con-		ieiunium omni sexui & ætati indicitur.	104
fortio depulsa est.	37	ieroboam Regis idololatria.	63
Georgius vi rapit Alexandria episcopatu.	209	ieroboam contemptum Religionis ab aulicis	
Gothorum per Thracias irruptio.	239	exhilaratus.	63
Gratia baptismi duplex.	182	ieroboam initio salomoni inuisus ob pietatem	
Gratianus imperator Theodosium regni par-		regnandi cupiditate apostatauit.	74
ticipem adsciscit.	239	ieroboam princeps diuisionis.	93
Gratifici oculi christi.	5	ierusalem cur incendio hostili plectenda.	128
Gratuitas iudicantis quanta.	67	iesû christû sedere à dextris dei probatur.	186
Greges pecorum etiam ob populi peccatum		iesum in latere percussum, indeque aquam &	
dispelierunt.	106		
gregorius cappadociæ episcopus.	236		

RERVM ET VERBORVM

fanguinem fluxisse probatur.	182	iudaici populi duplex iniquitas,	81
Iesus Christus vnicus dei filius.	173.174	iudam Christum tradidisse auctoritatibus do-	180
Iesus Hebrei vocabuli nomen est.	1	ctetur.	180
Iesus quid.	173	Iudas confessio interpretatur.	6
Ignis nomine transcurfus flammæ intelligitur.	153	Iudæ benedictio filio.	2
		Iudæ regnum quamdiu durauerit.	3
imber serotinus & matutinus.	112	Iudæa à deo electa.	30
impietas, vtilitatis faciem, flagitijs obtendit.	39	Iudæi contemptu spiritualium magistrorum	
impietatis fructus superbia.	148	prophetarum meruerunt abduci in captiui-	
impij cur de emendatione non cogitant.	55	tatem.	73
in præpositio cur non additur in Sanctam ec-		Iudæi quibus diebus lasciuiebant.	41
clesiam & in quibusdam alijs.	188	Iudæis deus solum innotuit.	130
inaurium nomine obedientia ostenditur.	41	iudæorum populus præcepta legis solus, qui-	
india quo tempore semina fidei prima susce-		bis obediret accepit.	41
pit.	201. 203	iudæorum & Adæ an peccatum fuerit æqua-	
india duplex.	202	le.	60
india multis variisque linguis & gentibus ha-		iudæorum calamitas magna exponitur.	103
bitatur.	202	& 104	
indigentia panum datur post dentium stupo-		iudicantis quanta grauitas.	67
rem.	136	iudicij extremi propheta.	186. 187
indignatio dei, imagine leonis exprimitur.	132	iudicij vltimi dies.	114
inimici Iudæ qui.	2	iudicium contra Christum prædicitur.	181
inimici quousque dicuntur inimici.	2	iudicium prædicationis Apostolorum.	169
iniquitas populi israelitici duplex,	81	iudicium in absynthium conuertere.	140
infernus Assyrius vocatur.	96	iudicium ad ignem vocare.	153
infidelium de Resurrectione error.	191	iudicium dei innoxii dulce.	140
insidias in resum iudæi moluntur.	20	iuliani calliditas.	214
intelligentia diuinæ scripturæ vnde petenda.	236	iulianus imperator eligitur.	210
		iulianus in bello persico perit.	214
interiora deus conspicit.	55	iusti hostes locutio est disertis familiaris.	143
inuidiæ contra Athanasium.	206	iustitia deus appellatur.	141
iouinani ortus & de eius fine.	231	iustitiæ verus doctor, quis.	113
iosphat vallis locus concisionis vocatur.	120	Iuravit pro decreuit positum.	138
irene Spiridonis cyprij episcopi ad vitam re-		iuuentus populi israelitici.	64
uocatur.	197		
ioseph cur inter omnes fratres filius tertio ap-		L	
pellitur.	19	lapillorum nomine firmitas indicatur.	165
ioseph Christi figura.	20	Laqueus positus, quid.	132
ioseph patriarchæ interpretatio.	19	è latere Christi cur potius quam ab alio mem-	
isachar quid.	14	bro & aqua & sanguis productus.	182
isachar.	13	Latitudo, profundum & altitudo crucis def-	
israel, & domus regis auscultate, quia vobis		criptio.	177
iudicium est.	54	Leenæ munus.	233
iesrahel meretricis primogenitus.	32	Legis naturalis, quæ intra nos est, effectus.	11
israhel matulæ comparatus.	99	Leges dei in deuteronomij volumine continē-	
israhel idola abiicit.	98	tur.	70
israhelis nomine quid intelligendum.	32	Leonculorum somnus triduanus.	2
israhelitæ à Syris sæpè oppressi.	133	Leones pro Regibus.	133
israhelitæ ad quid vocentur potentes & robusti.	142	Leonis acceptiones variæ.	15
		Leonis catulus quis.	7
israhelitici populi adolescentia, iuuentus & se-		Leui.	11
nectus.	64	Leuitarum origo.	11
israheliticus populus Ariolorum vocibus liben-		liber pater ex eius femore natus esse credi-	
ter autem præbuit.	93	tur.	176
iuda catulus leonis quomodo dicatur.	2		
			libertas

INDEX.

Libertas infelicitati proxima.	44	Medorum captiuos Sennacherib. posuit in	
Liberatio Ifraelitarum ab Ægyptiaca seruitu-		Haillan & in Aber iuxta fluuium Gofam in	
te celebratur carminibus.	43	ciuitate Medorum.	96
Liberius Vrbs Romæ episcopus.	210	Melchom simulachrum.	127
Liberius Romæ sacerdos.	209	Meletius contra decreta Antiochiæ episcopus	
in Libidinem qui per impatientiam excide-		creatur.	209
runt à clericatu arcentur.	198	Membra Christi, qui dicantur.	5
librorum veteris testamēti numerus. 188. 189		Mendacium pro falsâ religione, ponitur in	
lignum crucis Christi ad contactum corporis		scriptura.	62
pene mortui diiudicatur.	201	Mens nostra quomodo generat Verbum.	171
Locus pro cubili positus.	58	172	
Locusta saltibus potius mouetur, quàm gressi-		mentis synceræ affectus vbi deest, à crapulatis	
bis.	109	fusa supplicatio, ritè vlulatio nominatur.	66
Locustarum nomine quid intelligendum.	113	merces boni operis.	14
locustarum nomine gentium nomen designa-		Merces filij dei.	13
tur.	103	Meritorum Israël expunctor deus.	138
Locustarum imaginibus quid sentiendum.	153	Meropus indiam peruadit.	202
Longanimitas dei differt vltionem in longa		Messis nomine, calamitas vicina & proxima	
tempora.	147	ostenditur.	55
Lucifer cur exul.	209	metrodorus philosophus indiam penetrat.	202
Luciferianorum schisma.	212	Milites israelitici cur in solitudine mortui.	37
Luciferum tanquam deum Sarraceni co-		Minerua de iouis cerebro nata creditur.	176
lunt.	147	Mirabilia sanctorum qui fuerunt in Ægypto.	
Lucus hæreticus persequitur.	232	232. 233	
Locutio quam sacrorum librorum præcipuè		Miraculum crucis Christi.	201
authoritas notanda.	67	Miraculum ad preces mulieris.	204
Lupus rapax Benjamin dictus.	24	ad Misericordiam promptus deus.	153
Luxus quando inter Iudæos vigebar.	41	Misericordiæ exemplum.	150
M		Moab cur tribus plagis puniendus.	127
Macarij miracula.	233	Moab de Loth stirpe natus.	127
Macedonij hæresis triformis.	210	Modestix virtus ostenditur.	123
Madianitarum mulieres habitu & gestu mere-		Mollicies ad quid creata.	164
tricio obuiam Israelitico exercitui obuiam		Monimentum ingens benignitatis dei.	37
processerunt.	75	Montes pascias Vestendi.	112
Mala quæ imprecantur super Effraim & Ty-		Montes permanentes, qui.	21
rum.	76	Montium benedictio.	21
Mala vniuersa vnde.	109	Mors rex Assyrius appellatur.	96
Mala plurima Iudæis ventura per varias capti-		mors Christi dæmonum oppressio.	3
uitatis species enumerantur.	118	Mors pro mercede, christo illata.	181
Maledictiones, his qui caeremonias dei repu-		Morum vulnera accusantur.	128
lerint, enumerantur.	71	Mos sermonis prophetici.	66
Manichæi concilium & error.	189	Motus species tres.	12
Manichæorum error.	191	Motus animæ tres.	12
Manus Christi qui.	5	Moyfès monachus ordinatur episcopus.	234
Marcionis hæretici iniquitas de deo.	189	Mulieris christianæ captiæ miraculis ibeta	
Maria Virgo in partu incorrupta.	175	gens christianismum suscepit.	203
matres filiorum carnibus vescuntur.	133	Mulieris impudentia.	207
Matrimonia ad quid instituta.	171	Mulier captiua.	203
Mathæus in Æthiopiam ad Euangelizandum		ad mundum muliebrem, allusio.	40
mittitur.	201	murus litus quid.	154
Mauuia Sarracenorum gentis regina.	234	myrmidones ex quibus nati.	176
matulæ israel comparatus.	68	myrrhato vino christus potatus est.	183
Maximus hierosolymorum episcopus.	206	N	
Medendi propositum semper in deo est.	138	Natiuitas triplex.	22
in medio esse quid.	14	Nephtalim interpretatur.	18.19

## R E R V M E T V E R B O R V M

nicænæ fidei exemplum.	198	persecutio quæ fuit apud Edeffam.	234
Nobilitatem non commendat viciorum impunitas.	131	Phariseorum figura.	11
<i>Non enim addam ultra misereri domus Israël, sed oblivione obliviscar eorum,</i> sensu duplici exponitur.	33	phœnix sine coniuge nascitur.	176
Nouati hæresis.	190	Pietas omnium virtutum fastigium.	19
Nouatus lapsis poenitentiam denegat.	190	Pietatis diuinæ propositum.	145
Numerus finitus pro infinita quantitate sumptus.	124	Piraterium, piratarum conspiratio.	17
Numerus filiorum Israël, quasi arena maris.	34	Pithagoreorum concilium.	190
<b>O</b>			
<i>oblita es mei, obliviscar ego filiorum tuorum</i> sensu gemino intelligitur.	49	plaustrum onustum scæno quomodo intelligendum.	130
oblaciones diuersæ ex Mosis instituto.	50	Pluvia super ciuitatem vnâ data est, & super alteram minimè.	136
ob scænos comprehendit confusio.	76	pœna quâ subierunt Iudæi pro sua demetia.	51
occidere hominẽ nõ semper criminofum.	191	poenitentia Theodosij.	240
oculi christi, qui.	5	poenitentium dominum placat.	105
oculus solus capax lucis est.	177	ponam pro permittam.	41
<i>ὀμολογία</i>	209	populus israeliticus in solitudine extinctus.	137
<i>ὀμολογία</i> quid.	198	populus iudæorum solus præcepta legis, quibus obediret acceperat.	41
operum momenta apud bonum iudicem grauiora sunt, quàm vocum.	67	populus vnus multis nominibus indicatur.	127
optimates qui dicantur.	148.149	potentia dei contra Azorios.	125
oracula minora.	115	potentes quare israelitæ nuncupantur.	142
origo Apostolorum.	18	præcepta diuina contemnentes, non vno modo errare contenti sunt.	51
olæ coniugium an corporale fuerit.	28	sub præcepti specie, vis expressa est iudicij.	48
<b>P</b>			
Paphnutius episcopus verbo dæmones fugabat.	197	precis innocentium ebrietates & crapulæ factæ.	129
Paphnutius confessor.	206	preciosa quæ æstimantur, diligentius sunt inspicienda.	131
Panis Afer quomodo pinguis dicitur.	18	pretium vnusquisq; anime suæ cõsequitur.	178
Parricidalis animus est aliena calamitate ditescere.	57	præsens tempus pro præterito.	164
Paruulus de cuius salus deplorabatur, precibus christianæ mulieris sanatur.	203	priapos qui sunt venerati.	76
Passionibus animorum quatuor possunt aptari, eruca, locusta, bruchus & rubigo.	109	princeps ex Iuda deesse non poterit.	7
Passiones æstiuæ in verticibus montium.	123	princeps causam concilij refert ad Episc.	195
Pastorem pecudû Amos se esse profitetur.	155	procaces ab incautis distinguuntur.	53
Pastorum nomine quid intelligendum.	123	proficientium proprium.	16
Pater Filij pater.	171	prophetalis contumeliæ, & religionis violatæ crimen par est.	75
Pater quomodo sit Filij pater, non discutendum.	172	prophetæ pauci & pauperes.	54
partus omnis ex tribus constat.	176	prophetæ veri munus.	82
Paulinus mittitur in exilium.	209	prophetatum contemptus de magnitudine iniquitatis contemnendum venit.	74
Pauli Samosatani error.	190	prophetas non modo spreuerunt, sed etiam impugnaverunt israelitæ.	70
Pauper & iustus gemino suffragio nititur.	128	prophetas inhonorare, quàm graue scelus.	75
Pauperes qui appellati.	142.143	puella à dæmone sanctorum precibus liberata.	233
Peccata etiam interiora nouit deus.	55	pulchritudine agrorum vocabulo sylvas frondentes intelliguntur.	106
Peccatum israelitici populi Sodomæ, & Gomorræ maius.	137	pulli nomine quid intelligatur.	7
Perfectorum pater, Christus.	23	pullus afixæ Christi.	4
pedes christi, qui.	5	<b>Q</b>	
Perfectorum solidus cibus.	6.7	Quadragesimæ dies.	9
		Quies pro imperij fine.	33
		Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Qui loquitur & c.	81
		<b>Qui natus</b>	

## I N D E X.

Qui natus est de Spiritu sancto ex maria Virgine.	175	stare reuerendi.	55
<b>R</b>			
rabbe vrbs metropolis igne comburenda.	127	sacerdotes vnde exorti.	11
rabdomania quid.	51	sacrilegorum fugienda societas.	54
rapeaces dux Assyrius.	98	saluatio in die iudicij vbi tuta.	116.117
rapaces Assyriorum dux exercitus sub Sennacherib rege.	116	salustius Iuliani præfectus.	214
ratio duplex, in aduersis deo supplicandi.	58	samarita pro diis vitulos habebat.	53
ratio crucis non omnibus vna eadèque est.	180	samaritæ quanta fame vexati.	133
reges non minus religione, quàm potestate reuerendi.	55	samosatani concilium.	190
reges prophetarum & sacerdotum benedictione non consecrati.	67	sanctam ecclesiam catholicam credendum, non in sanctam Ecclesiam.	189
reges cur in furore dei dentur.	94.95	sanctificatio David fidelis.	167
regina Iberorum christianismum amplectitur.	203	sanctum suum deus non permisit videre corruptionem.	167
regionibus Væ imprecatur.	145	sanguis cû aqua è latere Christi profluxit.	182
regna opulenta per Bruchû consumuntur.	113	schisma luciferianorum.	212
regnum non in sermone, sed in virtute consistit.	196	scissiones parietum ruinam præcedere solent.	151
regnum iudæ regis.	3	scribarum typus.	11
regnum calorum fermento comparatur.	174	scindere vestimenta quid.	110
requies bona, Christus.	14	scripturæ diuinæ intelligentia vnde petenda.	236
regulas Virtutis Iacob posteris suis custodiendas reliquit.	89	sectæ tres ex schismate Arii.	210
religionis violatæ & contumeliæ prophetalis crimen par est.	75	semite nomine quid intelligatur.	16
reorum afflictio non placat dominum.	105	senectus filiorum Israël.	64
reposita quæ dicantur.	3	sennacherib Rex contra Iudæos exercitum mouet.	98
reum definitio, communionem nominum non confunditur.	31	sennacherib pene omnes copiarum vna nocte perierint.	33
resurrectio christi probatur.	184	sensus pulli nomine intelligitur.	7
resurrectio carnis autoritatibus probatur.	191.192.193	sermonis prophetici mos.	66
resurrectio à quibus negetur.	191	serotinus quid.	152
resurrectionis christi figura.	3	serpentis acceptiones variæ.	15
resurrectionis virtus.	191	per sidera quattuor, mundi partes quattuor intelliguntur.	141
rex Iberus fit Christianus.	204	sidon venator dicitur.	12
rhodanus in exilium mittitur.	209	signa ab Antonij discipulis facta.	236
rius Ægypti pro nilo.	163	signa diem extremi iudicij nunciantia.	116
robusti cur Israëlitæ vocentur.	142	similitudo à vacca capta.	53
robur alicuius comedere.	64	simplicitas fidei quantum virtutis habeat.	196
ruben prioris populi figura seu persona 10. patet thori maculator ibidem, cur ei aliquid laudis tribuitur.	10	in symbolo cur quædam adiecta.	170
ruben temerarius. 10. mystice quid ibidem	109	sobrietatis in epulis exemplum David.	149
rubigo & Bruchus.	113	societas sacrilegorum fugienda.	54
rubigine regna opulenta consumuntur.	113	solis accessu fruges creantur.	141
<b>S</b>			
Sabellij hæresis.	212	folium iniquitatis.	149
sacrum super dorsum ponere.	158	somnia pro minoribus oraculis sumpta.	115
sacerdotes in Iberiam mittuntur.	204	somnus leoncolorum triduanus.	2
sacerdotes Baal interuisione delentur.	32	sors quid.	14
sacerdotes non minus religione, quàm potestate reuerendi.	55	sortium nomine, mandata dei intelligi possunt.	14
		species corruptionis quatuor, incommoda deferentes,	109
		spiridion cyprius episcopus in ordine prophetarum habitus. 197. ouium pastor ibidem	197
		spiridionis miracula.	211
		de spiritu sancto decretum.	211
		spiritus prophanitatis, quis.	51

R E R V M E T V E R B O R V M

Statuta pro deliberatione ponitur.	90	theodorus Iuuenis quanta tormēta sit passus.	14
Status Ecclesiæ hodiernus.	110	Theodosius necem Gratiani vlciscitur.	240
Sterilitatis malum super Effraim & Tyrum imprecatur.	76	Theoria quid sit.	36
Stola Christi pro Ecclesia.	4	Theſauri sapientiæ, & scientiæ in quo absconditi.	113
Stolæ acceptiones.	7	Titulus crucis Christi repertus.	200
stolam suam in vino lauare, quid.	7	d. rhomæ Apostol. parthia ad dei verbum prædicandum forte obrigit.	201
stridere quid.	130	Tonsor gregis quis.	152
stultitiæ nomine prophanitas notatur.	95	Tribus Gad habitaculum vbi.	17
stupor dentium.	136	Tribus Benjamin ob quid penè delecta.	75
stuprum Gabaonitarum punitur.	75	Trinitatis S. cooperatio.	175.176
substantia dei incorporea.	177	Trulla cæmentarij quid.	154
substantiæ & subsistentiæ differentia.	212	Trutina mentis fallax.	90
superliminarium motu vocabulo, quid.	162	Turris superbie, & fidei quæ.	170
superbia semper deo exosa.	148	Typus veteris Testamenti.	10
post supplicia denunciata cur causa seueritatis subdatur.	142	in Tyrum quare comminatur deus.	7.126
sychem profanitatis vrbs.	60.61	Tyrus meretrix vocata.	76
sydon cur à deo accusetur.	126		V
sydus pro lucifero.	147	Vaccarum vocabulo, prophani notantur.	135
Symbolum Apostolorum cur confectum & quando.	169.170	Vaccarum pinguium nomen quibus ascribitur.	134
symbolum inter milites.	170	Vaccas Bethauen coluerunt habitatores Samariæ.	79.
symbolum iustè sic vocatum est.	170	Vadent pro ibant positum.	56
symbolum etiam indicium vocatur.	170	Valensigne perit.	239
symeon.	11	Valentiniani imperium.	231
syō in die iudicij saluationis tutus erit locus.	17	Valentiniani mors.	239
	T	Valentinianus puer.	239
Tabernaculum David, Corpus Christi appellatur.	166	Valentinus hæreticus carnis resurrectionem negat.	191
Taurus filius dei legitimus in scripturarum figuris appellatur.	11	valentis & valentiniani ortus.	231.232
Taurus varie accipitur.	15	valentis interitus.	239
Templi nomine quid intelligendum.	156	vallis vocabulo populus notatur.	45
Templum Hierosolymitanum reparatur.	214	vallis Iosaphat locus concisionis vocatur.	120
templum mirificum vbi crux reperta est constructur.	201	vastitas potentum subridetur.	142
Temporis huius miserrimi prænotio.	46.47	vastitas vnde.	105
Tenebræ densissimæ.	204	vaticinium calamitatum Iudæorum.	150
Tenebrarum filij Iudæi.	51	vaticinium de tormentis Christi.	181
Tenebras fuisse in christi morte ab hora sexta vsque ad horam nonam probatur.	182	vbera Apostolica.	23
Terga dare deo.	2	væ diem domini desiderantibus imprecatur.	145.
Terra omnia habens, quæ.	23	venatores Apostoli dicti.	12
terra sterilis redditur ob peccatum populi.	103	venus de spuma maris nata creditur.	176
Terræ nomine caro Christi potest intelligi.	21	veritas vrens de deserto, Angelus dicitur.	97
Terræ motus maximus Hierosolymis.	215	verbum domini cur Iudæis negatum.	160
Terram moueri quid.	158	vestimentorum Christi diuisio probatur.	183
Testamenti noui librorum numerus.	189	vestimentorum scissio quid.	110
Testamentum vetus per concubinam intelligitur.	19	viam humilium despiciere.	128
Testamentum Christi.	183	viciorum impunitas non commendat nobilitatem.	131
Thecæ viculus est, septimo à Bethlechem vrbe miliario separatus.	123	vincula Christi vaticinantur.	181
		vinum myrrhatum Christi potus.	183
		in vindicando deus parcus.	133

Vindicta

I N D E X.

Vindicta dei super Iudæos.	41	aus.	134
virgines monachæ deo sacratæ.	201	vituli aurei pro vectigalibus Assyriis directi.	79
virgines pulchræ cur deficiendæ.	160.161	vituli in Samaria pro diis habitati.	53
Virgo Israel proiecta est in terrâ suam.	137.138	vituli quorum dii.	76
Virtus modestiæ.	123	vitulos duos aureos fecit Ieroboam.	63
Virtus animæ tripartita.	12	vlcifcentis exprimitur exprimitur.	131
Virtus altissimi quæ sit.	176	vnicus & ad filium & ad dominum refertur.	175
Virtutes sanctorum qui fuerunt in Ægypto.	232.233	vncinus pomorum.	156
Virtutis regulas Iacob posteris suis custodiendas reliquit.	89	vnum verum deum Patrem omnipotentem, & vnum dominum secundum Orientalem ecclesiam quomodo sit intelligendum.	172
Virtutum omnium fastigium.	19	vrfini surreptio.	238
Vitis Christus dicitur.	4	vulua Apostolica.	23
visitatio pro animaduersione.	33	vulua & vberum benedictio.	21
vita mundi in ligno suspenditur.	182		X
ad vitem Christus pullum alligauit.	4	Xenium quid.	181
vicia quibus squallebat populus israheliticus exprorantur.	151		Z
vicia carnis quomodo quis superare poterit.	7	Zabulon quid.	13.14
vitis nomine gens israhelitica intelligitur.	78	zabulon.	12
vituli duo, vnus in Dan, alter in Bethel positus.		zelus duplex.	22